

**BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
DE ZARAGOZA**

SIGNATURA: I – 122

*DUNS SCOTUS, Johannes. Scotus
pauperum super quattor libris
Sententiarum. Tolosae. 10 mayo 1486.*

Dñica in ramis palmarū.

Vadeat. Ave

episcopus

serex noster.

prosequat.

missit in mun dūque et

44-50
Rio

padre muelro
alvs omvs

I
253.

~ para Dios toda la gloria ~
y honra siempre amén, ~
n. s. Jhu. no merecemos
~ todo. Amen ~

m

Scotus pauperum super qua
tuoz libris sententiarum.

N. 18. 243
3



Reuerendissimo in xpo patri/et illustrissimo domino dño
 Alfonso de Aragonia archiepiscopo cesaragustanen. dignissis-
 mo: subditus Guillelmus goiris/ post deuotissima manu oscu-
 la se humilime commendat.

Non sum nescius Reuerendissime in xpo pater illustrissima
 profapia natpca tuo generali vicario/tui concitatione admoni-
 tuz fuisse vt aliquid de meis moralibus studiis pro tua digni-
 tate scriberem. Nec ita preceptorum tuorum oblitus fui vt si diu-
 a scribendo cessauerim tue dignitati inobediens viderer. Sed qz
 si cicus scripsissem illud satis diligenter non fecissem. Quodqz
 etiam facere constitueram: tum diuturnitate temporis: tum pro-
 pria carens patria. in aliud tēpus diferendus fore existimaui. Ne-
 rūtamen cuz nōnullis theologica Scoti doctrina non immerito
 subtilis z obscura videretur. Idcirco nedum eorum vtilitas cui
 natura nos fauere iubet: verum etiam tuorum preceptorum alta
 recordatio me admonuit vt pro fugata negligentia diucius non
 sustinerem: quin si non in vno scribendi genere saltem in alio il-
 lozum vtilitati subuenirem: tueqz excellenti dignitati obtempe-
 rarem. obquaz rem doctrinam illam veluti aquam ab obscuro z
 centro terre proximo puteo exhauriendam: z in alium nō profm-
 dum puteolum luculenter transferendam decreui. Ipsamqz diui-
 no munere simulatim peractam: tibi reuerendissimo z illustrissis-
 mo pontifici mitto: quaz vellem sic legas: vt eaz tenuem z inopē
 nec scriptione magnopere dignam iudices. Ego eniz vt tuis pre-
 ceptis morem geram: ad te mittere volui istud munusculum ve-
 luti vilis vestis crasso filo sermonis contextum: cuiusmodi mea
 solent esse munera. Spero equidem tuam archiepiscopalem atqz
 regalem dignitatem quam fortem. iustam. seueram. grauem
 magnanimam. largam. beneficam et liberalem omnes mortaliū
 iudicant. non iuste detrahentium (si qui sint) infamare iniurias
 Nec erit preterea q̄ illi magnopere culpāre possint. si tua ingens
 studiorum insectatio: qđ crassuz inuenerit castigauerit. Sin vero
 cupiam aliqua in ipso opusculo videbuntur obscuriora: oro vt
 cogitet nullaz artem in lris sine interprete z exercitatione percipi
 posse. nec longe exempluz abest: num ius ciuile aut canonicuz ex
 libris cognosci potest? Qui quāqz plurimi sunt. doctorem tamē
 vnumqz lumen desiderant: qui viua voce mentem auditorz ape-
 riat et tūc ipsi auditores ex vno fonte hauriunt quantū cupiunt

Tuo quippe prestantissimo ingenio nihil obscurum fieri posse credo: cum te ita studiosum mortales predicent ut nullum omnino adolescentum vel etiam senum regali stirpe natoꝝ eisdem studiis ferocius incumbentem opponere possimus: quem non videaris facile superare. in virtutibus quidem antistatum: et in prosa pia principatum talem obtines ut si velum insudando tuas depingere laudes: citius earum multitudine audientium aures obtunderem: quam illas verbis exhaurire possem. Doc vnum profecto superest. quod cum in his tibi maiorem neque parem opponere possimus: fas erit te trans hominem iudicare. Videas igitur hoc opusculum lucubratum meis nocturnis et Tholosanis vigiliis. Nam quid aliud nunc pro seruitio impendere possem nescio: pecuniis non indiges: nec gloria cares: sensu habundas. generatione humanos excellis. inclinatione scientie inter dignitatum cultores laudaris. igitur ipsum et me accipe: et pro tuo libito manda regi. Datum Tholose die decimo May. Anno domini millesimo. LXXX. lxxxvi.

462 11.
Scotus pauperum in quo doctorum et Scoti opiniones in quatuor libris sententiarum contente dilucidantur Tholose editus per erimum artium et sacre theologie professorum Guillelmum gorris Aragonensem ad pauperum utilitatem feliciter incipit.

Quoniam componendi co

q
dices libera facultas in infinitum usque eorum numerum augeat. Attamen vetustissimorum sententias longo conspectu descriptas: cum earum non parua semita: Tum hominum presertim literis vacantium etatis maturitate et vite naturalis fine preueniente. Tum non nullorum peregrinantium utilitate pensata. Tum etiam instigatione Reverendissimi in christo patris. et illustrissimi domini Alfonsi de Aragonia Archiepiscopi cesaragustinensis. opere precum coagulandas fore existimaui. Has ob res opinionum que in quatuor libris subtilissimi sacre theologie doctoris sub quadam (ut ita dixeris) nube traditi videntur. proprios auctores in medium producere mihi ipsi persuasi. Et omnium sententiarum extirpatis enigmatibus lapillos et flores. Citacorum vel apud more perlegendos et in unum locum tanquam in alveum recondendos esse censeui. ut quod nonnulli ob plurimorum librorum revolutionem: non paruo temporis spacio consequuntur. imo plerumque nunquam ob eorum diffidentiam: aut vitam breviorum. Reliqui vero continuantes et presertim peregrinantes uno libello ex pluribus redacto: eisdem preciosis mellisuisque sententiis haud multo tempore interiecto potantur. Non enim in se parum fructus habent argumentorum conclusiones et sententiarum summe breuitates. Si alterum recta intelligentia. alterum diffinita animi comprehensione gubernetur. Nec vero hec arroganter dicta existimari velim. Nam cum perbie et theologie scientiam multis precedas. et in eo studio etatem consumpserim. Si id mihi assumeres. viderer idipsum meo iure quodammodo vindicare. Quamobrem magnopere opusculum istud legentes

ortor vt si quid ibi preciosus inuenerint. primo deo altissimo om-
num reru illuminator. Expostq3 reuerendo magistro Johanni
Scoto huius diuine sapientie clarificatori. necnon reuerendissimo
z illustrissimo Archiepo pfato boz laboz stimulatori tribuēduz
recte putent. Quicquid aut erit rephensione dignum insufficien-
cie mee ascribi velim. Lognoscedē tamē veritatis affectus z nō
leuis amor quē erga studiu z huius opusculi stimulatores gero
quibus attrabor z absolute pelloz manum ad calamu z mittere
vehementer in bis me excusatum reddant. Non enim ad id spe-
questus aut gloria cōmotus accedo. sed vt industria mea (si ita
loqui fas est) tanti maximi viri p̄cipue. hincq3 nō nulloz aioruz
faciatos reddat. Laudātes igit opusculū istud z meliorib9 rōib9
roborantes vel etiam merito rephendentes amplectar. detraben-
tibus aut nō resistam. sed veluti agnus (vt ita dixerim) coraz ton-
dente positus nō aperiam os meuz. Nec eniz p̄mittam diuini
fouoris gratiam inuocare. ne prius ad humana q̄ diuina subsi-
dia habeatur recursus. Idcirco ego Guillelmus gozris inter sacre
pagine magistros licet minimus tñ indignus: cupiēs oīa ad lau-
dem et gloriam dei omnipotentis: genitricisq3 virginis Marie
tocusq3 cune celestis iniciari p̄sequi et finiri: flectendo genua
z si nō corporis saltez cordis ad deum inq̄tum possum humiles
porrigo p̄ces: vt nō ponderatis humanis demeritis: eius sola in-
finita clemētia in me graciaz suaz influat. scientie z eloquētie de-
fectum suppleat: ingenii modulum z memorie quātitatē augeat
vt possim doctrine Scoti compendiose veritatē pandere: errores
fugare: enigmata referare: nodos soluere. obscura dilucidare z du-
bia declarare. vtq3 sic plantetur edificetur robozetur z conseruetur
sacratissima scientia in mentibus desiderantium auditorum
et inde ditiora z bonouficentiora sint corpora: eozq3 mētes sanc-
te exortationi facili9 incūbant. sic q3 erudite sint aīe z a deo p̄cte
multisq3 virtutibus indute vt beatitudinē mereantur. Sit autēz
hoc opus exquisitum memoriale p̄ouectis. maturari incipienti-
bus. medium ad finem intentum cicius p̄sequēdum iuuenib9 vi-
am p̄bens. et desides excusso negligentie et diffidentie somno
assiduos z vigilantes erga studium reddat. vt sermo meus cintil-
lam amoris huius scie in eis inueniens: in illā influat eamq3 nu-
triat: et cum creuerit flammam dignissimam faciat. Et licet dicta
mea a recto tramite doctrine scoti tanq̄ illi submissa non deuiare
putem. Attamen filiali obedientia correctioni et emende p̄fati

liber 29.

Reuerendissimi z illustrissimi dñi archiepi. necnon cuiuslibet me-
lius me sentientis. Et precipue sancte Romane ecclesie que oīm
fidelium mater ē z magistra: subicio z vere profiteor me id solum
tenere qđ ip̄a aprobat. Si qua tñ in hoc opusculo catholicis sen-
tentis obuiant vt rephensionis notaz euitare possim: iam nūc
ab animo mēte z libro deleo atq3 deleri volo. Uex mibi (prout
maximo legum latozi) visum fuit indecoruz esse huius operis de
nominatione z origine non repetita: protinus constitutam mate-
riam aggredi. Nam iste p̄fationes libentius nos ad lectionem
proposite materie perducunt: z cuz ibi venerimus eius euidentio-
rem prestant intellectuz. Necessario igitur mibi videtur in primis
huius opusculi originem z nomen demonstrare. Et quidem cum
omniuz quatuor libroz scoti expolitas sententias hic recollereriz
absq3 medio hunc riuulu z ab illo (veluti a fonte) originē ducere
censeo. Ideo ipsius nomen non mibi vendicandum sed ip̄i Sco-
to tribuenduz puto. eritq3 eius epigrama Scotus pauperz. naz
pauperes facilius cuz eo scotizabunt. At diuisionem operis nō
taceam. Animuz eniz legentis incitat: mentem intelligētis p̄pa-
rat z memoriam artificiose reformat. Et quidez in qualibet qđe
talē seruabo ordinē. Primo doctoruz opiniones recitabo ex qui-
bus Scotum legentibus via aperitur. Secundo doctoris subtili-
opinionē per quā vera theologia demonstratur. Tertio doctoris
subtilitates per quas quicunq3 intelligens subtilis appellatur.
Sed in recitatione opinionuz secutus sum articulos scoti vt qui-
cunq3 lector cognoscat vbi opinio ipsa tangitur z a quo doctore
tradatur. In prosecutione vero lre multotiens per alium moduz
q̄ in Scoto articuli inueniantur eos descripsi. Decq3 ideo feci vt
facilius materia enucleari posset: z studētes quoz multus amor
me sollicitum reddidit cicius scotizarent. Summa autēz diuisio to-
cius presentis operis prout a Scoto traditur hec est. Naz cū qua-
tuor sint libri. In primo tangitur mira preclaritas diuini generis
scz origo filii a patre et spiritus sancti ab vtroq3. In secundo mira
varietas producti operis scz nouus exitus creature a suo creatore
In tertio mira benignitas vniū federis scz vniū dei z hominis in
nostro redemptore. In quarto mira vtilitas impensi muneris scz
gracie date in sacramentorum administratione vel susceptione. et
glorificatio anime z corporis in beata resurrectione.

Prologus

Intra primam questionem

prologi sententiarum. vtrum homini pro statu illo sit necessarium aliquam doctrinam speciale supnaturalem inspirari ad quam videlicet non possit attingere lumine naturali intellectus.

Uidetur quod sic. omnis potentia habens aliquod cōe pro obiecto primo naturali potest in illud et in quodcumque potentius sub illo. Sed potentia nostra habens ens in quantum ens pro obiecto. 8^o potest in ens et in quodcumque potentius sub ente. sed deus continetur sub ente. 8^o potest naturaliter in deum. maior est Aristoteles. 2^o de anima. minor est Auicene per methaphysicam. c. 5^o. Ad oppositum Baruc 3^o de sapientia dicitur non est qui possit scire vias eius. Prima opinio ponitur duabus paginis transactis ubi dicitur contra istas rationes arguo et proba quod quecumque necessaria est. Et sumitur ex parte medii et extremitatis. et est doctoris solennis qui Henricus serbonicus ex collegio seu de Gandano ex patria nominatur. In summa sua et in Scoto incipit. hec ratio est contra philosophos. Quarta ratio contra philosophos que incipit. quarto sic arguitur ordinatum ad aliquem finem etc. Et est Thome prima parte summe. q. 1. articulo. 1. in solutione principali. Et sumitur ex fine et ordinatis ad fines. Quinta ratio que incipit. quinto arguo sic. nullus agens etc. est Henrici de Gandano in summa. et Guillelmi varronis in li. 1. q. 2. Et sumitur ex natura instrumenti et eo utentis. et in. 5. hec ratio videtur concludere contra eum Dum contra eum dicit doctor subtilis. quia talis secundus eum non potest haberi etc. Nec quidem habet Henricus in summa arti. 1. Et tamen discussa questione pro parte theologorum motiuis philosophorum respondet. Ad secundam inquit rationem. quere responsus Thome. hec dicit Scotus. et signatur ibi Thomas prima parte summe questione. 1. articulo. 1. soluendo vltimum argumentum. Et quia Thome solutio a doctore subtili subtiliter impugnatur. Secunda additur solutio in illo. 5. ubi dicitur. Dicta tamen ratio ad secundam rationem etc. Et est Thome prima parte. q. liii. arti. 2. maxime soluendo argumentum 2^o. Et Godofredi quodlibeto. 14. q. 4. seu. c. 9. Ad tertium respondetur sic quod prima principia etc. Et hec est solutio Henrici de Gandano in summa. Et dum aliter 2^o soluitur dum dicitur. Ideo aliter dicitur quod termini primi principii etc. ex oppositio prima parte summe capitur. Et hac secunda reiecta solutione tertio respondet ibi. Alia dicitur ratio quod ex solis maioribus etc. Est autem fratris Guillelmi

Q. ii.

varronis li. 1. q. 2. soluendo quintum argumentum. Tandem ad argumenta principalia questionis descendit ut suam compleat quod nem dicit in principio. Ad primum distingo de obiecto naturali Est autem hec solutio ex fratre Guillelmo varronis li. 1. q. 2. soluendo 2^o argumentum. Sed veniendo ad doctoris opinionem rident affirmatiue titulo. et potest haberi ab Aug. 15. de tri. c. vlt. sic inquit ente. Que inquit causa cur ipsam lucem acie fixa videre non possumus: non nisi infirmitas. Et quis tibi eam fecit non nisi iniquitas. Philosophi tamen voluerunt dicere quod non erat necessaria aliqua doctrina que supnaturaliter inspiraretur. imo quod omnem scientiam sibi necessariam quis potest naturaliter acquirere. Sed theologus et doctor dicunt contrarium. Nam aliter non posset intellectus intelligere nisi sub quodam modo et in ratione entis quod est falsum. Ideo cum Scoto tenendum est quod necessarium est homini aliquam doctrinam supnaturaliter inspirari. Ad cuius euidenciam nota quod potentia receptiua siue intellectiua potest comparari ad actum quem recipit. et sic nulla accipitur supnaturalitas quia ad quamlibet intellectionem naturaliter inclinatur. et quasi naturaliter perficitur. Potest tamen secundo modo comparari ad agens a quo recipit et tunc omnis cognitio que non potest causari ab intellectu agente et fantasmate est sibi supnaturalis. Tales autem sunt multe veritates complectere de deo. ut deus generat. deus est trinus et vnus et homo. Omnes. n. tales veritates habentur supnaturaliter et per inspirationem. Ad argumentum in principio dicitur quod verum est quod deus potest cognoscere sub ratione entis sed non talis entis scilicet dei.

Secunda questio prologi ubi que

ritur. vtrum cognitio supnaturalis necessaria viatori tradita sit sufficienter in sacra scriptura. Uidetur quod non. nam cognitio necessaria nunquam defuit generi humano scriptura sacra non erat in lege nature. nam tota scriptura sacra non erat in lege moysaica sed tantum vetus testamentum. Ad oppositum est Aug. xi. de ciui. dei. c. 3^o. Et respondet affirmatiue doctor. In hac enim questione non sunt opiniones. Sed pro maiori declaratione dicitur quod hec doctrina est vera et necessaria et sufficiens viatori ad sequendum suum finem. Nam Aug. xi. de ci. dei. c. 3. loquens de scriptura sacra ait. Dis fidem habemus de his rebus quas ignorare non expedit. nec per nos ydonei sumus. In hac questione sunt hereses multe deprauantes vel damnantes scripturam sacram totam vel partem eius ut habetur in libro Augustini de heresibus. Nam quidam

heretici de scriptura nihil recipiunt vt gentiles. Quidam testam^{en} tum vetus specialiter improbant vt Manichei vt patet in li. de vtilitate credendi. Quidā dicētes vetus testamētuz esse a ma lo principio vthaliqui heretici. Quidā tantum vetus testamētuz recipiunt vt iudei. Quidā aliquid vtriusq3 vt sarraceni. Quidā aliquid dictum in nouo vt heretici qui aliquid illius testamenti recipiunt ⁊ aliquid negligunt vt habetur Jacobi. 5. Confitemis ni alterutrum peccata vestra. Sed ex hoc errauerunt circa peniten cie sacramentum dicendo illud posse dispensari a quocūq3 non sacerdote. Sed contra illos sunt decem vie. Prima prenucciatio prophetica. naz prophete multa prenucciauerunt que completa sunt teste Aug. 10. de ciui. dei in fi. Secundo scripturaz ꝑcordia Nam scriptores canonum varie dispositi ⁊ in diuersis temporib⁹ existentes in non eudentibus omnino concordabant. quā viaz tractat Aug. 18. de ciui. dei. c. 43. Tertio auctoritas scribentium quibus tanta datur fides vt Paulo de visis in raptu ⁊ apostolis ⁊ euangelistis. de quibus Ricardus de trini. li. 1. c. 3. A summe sanctitatis viris sunt nobis tradita eloquia dei. Quarto de reci pientium diligentia. Nam scriptores sacri canonis maximaz ba buerunt circa veritatem diligentiam. de qua Aug. 18. de ciui. c. 38. quomodo scriptura Enoch de qua Judas in epistola sua fa cit mentionem non recipitur in canone. Et multe alie scripture de quibus fit mentio in libris Regum. vbi innuit q̄ sola illa scrip ta recepta fuerunt in canone que actores non sicut homines sed sicut prophete diuina miseratione scripserunt. Idem Aug. in pri ma epla ad Hieronimum. ⁊ habetur in decreto dis. 9. Solis eis scripturarū libris qui canonici appellantur dedisti hunc honozē differre vt nullum auctorem eorum scribendo errasse aliquid fir missime credam. Alios aut ita lego vt q̄ talibus sanctitate doc trinaruz prepolleant. non ideo vezꝑ putem qz ipsi ita senserunt ⁊d Quinto de rationabilitate ꝑtentoruz. Nam quid rōnabilius q̄ deum tanq̄ finem vltimū super omnia debere diligi. ⁊ proximuz sicut seipsuz. In quibus preceptis tota lex pendet atq3 prophete Mathei. 22. et Mathei. 7. Doc fac et viues. Sexto de irrationa bilitate singuloruz errorum patet sic. Quid irrationabilius q̄ q̄ pagani pro ydolatria sua adducunt colentes opera manuum sua rum quo nihil est vanius vt patet per philosophos cum spectent gulam et coitum pro beatitudine vt. p. ethicorum habetur de re ge Sardanapolo. Quid iudei nouum testamentum damnant.

*didici
quātūlibet*

et primuzꝑsi aduentuz spectant. Septimo de ecclesie stabilitate secunduz illud Aug. 8. de vtilitate credendi. Octauo de miracu loum claritate vt habetur a Ricardo primo de trini. c. 2. in qui ente domine. si est error a te decepti sumus. nam tantis signis cō firmata sunt que non nisi per te fieri possunt. Nono de extraneos rum testificatione scz eorum que extra legem sunt vt Joseph in li. antiquitatum. 18. ponit pulcherrimum testimonium de xpo vbi inter alia scripta de Ihesu ait. Xpus hic erat. vbi etiam verā ei⁹ doctrinam ⁊ resurrectionem confitetur. Item de prophetia Sibil le de ciuitate. 18. c. 33. Decimo q̄ deus non deest querentibus cor de salutem. Et sic multi querentes salutem ad hanc legem cōuer si sunt vt Paulus et multi alii. Et sic his decem viis concludit q̄ doctrina canonum est vera. Et nota in septima via de secta Maphometi quomodo incepit sexcentis annis post legem xpi. ⁊ q̄ in breui domino volente finietur que multum debilitata fuit anno millesimo tricesimo. Et hoc frater regis Armenie Aby notus in orientali scribit hystoria ad Philippū francie reges. Et dum sequitur. Et ꝑphetia dī apud nos esse ⁊c. ex Calixto exposita est. ⁊ in viagio sancti Jacobi reperies vbi legim⁹ apud Salez cadis Maphometi fore ymaginē clauē tenentē in manib⁹. que dum ruet vel ruit. Et lex Maphometi dī salem lingua arabica. sed deus cadis est mons. Secundo nota q̄ ꝑphetia est apud sarracenos q̄ finienda est eorum secta. Et ratio est. nam incepit in tali signo secunduz astrologos q̄ non diu durare debet. Et hoc ab eis ꝑceditur. nam vsq3 ad annuz millesimus quingentesimus finiri debet. Et si contingat eam plus durare erit magis supra na turaz ⁊ propter delicta nostra. Lex vero ebreoruz durabit vsq3 ad finem seculi. nam oportet vt sint in mundo pro testimonio mor tis xpi quod Paulus scribebat ad Romanos dicēs. Reliquie israel conuertentur in finem. Ad argumentuz dicitur q̄ scrip tura sacra erat in lege ⁊ si non explicite tamen implicite.

Tertia prologi questio. Trinam si
mul mouet questionem de theologie obiecto quod cau sam materialem aspicit. Videtur q̄ non per Boccium d trinitate. forma inquit simplex subiectuz esse non potest. ergo nec deus subiectum in theologia cum sit simplex. Ad opposituz sexto de trinitate. c. primo. Theologia est sermo vel ratio de deo

Dum descendit ad secundam conclusionem sub qua ratione sit obiectus theologie deus posita particula qualis aliquid potest cognosci quadrupliciter inferre inde. ita potest poni de deo alia scientia sub ratione eius ad extra ut aliqui ponunt scilicet sub ratione reparatoris. Et hic est Egidius de Roma quodlibeto. 3. q. 2. Et huic nihil potest poni sub ratione aliqua attributali etc. Est frater Guillelmus varronis li. 1. in prologo. q. 1. r. 6. Postea dicit vel posset poni de deo sub ratione dei. Et hic est Henricus in summa. Et hoc in duabus primis questionibus de necessariis theologia. Tunc descendit ad theologiam contingentium. et dicit in quodam correlario ex his partibus dictis improbatio illius opinionis que ponit christum esse subiectum primum etc. Et hec fuit opinio doctoris sancti Bonaventurae ut patet in prologo sui primi. q. 1. Descendit hinc doctor ut soluat argumenta prime questionis. Soluendo autem ad argumenta infra dicit. quod addit de passionibus etc. frater Guillelmus varronis est li. 1. di. 2. q. 3. articulo. 1. r. 2. Tunc terminatis duabus primis questionibus tertiis sic incipit. Ad tertiam questionem sic posset probabiliter dici. Et introducit Henricus de Sandano quodlibeto. 3. q. 6. Sed dimissis opinionibus ad questionem doctor respondet dicendo quod theologia est de deo ut de subiecto. quod probat per Augustinum 8. ad civitatem qui dicit. Theologia est sermo de deo. Secunda quod ponit. Si est theologia de deo sub ratione aliqua specialiter. Tertia quod. Si omnia ad illud subiectum attribuuntur. Ante tamen que veniamus ad questionem dico aliqua. Primum quod theologia sumitur duobus modis. Nam est theologia in se. et theologia in nobis. Uocatur theologia in se cognitionem illam quam nata est facere obiectum theologicum in intellectu sibi proportionato sicut in intellectu diuino essentia diuina. Sed theologia in nobis est rei cognitio qualiter intellectus noster natus est habere de illo obiecto. Secundo dico quod theologia in se distinguitur in theologiam necessariam cuiusmodi sunt veritates ad intra. ut deus generat. et in theologiam contingentium sicut sunt veritates ad extra. ut deus creat mundum. Tertio dico quod primum subiectum alicuius habitus continet virtualiter omnes veritates illius habitus siue mediatas siue immediatas. Tunc ad primam questionem dicitur quod deus est subiectum. patet. Nam honorabilissima scientia est circa ens honorabilissimum. 6. metha. Sed honorabilissima scientia est theologia et deus nobilissimum ens. 9. etc. Quatuor ad secundam questionem dicitur quod aliquid potest cognosci quadrupliciter sicut homo potest cognosci. primo quod est animal rationale. Et hec est propria cognitio 2. quod est substantia. Et hec est communis cognitio. 3. quod est animal man-

fuetum. Et hec est per accidens. 4. quod est animal nobilissimum. Et hec cognitio est respectiva. Dis quatuor modis deus potest cognosci. Et sic a diuersis diuersimode ponitur subiectum. Henricus ponit deum esse subiectum sub ratione dei. Varro dicit quod est subiectum sub ratione qua bonus est. Egidius quod est subiectum in quantum glorificator et saluator. Sed positio Henrici est communis Varronis accidentalis. Egidii respectiva. nulla istarum est propria ideo improbantur. Sed pro opinione doctoris ponuntur tres conclusiones. Prima quod subiectum theologie necessariarum in se est deus sub ratione deitatis patet. Nam sub ista continet omnes veritates illius habitus. Secunda conclusio quod subiectum theologie contingentium in se est diuina essentia. patet. Nam ad illas veritates contingentes habent ultimam attributionem. Tertia conclusio quod subiectum theologie in nobis est ens infinitum. hoc patet. quia illud est nobis primo notum et per illud venimus in dei cognitionem. Quantum ad tertiam questionem dicitur quod omnia que in theologia tractantur attribuuntur ad deum. Et deus continet omnes veritates non solum necessarias et ad intra ut sunt quod deus generat quod est trinus et vnus. Sed etiam ad extra et contingentes ut quod christus est incarnatus in virgine. vel quod deus creat mundum. Et nota quasi in fine istarum trium questionum ubi dicitur quod omnis noticia que est in intellectu diuino est theologica. Et ratio est que habetur per obiectum theologicum siue sit de diuina essentia siue de creaturis. Et quo sequitur quod in suo intellectu non est grammatica nec logica. Sed aliter est in intellectu beati. nam ultra veritatem theologiam quam habet de creatura in essentia diuina omnia potest habere cognitionem naturalem de eisdem ex propria motu eorum. Et sic beatus potest habere de creatura aliam scientiam que theologiam. Ad argumentum dicitur quod Boetius loquitur de subiecto accidentis non de subiecto considerationis.

Quarta prologi questio ubi ponuntur tres questiones.

Prima utrum theologia sit scientia. Secunda utrum ad alias scientias habeat habitudinem subalternam vel subalternam. Tertia utrum ad theologiam pertineat contingencia sicut necessaria. Videtur quod non per Augustinum 15. de tri. c. 16. ubi inquit. Forasse non erunt cogitationes nostre volubiles ab aliis ad alia euntes atque redentes. et sic intellectus beati non discurret qui discursus requiritur ad scientias. Ad oppositum. nam licet in sanctis non sit discursus temporis tamen est discursus nature qui sufficit ad scientias

Danc questionem doctor superficialiter transit. nec in ea opinio-
nes ponit. Sed veniendo ad primam questionem est quidam opi-
o dicit q theologia est scia non quidem in lumine fidei nec in lu-
mine glorie sed in quodam lumine medio eo modo quo dicimus lu-
men matutinum cui correspondet lumen fidei. et lumen meridiei
cui correspondet lumen glorie. et lumen medium quod continue
proficit a matutino ad meridiem. Scotus reprobatur dicendo q non
inuenitur tale lumen medium. Et hoc inuenitur in reportatoris
Est alia opinio Tarronis. 3. q. 1. li. q theologia potest considera-
ri dupliciter scz in se vel in comparatione ad scientiam. Primo modo
est scientia. Secundo modo ut est in intellectu viatoris qz non ha-
bet principia euidentiora non debet dici scientia. improbat.

Est opinio doctoris q capiendō scientiam prout scire diffinit
primo posteriorum habet quatuor conditiones. prima q est condi-
tio certa veri. secunda necessarii. tertia habens euidentiam ex ne-
cessario prius euidenti. quarta applicata ad scitum per discursus
silogisticum. Prima probatur. 6. ethicorum vbi dicitur. Circa scien-
tiam oportet certificari et non sequi similitudines. Secunda con-
ditio habetur. 6. metha. particularium et mutabilium non est scien-
tia. Tertia conditio patet per posteriorum. Principia cognosci-
mus in quantum terminos cognoscimus. Et per hanc distinguit
scientiam ab intellectu principiorum. 6. ethicorum. Quarta condi-
tio non est per se de ratione scientie. nec competit scientie nisi in illo
intellectu cui contingit discurre et procedere a noto ad ignotum.

Et bis ad propositum quantum ad tres primas conditiones
theologia in se et in intellectu diuino et beatorum est vera scientia
Sed de quarta conditione aliqui dubitant. Sed dicit doctor q
est scientia. Et licet non sit ibi discursus temporalis est tamen dis-
cursus ordine nature. et ille sufficit ad scientiam. Et si aliquae auc-
toritates Aug. inueniantur videntes reprobare discursum intelli-
guntur de discursu temporali. Quantum ad secundam questio-
nem si theologia nostra sit subalternata theologie beatorum et dei
et metha. Pro hac questione est opinio theologie prima parte.
q. 1. articulo 2. dicit q theologia nostra est subalternata scientie
dei et beatorum. Sed doctor improbat. nam scientia subalternans
et subalternata non sunt de eisdem conclusionibus. Scz hec theo-
logia scz nostra dei et beatorum sic. igitur non est subalternata. Nec
metha. subalternatur. nam subalternans et subalternata debent
esse diuersorum predicamentorum vt numerus et sonus in musica

nam numerus est in predicamento quantitatis sonus qualitatis
non sic de ente et de deo. Nam si ponerentur in predicamento non
in distinctis sed in eodem reponerentur. Quantum ad tertiam
questionem vtz ad theologum pertineant contingencia sicut ne-
cessaria. dicitur q sic. Nam licet theologus consideret contingen-
tia tamen non contingenti modo sed necessario. Et sic de eis ha-
bet scientiam non per rationes contingentes sed per rationes ne-
cessarias. et hoc sufficit ad scientiam. sicut dicimus in phia q de
generabilibus et corruptibilibus habetur scientia. non quidem per
propositiones particulares et corruptibiles sed per propositiones
vniuersales et incorruptibiles. Ad argumentum. auctoritas
Aug. non cogit quia loquitur dubitative.

Quinta et vltima questio prologi

scz vtrum theologia sit scientia practica. Videtur q non
quia Boetius de trinitate assignat tres partes speculatiue
quarum vna est theologia. Ad oppositum ad Romanos. 31. fi-
nis legis est dilectio. sed dilectio ad practicas pertinet. ergo theo-
logia est practica. Dic simul mouet duas questiones ad causam
finalem theologie dirigentes oculum. Prima est particularis.
secunda communior. Ideo posita distinctione. articulo triplici
tertius articulus est a quo practica cognitio incipit talem extensi-
onem. Et incipit. Circa tertium articulum sunt opiniones. Vna
est talis scz Rodofredi de fontibus quodlibeto. 10. q. 2. qua sub-
tilissime improbat sequens euasio apponitur. Ad rationes
doctoris in. 5. primo. ad primum q scientie practice et. Et est re-
sponso eiusdem Rodofredi vbi supra qua euasione remota secun-
dam ad idem opiniones adducit. ibi aliter dicitur q illud a quo
actus et habitus dicuntur practici est finis. Nec autem est opinio
doctoris solemniter quodlibeto. 8. q. 1. Sed multipbarie impro-
batur a doctore. Sequitur secunda questio. Et eius apponi-
tur opinio duz ponit. ideo aliter dicitur q finis scientie moralis
sicut et prudentie est actus virtutis moralis. Et ponitur in summa
Sed viuaciter hunc modum dicendi doctor euacuat. Deinde
quarta huius questionis venit opinio. ideo corrigitur ab aliis:
Ista opinio dicit q habitus dicitur practicus a fine qui est consi-
deratio practica. Est autem hec opinio fratris Johannis Roditori
in prologo primi. q. 6. articulo 2. qua breuiter reiecta secundam
terminat questionem. Primam incipit. in cuius principio opi-

Henrici de Sandano ponitur in summa. theologia ponens speculatiuam et non practicam. et de duplici actu voluntatis distinguens ex summa articulo. 9. q. 2. in solutione ad tertium argumentum. Et ponitur fundata ex summa. et ex alibi dum addit. Item potest argui secundum intellectus istius alibi quodlibeto suo. 5. q. 4. et quodlibeto. 8. q. 1. Tunc incipit doctor arguere contra eum. Et in primo argumento quod incipit. Contra illud primo sic rationem istorum duco ad oppositum etc. Arguit ex dictis opinantis de fine in vniuersali et in particulari quodlibeto. 4. q. xi. Rursus in tertio argumento quod incipit. Preterea tertio cuius dilectio principaliter intenditur etc. et sumit minorem ex opinione quodlibeto. 13. q. 2. Tandem respondet doctor Henrici fundamentis primo ad auctoritatem eorum que videtur concludere ad contradictionem. Adducit ex dictis alibi opinantis quodlibeto p. q. 9. Secunda via seu opinio ad idem ponitur dum in textu secunda via dicit quod licet dilectio finis recte et non recte fiat etc. Hec via est fratris Guillelmi varronis in anglia. et Barronis in gallia. li. 1. q. 4. Ponit autem theologiam non esse practicam. quia obiectus contingens non habet hac improbatam. Tertia via sequitur dum dicitur in lra. Tertia via ponit quod volitio non est praxis proprie etc. Est autem fratris Henrici natalis Britonis origine predicatoris ordine. defensoris theologie officio quodlibeto p. q. 3. articulo. 4. Unde concludit theologiam non esse practicam sed speculatiuam. cum duobus precedentibus. ita quod hi fratres in hoc communi conueniunt. ideo primo contra hunc in speciali arguit. secundo contra tres simul. Quarta via que in textu incipit ibi. quarta via dicit quod theologia est effectiua. est doctoris deuoti li. p. q. 3. et fratris Egidii de Roma li. 1. quam doctor distinguit ut possit bene defendi. Quinta via sequitur. quinta via dicit theologiam esse contemplatiuam. quam ponit frater Guillelmus varronis li. 1. q. 4. Opini. vltima quas excludit doctor subtilis ut bonum sensum capiat. hec quinque opiniones theologiam negant practicam. sed due vltime non ponunt eam speculatiuam. sed bene tres precedentes. Sequuntur ex aduerso due opiniones Prima est Rodofredi de fontibus quodlibeto. 13. q. 1. Et ponit theologie duplicem fore habitum. vnum practicum reliquum speculatiuum. Et incipit. alia est doctrina discordans a precedentibus Secunda est sancti Thome prima parte summe. q. 1. articulo. 4. In solutione principali has duas non approbat doctor. primam

improbat multipliciter. secundam improbationem non iudicat dignam ut scilicet idem habitus simplex simul sit practicus et speculatiuus. Doctor autem tenet theologiam esse practicam multiplici autem distinctione ut dici queat sic et non sic. Tunc cum descendit ad soluendum argumenta Henrici de Sandano post solutionem principalem argumentorum prime et secunde questionis in illo loco ad illud de medicina dicit quidam etc. Iste quidam est Henricus idem quodlibeto. 6. q. 2. et quodlibeto. 12. q. 22. Sed ut melius hec materia declaratur quatuor faciam. Primum quid sit praxis Secundum que est differentia inter habitum practicum et speculatiuum. Tertium unde habitus dicatur practicus. Quartum utrum theologia sit practica vel speculatiua. et erit responsium quod nonis. Ad primum dicitur quod praxis est actus alterius potentie quam intellectus naturaliter posteriori intellectione natus elici conformiter rationi recte ut sit rectus. Hec definitio habet tres particulas Prima quod praxis est alterius potentie quam intellectus. i. est voluntatis. Secunda naturaliter posteriori intellectione. i. voluntas presupponit intellectum speculatiuum. 6. ethicorum. Tertia particula nata elici conformiter rationi recte ut sit recta quod patet. 6. ethicorum. vbi dicitur quod electio recta eget recta ratione ut sit recta. Et pono exemplum ut melius hec materia intelligatur. Nam intellectus apprehendit simplices quidditates et circa illas est tantum speculatiuus. 6. ethicorum. Deinde presentat quidditates voluntati. ut puta florenos. Et tunc voluntas determinat eos velle sub ratione boni. illico voluntas vocatur praxis per essentialia. Et ipsa est principium actus practici. deinde venit intellectus imperatorem a voluntate inquirens media per que illi florenni habeantur tunc iste intellectus vocatur practicus imperfecte. Deinde mouet membra ad exequendum illa. Et illis positis in executione illico fit perfecte practicus. Et sic dicit Aristoteles. 3. de anima. quod intellectus extensione fit practicus quod est sic intelligendum. i. intellectus imperfecte practicus in prima determinatione extensione fit practicus. i. perfecte practicus in executione. intellectus autem speculatiuus nihil mouet. 6. ethicorum. c. de praxi. A quo membra mouentur vel a voluntate vel ab intellectu practico Aristoteles non determinauit. nam iste est eius textus in. 6. c. et in fi. Quia propter aut intellectus appetitiuus est electio. aut appetitus intellectiuis et tale principium est homo. sed sanctus doctor dicit quod appetitus est principium. Quantum ad secundum dicitur quod practicus ponit

duplicem respectum aptitudinalem scz prioritatis et conformitatis ad obiectum ut habes in declaratione diffinitionis. Et isti respectus sunt positivi. sed speculativus priuat illos respectus et per hoc distinguuntur. Quantum ad tertium si distinguuntur si ne pro utraqz parte sunt auctoritates Aristi. ideo dicitur. 3^o de aia q^o distinguuntur sine. Sed est sic intelligendum q^o duplex est finis scz quo et quod. Ille auctoritates que tenent q^o distinguuntur obiecto intelliguntur de fine quo quod est obiectus. Ille que tenent de vero fine intelliguntur de fine quod. Et sic utraqz via potest sustineri et opiniones concordari. Quantum ad quartum dico cum doctore et pono quinque conclusiones. Prima q^o theologia necessarium in intellectu creato tam beato q^o non beato. tam angelico q^o humano est practica. R^o est q^o noticia illa habet ex obiecto conformitatem ad praxim ante omnem actum voluntatis. et hoc aptitudinaliter. Secunda conclusio q^o theologia contingentium in se est speculativa. Et r^o est q^o talia contingencia cum non sint ante voluntatem determinantem non poterunt aliquaz determinationem praxis ostendere. Tertia conclusio q^o theologia contingentius in intellectu creato est practica sed per accidens. Et secunda et tertia conclusio non contradicunt. Nam theologia contingentium in se est speculativa ex obiecto. in intellectu autem creato est practica ex voluntate determinante intellectum ad noticiam praxis. Quarta conclusio q^o theologia vel noticia in intellectu divino de contingentibus est speculativa. Quinta conclusio q^o noticia in intellectu divino de necessariis est practica. Et causa istarum duarum conclusionum ponitur quin necessarii est ostensio et ratificatio. Sed in contingentibus licet sit ostensio non tamen ratificatio. nam oportet q^o veniat voluntas ratificans. Sed quid dicemus ad diffinitiones praxis ubi dicitur Praxis est alterius potentie q^o intellectus. Dicunt aliqui q^o non habet verum in deo sed in nobis. Alii dicunt q^o intelligitur actu vel aptitudine et sic talis noticia in intellectu divino ante actum voluntatis. et si non est alterius potentie actu est tamen aptitudinaliter. Nota in ultimis verbis anteq^o doctor dicat ibi ubi dicit. Ad hunc articulum dico q^o practica est. Est quedam declaratio pro ista materia q^o si actus est bonus ex genere moris circumstantia est a fine ut deus est diligendus q^o summe bonus. Sed si actus non sit bonus ex genere moris circumstantia erit ab obiecto ut dare elemosinas est bonum de se et habet bonitatem ab obiecto et non a fine q^o possit dare amore dei velut videat a populo. Et pondera pro

ista materia istud notabile. Nota ante responsiones primi ubi dicitur. R^o ideo fides non est habitus etc. ubi habes q^o si aliquid predicatur primi vel secundi modi alicui appetit eius oppositum nec per se nec per accens sibi appetit. Ad argumētum in principio dico q^o Boe. intelligit per astrologiam metaphisicam.

Irca primam distinctionem que

ritur primo. utz obiectum per se fruitionis sit finis ultimus. Videtur q^o non per auctoritates Aug. 83. q^o num. q. 36. fruendus est bonis invisibilibus. Sed plura sunt bona invisibilia. g^o non tantum est fruendum ultimo fine. Ad oppositum est Aug. de doctrina xpiana. c. p^o. Res quibus fruendum est sunt pater et filius et spiritus sanctus. et hy tres sunt una res ergo etc.

In hac questione ponitur opinio Avicenne. 9. metha. c. 4. Qui dicit q^o ordinata fruitio potest esse circa aliquid aliud a fine ultimo quaz doctor multipharie redarguit. Et post aliorum rationes ducit rationes Boneventure li. 1. di. 1. articulo. 20. q. 3. Et arguit ex ratione ymaginis que capax est dei. Et arguit contra Avicennam. Et ponitur dum doctor dicit. Alii arguunt contra istam opinionem. Secundo ratione beati Thome prima parte summe. q. 12. articulo. 1. que sumitur ex hoc q^o aia nostra immediate a deo creatur. concludit g^o in eo immediate beatificatur. Et sic non quietatur nisi in solo deo contra Avicennam. Et ponitur ibi alii arguunt contra rationem eius sic. Aia creatur. Sed per maiorem declarationem tria videbuntur. Primo de obiecto fruitionis ordinate. Secundo de obiecto fruitionis in communi. Tertio quomodo intelligitur fruitionem esse circa finem.

Quantum ad primum dicitur q^o fruitio

ordinata h^{ic} pro obiecto ultimo fine. Et r^o est q^o sicut tantum est assistendum per intellectum primo modo propter se ita tantum est assistendum voluntati primo bono propter se. Quantum ad 2^o d^{icitur} q^o obiectus fruitionis in communi est finis ultimus vel finis verus. Qui. s. est finis ultimus ex natura rei vel finis apparet qui. s. ostenditur a r^one errante tanq^o finis ultimus. vel finis practicus quez voluntas ex libertate sua vult tanq^o finem ultimum. Quatuor ad 3^o d^{icitur} q^o fruitio est circa finem tanq^o concomitantem obiectum. Et nota in hac questione iⁿ scda ratione q^o appetit^{ur} n^{on} licet subiective sit finis q^o in aia finita. t^{amen} obiective est infinitum q^o non quietatur nisi in obiecto infinito. Secundo nota in eadez responsione q^o inter deum et nos est proportio vitalis

immutationis. nam quantum deus potest immutare tantum intellectus noster potest immutari. Tertio nota in fine ubi dicit ad questionem dico quod non quecumque forma faciat appetitum materie totaliter et extensive. sic quod nulla forma potest facere omnes eius appetitus. sed una faciat unum perfectissime scilicet forma perfectissima. Sed quis actus est peior uti fruendis vel frui utendis Circa quod notandum est secundum Ambrosium quod quatuor sunt genera virtutum in anima nostra. Quedam sunt ad regulandum sicut prudentia. Quedam ad actum remittendum sicut temperantia. Quedam sunt ad intendendum sicut fortitudo. Quedam ad utrumque sicut iusticia. cuius una pars est remunerativa et ista est ad intendendum. Et vocatur ab Aristotele iusticia distributiva. Alia punitiva et ista est ad remittendum. et vocatur ab Aristotele iusticia commutativa. Nunc autem quomodo virtus datur ad actum intendendum tunc maius vitium est in deficiendo quam in habundando sicut timiditas plus vituperatur quam audacia. 3. ethicorum. Contra autem est de ea que datur ad actum remittendum sicut temperantia. 7. ethicorum. Modo ad propositum virtus amicitie. et si non est virtus est cum virtute. 8. ethicorum. datur ad intendendum. Et ideo vitium illorum qui nihil diligunt maius est et magis vituperatur. nam qui in aliquo non delectatur longe ab homine abest. nec nomen hominis sortitus est. 3. ethicorum. Et isti magis vituperantur quam illi qui sunt magis amati. Tunc qui autem utuntur fruendis. id est diligunt deum propter alterum deficiunt quia non tantum diligunt sicut debent. Qui autem fruuntur utendis id est diligunt creaturam propter se superabundant quia plus diligunt quam debent. Nunc est quod maius vitium est uti fruendis quam frui utendis Sed quis est actus summe viciosus. dico quod actus summe meritorius est actus dilectionis divine et contrarius actus illi vel oppositus est summe demeritorius vel viciosus. Ad argumentum in principio intellexit de fine qui est essentia sub qua persone continentur

Secunda questio prime distinctio

nis ubi dicitur. utrumque ultimum finis habeat tantum unam rationem fruibilitatis. Videtur quod sic. quia per ethicorum. sicut ens et verum sunt in omni genere ita et bonum. 6. si habet propriam bonitatem et propriam fruibilitatem et per se quod cum ipsa sit in deo alia et alia ibi erit alia ratio fruibilitatis. Ad oppositum primo efficiendi correspondet ultimus finis. sed est tantum unus efficiens primum et sub una ratione. 6. tantum unus finis.

Doctor articulizat banc questionem quadruplici articulo. In primo articulo secundi qui incipit. De secundo articulo dicitur quod non est possibile loquendo de potentia dei absoluta quod aliquis comprehensor fruatur divina essentia non fruendo persona et cetera. Et hec est opinio Henrici quodlibeto. 2. q. 7. dum venit ad soluendum argumenta principalia. Et secundum soluendo dicit sic. Ad secundum dicendum quod illa que uniformiter respiciunt essentiam et personam et cetera. Sic respondet Henricus quodlibeto per questionem 1. Sed secundum doctoris sententiam quatuor videbimus. Primum de fruitione viatoris quantum ad possibilitatem. Secundum de fruitorie comprehensoris loquendo de potentia dei absoluta. Tertium de fruitione comprehensoris loquendo de potentia creature. Quartum de potentia et fruitione viatoris et comprehensoris de facto.

Quantum ad primum dicit quod possibile est viatores frui essentia non fruendo persona. Et hoc fruitione ordinata cum essentia sit quid absolutum et prius. Quantum ad secundum quod de potentia dei absoluta non videt contradictionem quin possibile sit ex parte intellectus et voluntatis quod utriusque acumen terminet essentia divina vel persona. vel una persona et non alia. ut puta quod intellectus videat essentiam et non personam. vel unam personam et non aliam. Et quod voluntas fruatur essentia et non persona. vel una persona et non alia. Ad tertium quod non potest intellectus de potentia sua naturali videre essentiam et non personas cuius obiectum manifestat tres personas. et ipse ad illas moueatur naturaliter. nec etiam voluntas illis representatis nec absolute nec ordinate non frui. Et ratio est quia licet in potestate voluntatis sit aliquis actus ut ponatur in esse vel non ponatur tamen non est in potestate eius ut actus positus est quod habeat illam conditionem vel libertatem. et hoc nota diligenter. Ad quartum dicit quod de facto est una fruitio et visio essentie in tribus personis vel tribus personarum in essentia. Sed quicumque videt essentiam videt omnes creaturas Ad quod dicunt aliqui quod non. quia perirent revelationes sanctorum et angelorum. ergo si beatus videndo essentiam non videt creaturas omnes. vel omnia ibi representata per quem modum habent novam noticiam dicitur a quodam quod eodem actu cognoscitur deus et cognoscuntur cognita in deo. Sed illa nova noticia fit per respectus novos ad secundaria obiecta. nam actus habent habitudinem necessariam et essentialem ad primum obiectum. Ad alia autem scilicet secundaria obiecta non quod potest esse

actus sine tali respectu. Dicitur ergo quod per aduentum noui respectus illi actui ad secundarium obiectum intelligitur ad secundarium obiectum quod prius non intelligebatur. et hoc per priorem actum cui aduenit respectus. et ille respectus est extrinsecus adueniens. Sed cognita diuina essentia cognoscuntur ydee. dicitur quod non sed si cognoscuntur quod habetur noticia de eis per nouos respectus ut dictum est. Sed essentie conuenit beatificari nisi ut in tribus. dicitur quod sic. quia tunc pater non esset beatus sine filio. Et ideo dicitur quod essentia diuina sub ratione sua absoluta est obiectus beatificum et non ut in tribus quibus semper sit in tribus. Nota in prima conclusione ubi ponitur auctoritas Aug. 7. de trini. c. 2. Si essentia relatiue dicitur non est essentia. quia omnis essentia que relatiue dicitur est aliquid excepto respectiuo. i. est absolutum. Et hoc habet verum de primo respectu. Sed si super respectum fundetur respectus. ut si super proportionem fundetur similitudo regula Augustini non valebit in secunda relatione. nam remota illa relatione quod remanet non est absolutum sed respectiuum.

Ad argumentum in principio dico quod est vnus finis ultimus in se tamen ille habet rationes distinctas aliquas que non sunt rationes ultimi finis formaliter. et ita possibile est frui eo sub ratione ultimi finis non fruendo eo sub illis rationibus.

Tertia questio prime distinctionis

ubi queritur. vtrum fructio sit actus voluntatis. vel si est passio. i. si fructio est illa delectatio que consequitur actus fruendi vel illum actum beatificum. Probatur quod sit delectatio quia fructus est vltimum quod expectatur de arboribus. Et frui dicitur a fructu. Sed vltimum quod expectatur est delectatio cum sequatur actus. 10. ethicoz. g. 2. Ad oppositum. voluntas actu elicitu amat deum. g. aut propter illud et tunc utitur et ita est peruersa. aut propter se et tunc fruatur ex diffinitione fructiois. et sic frui est actus et non passio. Sed in hac questione tria videbuntur. Primum. si dilectio et delectatio sint idem realiter. Secundum. si fructio est dilectio vel delectatio. Tertium. si fructio sit actus voluntatis.

De primo articulo est opinio Thome

quod dilectio et delectatio sunt idem realiter sed differunt ratione. Doctor improbat vtramque partem. Primam. nam in demonibus est dilectio. nam diligunt se sed non delectantur. Secundam improbat. nam dilectio elicitur a voluntate. sed delectatio non sed sequitur eam.

Et sic concludit doctor quod realiter distinguuntur. Quantum ad secundum dicitur quod dilectio est operatio elicitu a voluntate presupponens cognitionem obiecti. Sed delectatio est quedam operatio recepta in voluntate causata ab obiecto. Sed est opinio doctorum quod fructio importat tam dilectionem quam delectationem. vñ Aug. 10. de trini. fruimur cognitis bonis in quibus voluntas propter se delectata quiescit. Quantum ad tertium. si fructio est actus voluntatis est opinio Egidii in prima distinctione quod frui aut dicitur actus quo attingitur finis separatus prius non habitus. et sic fructio est actus intellectus. nam per intellectum prius attingitur obiectum beatificum. Aut frui dicitur actum per quem attingitur finis iam habitus. et sic est actus voluntatis. Et sic fructio secundum eum prius spectat ad actum intellectus. secundario autem ad actum voluntatis in quantum dicitur quodam delectationem consequentem actum intellectus. Sed doctor improbat et dicit quod fructio est actus voluntatis patet per Aug. 10. de doctrina christiana. frui est amore inherere. sed amor est in voluntate. g. 2. Sed si quis dicat quomodo se habent ergo fructio et delectatio. dicitur quod sicut subiectus et propria passio. 10. ethicoz. Ad argumentum in principio dico quod non est fructus ut expectatur ut possidendum sed ut expectatur ut gustandum quod gustationem sequitur delectatio tanquam passio. et sic illa non fruimur sed sequitur fructioem nostram.

Quarta questio prime distinctionis

ubi queritur. vtrum vltimo fine apprehenso per intellectum possit voluntas non velle. Videtur quod non. quia finis ut sic habet rationem omnis boni. naturaliter autem voluntas inclinatur ad illud. g. necessario tendit in illud. Ad oppositum. nam si voluntas necessitaretur non mereretur nec demereretur. sed in contrarium est veritas. 3. ethicoz. Hanc questionem doctor quadruplici articulizat articulo. Et in quolibet articulo introducit Denricum de Sandauro ex quodlibeto. 3. q. 57. et quodlibeto quarto. q. 2. Et Thome. prima secunde. q. 10. articulo primo et secundo. Et isti dicunt quod apprehenso vltimo fine voluntas necessario fruatur. Item dum procedit doctor procedendo contra Denricum quod deus potentia sua absoluta potest causare sui visionem sine fructu one in vno. 5. ubi dicit. Dicitur quod illa maior est vera de illis absolutis quorum neutrum dependet ab alio 2. Ponitur responsio Denrici quodlibeto. 12. q. 5. Sed veniendo ad opinionem doctoris ut moris est dicitur quod illa questio potest intelligi

quadrupliciter. Primo de fine obscure apprehenso in vniuersali. Secundo de fine obscure apprehenso in particulari sicut concipimus beatitudinem in deo trino. Tertio de fine clare viso in habente voluntatem supernaturaliter eleuatam videlicet in habente voluntatem perfectam per habitum supernaturalem scilicet caritatis. Quarto de fine clare viso in non habente habitum supernaturalem in voluntate posito quod deus de potentia absoluta se ostendit intellectui non dando habitum aliquem supernaturalem voluntati.

Ad primum dicit doctor quod fine apprehenso in vniuersali quod sicut voluntas non fruatur necessario his que sunt ad finem. nec etiam illo fine vniuersaliter apprehenso et in communi.

Ad secundum etiam dicitur quod non necessario fruatur fine viso in particulari et obscure. Ad tertium quod voluntas eleuata per habitum caritatis non necessario fruatur quantum est ex parte sua.

Ad quartum dicit quod voluntas non eleuata supernaturaliter potest frui ultimo fine sibi presentato. Sanctus doctor tenet vbi supra quod postquam voluntas clare videt obiectum quod illa visio et convenientia obiecti necessitant voluntatem. Sed doctor concludit quod voluntas non potest cogi. Sed tota vis et difficultas in hac materia est in verbis Aug. 13. de trini. c. 3. vbi dicit quod omnes volunt esse beati naturaliter. ergo necessario volunt ultimum finem in quo est beatitudo. Ad hoc doctor respondet quod dictum Aug. intelligitur habitualiter. id est naturali inclinatione et non actualiter. Uterius dicit doctor quod in habituali appetitu non est fruitio. sed in actuali. Etiam nota hic quod voluntas licet possit in velle et in suum oppositum quod est non velle. tamen non potest in suum contrarium quod est odire deum. Nam hoc est contra rationem voluntatis: cum odire deum sit simpliciter malum quod non comprehenditur sub obiecto voluntatis. 3.º ethicorum. Nam ibi habes quod bonum absolute est obiectum voluntatis. Sed quis diceret damnati oderunt deum ex illo psalmo. Qui te oderunt. Dicitur quod odium capitur hic. qui te oderunt. id est noluerunt. Sed voluntas nostra potest ab aliqua causa necessitari. dicitur quod voluntas potest considerari quadrupliciter. scilicet ut passiuam et ut receptiuam. et ut actiuam. et ut productiuam. Primis duobus modis necessitatur cum pati non sit in potestate patientis. Sed aliis duobus modis non necessitatur. Ad argumentum in principio dicendo quod intelligitur de appetitu vel inclinatione naturali in habitu non autem de appetitu actuali.

Quinta et vltima questio prime di-

functionis vbi doctor querit questiones quinque. Prima vtrum deo conueniat frui. Secunda vtrum viator fruatur. Tertia vtrum peccator fruatur. Quarta vtrum bruta fruatur. Quinta vtrum omnia fruatur. Videtur quod non quia fruitio est respectu finis. Sed deus non habet finem. ergo etc. Ad oppositum. deus amat se et non propter aliud. ergo fruatur se. consequentia tenet. quia si amat se aut vtendo aut fruendo. Decidendo questionem in aliquibus libris reperitur quod allegatur sapiens in diffinitione dei sic inquit. Deus est spera intelligibilis cuius centrum est vbiq; circumferentia nusquam. De secundo doctorem irrefragabilem quem fratrem Alexandrum de balis nominant. prima parte summe est Demetris termegesti in proprietario suo. frater Bartholomeus asserit hanc esse scilicet patris in de vita patris etc.

Sed veniendo ad questionem. Ad primam dicitur quod deo conuenit frui quia voluntas sua fruatur suo obiecto licet non fruatur illo tanquam fine. quia esset finis sui ipsius. Ad secundam questionem dicitur quod viator fruatur. quia per actum amicitie vult deo in se bene esse ideo fruatur illo. nam talis actus est fruitio et non actus desiderii. Ad tertiam questionem dicitur quod peccator fruatur. nam licet peccator in alio quietetur non tamen immobiliter. Nam immobiliter quietari est in actu irreferibili appetente obiectum quod sonat. id est in deo vel in infinito. Ad quartam questionem dicitur quod bruta non fruuntur. Et si Aug. videtur dicere contrarium debet intelligi sua auctoritas fruitioe abusua. Nam proprie frui est amore inherere quod in bestis non inuenitur vt potest haberi. 8.º ethicorum. Ad quintam questionem dicitur quod non omnibus conuenit frui. Nam frui conuenit habentibus rationem et appetitum. et appetitus debet sequi actum cognoscendi. Sed lapidibus aliisque rebus inanimatis ista non conueniunt igitur sequitur quod non omnia fruuntur. Ad argumentum in principio dicitur quod licet deus non sit finis sui tamen respectu voluntatis sue est obiectum illud cui nata est competere ratio finis.

Intra secundarum distinctionem in qua

queruntur aliquae questiones. Et primo ponit primam in qua ponuntur due. Una realis scilicet vtrum sit in entibus aliquid actu infinitum. Secunda vtrum deum esse sit per se notum. Videtur quod non. Nam Aristoteles dicit. 8.º physicorum si esset

virtus infinita moueret in non tempore. nulla autem mouet in non tempore. ergo nulla natura est infinita. Ad oppositū. 8^o phisicorū probatur primum mouens esse potentie infiniti qz mouet motu infinito. Et primo argumēto in partē falsam respondet frater Guillelmus varro di. z. huius primi. q. 1. soluēdo quantum argumentum. Et hoc signat doctor dum dicit respondet qz maior est vera zc. Notandum tamen qz quidam libri habent hic tertiam questionem que incipit. Utrum sit aliquod ens simpliciter primum. sed non est de textu. Et soluit secundam qōnem Primo qz logica est subtilissime discussa propositionis per se note. et sic infert negatiua correlata. Primum qz nulla est distinctio per se nota in se. z nota nature z nobis. sicut distinguebat Thomas prima parte summe. q. z. articulo. 1. in solutione principali. Secundum nulla est distinctio. hęc. s. aliud est per se notū nobis sapientibus z insipientibus. sicut idem faciebat Thomas ibidē ex prima secunde. q. 94. articulo. 2^o. Tertium non valet distinctio qz aliqua sunt per se nota primi ordinis. z aliqua secundi. sicut distinguebat Guillelmus varro. li. 1. dis. z. q. 8. Et secunda tractata questione in principio solutionis prime dicit. Causa exemplaris non est aliud genus cause a causa efficiente. sicut ponebat Denricus quodlibeto. 9^o. q. 1. z. z. In probatione prime questionis in secundo articulo principali vbi ipse probat qz intellectio z volitio sui sunt idem cum essentia primi. Et in primo inducitur argumentum ex ydemptitate potentie z obiecti. z ē Thome primo scripti ex distinctione. 35. q. 1. soluendo tertium argumētum. Unde idem habet Egidius de roma quodlibeto. 3^o. Secundo post probat qz intellectio omnium est in primo idem cum primo. Et in quinta probatione dicit. Item quinto posset sic argui. Iste intellectus non est nisi quoddam intelligere. vbi ex ydemptitate intellectus z intelligere concluditur qz si vnus intellectus sit omnium z ipsius intelligere vnicum. et ita propositus. Sic arguit Alexander de Alexandria de ordine minorum officio generalis di. 35. q. 2. soluendo secundum argumentum. Alterius tuz doctor probat infinitatem quadruplici via zc. Sed dum probatur infinitas primi per essentiam hoc modo quia creat. inter nanqz creationis extrema ē distantia infinita. Dec ē rō Denrici qz libeto. 4. q. vlt. Et Ricardi de media villa in secunda di. primi articulo. 4^o. q. 4. Tandem post quatuor vias probatur propositus ex negatiōe materie. qz forma finitur per materiā. hęc ē rō Thome prima pte summe. q. 7. arti. 1. Sed veniendo ad opinionē

Scoti dicitur ad secundam questionem. Aliqui dicunt qz deum esse non est per se notum. Et ratio eorū ē. nam qd ē demonstrabile non ē per se notū. Sed deum esse ē demonstrabile per phm. 8^o phicorū. z p Auid. 1. metha. c. 1. g^o. deū esse nō ē p se notū. Sed dicitur qz deus est. essentia diuina est. sunt per se note ppositiones cum ex suis terminis habeant euidentem veritatem. et sunt immediate ad quas resoluuntur omnes propositiones enunciātes aliquid de deo qualitercūqz concepto. Et hęc est intentio scoti propositiones per se note sic qz illa extrema nata sunt facere euidentiam de illa complexionē cuiuslibz apprehendenti perfecte extrema illius complexionis. Ad primam questionem dicitur qz de^o est infinitus. Sed eius infinitas non potest demonstrari a priori sed tantum a posteriori. Et anteqz veniam ad declarandum istaz veritatem faciam aliquas propositiones preambulas. Prima qz est aliquod primum ineffabile aliter esset processus in infinitum. Secunda propositio qz illud primum est incausabile. patet sicut prima aliter esset processus in infinitum. Tertia propositio qz illud primum effectiuum est actu existens a se. patet. Nam si esset in potentia z reduceretur ad actum tunc oporteret per aliud reduci et sic aliud effectiuum esset prius illo. Deinde inter istas propositiones ponit hoc qz est danda vnitas nature prime. Quarta propositio qz eius intellectio z volitio non est aliud ab eius essentia cum idem sit principium z finis. Quinta propositio qz intelligere se est idem illi nature. quia nihil amatum nisi cognitum. igitur si amare se est ex se necesse esse sequitur qz intelligere se. Sexta propositio nullum intelligere potest esse accidens prime nature cum per essentiam suam intelligat z non mendicet ab exterioribus.

His suppositis ostendit infinitatem in deo quatuor viis. Primo per viam efficiencie quas vias probat phs. 8. phicorū. z. 12. metha. arguit sic. Primum mouet motu infinito. g^o hz potētiā infinitā. Secunda via p intellectionē sic. primum ē intelligēs distincte oīa scibilia z sū. Sz illa sūt infinita. sz cū vnico actu illa intelligat. igitur est diuisus infinite. Tertia via ē p viā finis sic. Volūtas nra nō quietat in aliquo finito. sz volūtas nra nō quietat nisi in summo bono. igitur illud ē infinitū. Quarta via ex pte emnencie sic. Eminētissimo impossibile ē pfectius esse. Sz finito nō ē impossibile pfectius esse. g^o ens primum ē infinitū. Sz nota qz Scot^o videt qz contradicat sibi ipsi in pponibus p se notis. naz in prima vbi rō det ad qōnē dicit qz de^o ē. est p se nota. ponit secunda rō vbi dicit. Et si qrat zc. Ex qua habet qz de^o ē nō ē p se nota. Sz aliqui

Soluunt istam contradictionem sic quod in prima conclusione locutus est de noticia intuitiva. in secunda de abstractiva. Sed filius cuiusdam soluit sic quod esse potest deo competere. In primo modo dicendi per se vel in secundo. Si competit in primo est per se nota et sic tenet prima conclusio. Si in secundo modo dicendi per se non est per se nota. quia potest probari a priori. Et sic intelligitur secunda conclusio et non contradicunt. Ad argumentum in principio dicendo quod per bñs. 8º philosophorum intellexit si est infinita potentia et agit ex necessitate nature agit in non tempore. sed deº non agit necessitate nature sed voluntate.

Secunda questio secunde distinctionis ubi queritur. utrum tantum sit vnus deus. Uidetur quod non prima ad Cor. 8º. Siquidem sunt dy multi et domini multi. Ad oppositum Deutero. 6º. Audi israel dominus deus tuus vnus est. Et Isate. 45. Extra me non est deus. Sed ubi dicitur in ista questione. Conclusio est certa. ponit opinio fratris Guillelmi varronis li. 1. di. 2. q. 2. quod scilicet vnitas dei accepta est a lege ideo demonstrari non potest. Et huius intentionis est Rabi moyses. Similiter soluendo vltimum argumentum de pluribus bonis etiam ducit hanc distinctionem. q. 2. sequens do tertium argumentum Sed deum esse vnum doctor probat septem viis. Prima ex parte infinitatis. Nam si essent duo dy quilibet esset infinitus. Et infinitum debet cognosci per suam essentiam et sic secundus deus cognoscens alium per essentiam alterius non esset infinitus cum deus debeat cognoscere omnia per suam essentiam et non per essentiam alterius. Secunda via est ex infinita voluntate sic. Voluntas infinita est recta. ergo diligit quod libet diligibile quantum in se est diligibile. Et si sic amaret secundum deum infinite. et per consequens magis quod se vel equaliter quod est impossibile. Tertia via est ex infinita bonitate. Nam voluntas potest appetere maius bonum. Sed si essent plura infinita et plura bona et summe bona voluntas non quietaretur in vno bono quod est impossibile. Quarta via ex parte infinite potentie sic. In eodem ordine non sunt eiusdem effectus plures cause totales. Sed infinita potentia est totalis causa. ergo non alie cause. Quinta via est ex infinitate sic infinitum non potest excedi imo imbibit omnia. Sed si bonum infinitum esset in pluribus vel recederetur vel non imberet aliud infinitum. ergo non plura

Sexta via ex necesse esse. nam si sunt duo dy habent duas rationes necessarii esse. Et cum in alio tertio conueniant scilicet in essentia et illa in vtroque sit necesse esse. igitur quilibet deus habebit duo necesse esse quod est inconueniens cum in deo non sit nisi vnus necesse esse. Septima via ex ratione omnipotentie sic. Si deus est omnipotens. ergo potest quod libet aliud a se facere esse et non esse. Et sic cum vnus deus faceret alium etiam posset eum destruere quod est falsum. Ad argumentum in principio dicitur quod apud loquitur de ydolatriis et idem de diis nuncupatiue. nam subdit. nobis autem vnus est deus.

Tertia questio secunde distinctionis

ubi simul queruntur quatuor questiones. Prima utrum cum vnitate diuine essentie sint tres persone. Secunda utrum sint tres persone in essentia diuina. Tertia utrum in diuinis possit esse aliqua productio intrinseca. Quarta utrum sint ibi tantum due productiones intrinsece. Uidetur quod non Deuteronomio. 33. Videte quod ego sum solus. Ad oppositum Apostolus ad Cor. Gracia domini nostri ihesu christi et conuincatio spiritus sancti. Et dum obicit contra se. Et rationes soluit infra dicit sicut dicunt quidam de noticia abdita ut Henricus quodlibeto. 9. q. 15. et frater Guillelmus varronis dis. 3. huius primi. q. vtrum anima semper se intelligat actu elicto. Rursus post quartam suam rationem ad probandum quod in diuinis est productio. adducit probationes aliorum. Prima hic arguit aliter quidam doctor qui ex hoc quod persona constituitur per relationem. Ad secundam arguit in deo productionem Henricus est quodlibeto 6º q. 1. et sequens ratio est eiusdem. Et sequitur. Arguunt alii per rationes boni etc. Sunt argumenta Boneuenture li. 1. di. 2. q. 2. Soluta hac tertia questione consequenter quarte respondet questione. in principio premitens opinionem que est Henrici in summa et in quodlibeto. 6º q. 1. propter adaequationem actuum essentialium et notionalium. finita autem quarta questione incipit soluere. primo probando quod sunt due persone producte. secundo quod est vna improducta. Nunc restat probare quod vna sit improducta. ubi dicit vnus doctor. hic doctor est Henricus quodlibeto. 6. q. 1. Incipit vltimo soluere primam questionem. et modicum antequam respondeat argumentis principalibus dicit. hic inducatur dictum illius doctoris de duplici predicatōe. Et est Bonauentura li. 1. di. 5. q. 1.

Sed veniendo ad opinionem docto

ris respondet primo ad tertiam questionem dicens q̄ sic. quia in patre sunt duo principia intrinseca distincta que requirunt duo principia distincta ad intra. Primum patet. q̄ in patre est memoria secunda siue intellectus per quam producit filium. Secundo de voluntate q̄ voluntas habens obiectum actu cognitum sibi presentatum ex ratione sui est productiva amoris perfecti talis obiecti sc̄ spiritus sancti. Secunda ratio doctoris pro hac conclusione. Obiectum q̄ est in memoria. i. in intellectu possibili producit se ipsum in intelligentia. i. in intellectu agente. sed non potest se ipsum producere cum per Aug. nihil est q̄ seipsum gignat. ergo producit aliquid aliud a se. sed non nisi filium. g. 7c. Sed aliquis hic quereretur. tu dicis q̄ essentia cum intellectu vel memoria secunda sunt principium productivum verbi. et voluntas secunda principium spiritus sancti. Quomodo per intellectionem et volitionem producuntur persone filii et spiritus sancti. cum intelligere et velle sint actiones immanentes. 6. ethicoz. et actio immanens nihil derelinquit in passio. Sed in productione filii et spiritus sancti oportet q̄ aliquid relinquatur. Ad hoc dicit quidam q̄ iste potentie sunt operative et productivae. Operativae quidem sunt in quantum intelligunt et volunt. et ut sic non habent nisi operationes immanentes. Sed sunt productivae ut dicunt et spirant et ut productivae considerantur aliquid derelinquunt in passio. Et ideo scotus in primo quodlibeto dicit q̄ filius non producit per intelligere sed per dicere. Ad quartam questionem respondet q̄ sunt ibi tantum due productiones intrinsece. Et hoc probat quasi per idem sicut in tertia maxime q̄ sunt tantum duo principia habentia formales rationes productivas. Et q̄ sint tantum duo patet. nam unum principium inclinatur naturaliter et terminatur ad filium. aliud libere et terminatur ad spiritum sanctum. Ex quo potest haberi q̄ multiplicatio non fit per materiam contra sanctum Thomam maxime cum contra eum sint tres articuli condemnati Parisius a domino Stephano. Unus dicit sic. intelligentie non habent materiam ideo deus non potest facere plures angelos eiusdem speciei. error. Secundus q̄ deus non possit multiplicare in diivida sine materia sub eadem specie. error. Tertius q̄ forme non suscipiant divisionem nisi s̄ materiam. error. nisi intelligatur de formis eductis de potentia materie. Contra sanctum Thomam in hoc est Lomētator 2. de aia cōmēto 2. et 3. Et Avic. 2. metba. Sed dimittantur p. 2. di. 3. Ad secundam questionem cum dicitur de trinitate personarum in diivinis dicit q̄ sunt tantum tres. Probat sic.

Tantum sunt due persone producte et una producens. ergo tres. p̄na tenet per ly tantum. an̄s patet per probationes precedentes in hac q̄one. Ad primam q̄onem respondet affirmative. nam natura quecumq̄ est comunicabilis pluribus p̄ ydēp̄tate. igitur natura diivina cum bonum sit sui ipsius comunicativum et maius bonum magis hoc confirmatur. natura diivina est quicquid nature ut natura est perfectio simpliciter. Dis perfectio simpliciter est comunicabilis pluribus. igitur natura diivina. minor tenet. q̄ perfectio simpliciter est q̄ in quocumq̄ est melius esse q̄ non esse. Et sic essentia est melius esse in personis q̄ non esse. Uterius dicit q̄ essentia et persona oportet q̄ habeant distinctas rationes preter intellectum per quas p̄veniat cōdicabile et incōdicabile. Et nota ubi dicitur ad secundam probationem maioris infra responsionem tertie q̄onis q̄ potest haberi q̄ in diivinis non datur causa ad intra. Et ratio est. nam causa est ad cuius esse aliud sequitur per naturam. ly aliud dicit distinctionem essentialem que non datur ad intra. Ad extra bene est causa creaturarum infra ubi dicit ad quartam q̄onem. Invenies illud. 2. de aia q̄ potentie materiales non sunt reflexive supra se sed bene immateriales. Nam visus non videt seipsum. sed intellectus bene intelligit seipsum. Nota q̄ post. 8. paginas invenies quid est ydemitas formalis. ex qua lra poteris extrahere q̄ ad hoc q̄ aliqua distinguantur formaliter quinq̄ requiruntur. Primum q̄ unum non sit in alio ut in potentia naturali. Et sic actus et potentia non differunt formaliter. Secundum q̄ unum non sit in alio virtualiter. nam hec distinctio distinguit a formali. Tertium q̄ unum non sit in alio in quodam modo. Quartum q̄ unum non sit in alio totaliter. Quintum q̄ unum non sit decepto quidditativo alteri sicut se habent proprietates ad essentias. Ad argumentum in primo dico q̄ loquitur de solitudine nature diivine et non de solitudine persone

circa distinctionem tertiam sunt un

decim q̄ones. et in prima sunt due. Prima vtz deus sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu viatoris. Secunda vtz deus sit primum cognitum a nobis naturaliter p̄ statu illo. Videtur q̄ non. q̄ Johā. 1. Deus nemo vidit unq̄. ois autem intellectualis natura dicit visio s̄ Aug. de tri. Ad oppositum. q̄ xps loquens de noticia patris dicit. et vidistis eum. Jo. 4. Solutio prima dicit q̄ non est intelligendum q̄ deus possit cognosci negative. Non affirmative sicut distinguit Tho. p̄ia pte sume. q. 12. arti. 12. Nec est est distinguendum s̄ cognitio est q̄ est. et si est. Nec est distinguendum s̄ si est

vt est questio de veritate propositōis sicut fecit Thomas prima parte summe. q. 3. articulo. 4. in solutione cuiusdam argumenti. Et remotis tribus aliis descendendo ad questionem immediate ponitur opinio doctoris solennis in summa articulo. 22. q. 2. et 3. Et post doctor iuxta mentem suam entis ponit vniuocationem concedendo eum breuiter esse vniuocū deo et creature substantie et accidenti. Et tacta opinione de quidditate rei materialis immediate ante quartum dicitur. que quidditas s³ Thomam prima parte summe. q. 12. articulo. 4. est obiectum adequatum intellectus viatoris. De prima se expedit veniens ad secundam questionem duplici posita distinctione ponit ordinem eorum que confuse cognoscuntur actu.

Sed veniendo ad questionez ponuntur quinque conclusiones. Prima quod possumus habere aliquem conceptum in quo per se et quidditative concipitur deus. patet. nam nullus concipit proprietatem subiecti vt est illius subiecti nisi habeat conceptum quidditativum subiecti. Sed concipimus proprietates attributales dei. ergo habemus aliquem conceptum per se quidditativum de deo. Secunda conclusio quod non tantum in conceptu analogo sed in aliquo conceptu vniuoco potest cognosci deus. patet nam cognoscitur in conceptu entis quod est vniuocū deo et creature. Tertia conclusio quod deus non cognoscitur sub conceptu specifico et proprio patet. Nam quod diu vixerimus in hoc mundo propter penam peccati differentias rerum ignorabimus. ergo a fortiori et dei differentiaz propriam. Quarta conclusio quod ad multos conceptus quidditativos dei possumus peruenire scilicet quod est ens substantia spiritus. Sed isti non sunt proprii sed communes. Quinta conclusio quod illa que cognoscimus de deo cognoscimus per species creaturarum patet per illud ad Ro. p^o. Inuisibilia dei per ea que facta sunt etc. Ad secundam questionem sunt notanda aliqua. Primum quod triplex est primitas in cognoscibilibus scilicet originis perfectionis et adaequationis. De duabus primis primitatibus patet per philosophum. 9. metha. vbi dicitur quod ea que sunt priora generatione sunt posteriora perfectione et econuerso. De tertia primitate patet per philosophum p^o. posterior. quod passio primo inest subiecto adequato. sicut risibile primo homini et Petro. Secundo quod perfectius intelligibile potest dici vel simpliciter vel secundum proportionem. sicut dicimus quod visio Aquile respectu

solis est perfectior simpliciter quam visio mea respectu candelee. Sed visio mea est perfectior secundum proportionem. nam ego plus habeo de visione respectu candelee quam Aquila respectu solis. Tercio notandum quod triplex est cognitio scilicet actualis habitualis et virtualis. Dicitur actualis quando obiectum presens actu concipitur. Habitualis vero quando obiectum est presens intellectui ita vt intellectus possit statim habere actum elicitum circa ipsum. Virtualis dicitur quando aliquid intrinsece contentum in alio intelligitur ad intellectionem continentis vt concipiendo hominem concipio animal. Aliqui dicunt quod ista est continentia essentialis. sed aliud est continentia et aliud cognitio. Tunc pono aliquas conclusiones. Prima quod primum cognitum primitate originis cognitione confusa est species specialissima patet per Auid. p^o. metha. c. 3. Methaphisica est vltima in ordine confuse concipiendi vel ens

Secunda conclusio quod primum cognitum noticia distincta est ens patet. nam noticia distincta est per quidditatem. sed ens est prima quidditas. ergo etc. Item quod si aliqua distincte cognoscuntur oportet ambulare de cognitione in cognitionez et incipere ab ente. Tertia conclusio quod cognitione habituali vel virtuali communes sunt prius nota. Et ratio est quod via generationis imperfectius est prius quod procedit de potentia ad actum. Quarta conclusio quod primum cognitum perfectione simpliciter est deus patet nam in consideratione illius substantie vel substantiarum separatarum quod verus est posuit philosophus felicitatem. 10. ethicorum.

Quinta conclusio quod primum cognitum primitate proportionis est quidditas sensibilis. nam intellectus plus attingit ad illam secundum gradum cognoscibilitatis. Ad argumentum in principio dicitur quod loquitur de noticia intuitiva.

Secunda questio tertie distinctionis

vbi queritur vtrum deus sit obiectum naturale adequatum intellectus viatoris. Videtur quod sic. deus est primus hoc est perfectissimum inter omnia cognoscibilia. primum autem in vno quoque genere est causa alius essendi ex. 2. metha. sicut primum calidum est causa caloris in omnibus aliis. ergo deus est ratio cognoscendi omnium obiectorum. Ad oppositum. Primum obiectum primitate adaequationis recipit predicationem obiectorum contentorum sub eo. deus non est huiusmodi. 9. etc. In principio dicitur in ista questione est vna opinio. est opinio Thomae in prima

parte summe. q. 12. arti. 4. 7. q. 85. arti. p. Et concludit q. nō. Et illa impugnata ibi est alia opinio que ponit deum esse primum obiectū intellectus. 7. ē Dēria qdlibeto. 15. q. 9. 7. qdlibeto. 13. q. 9.

Sed vt veniamus ad intentionē doctoris hec qd habet ortum a precedenti. qz ibi motum fuit 7 non determinatum. quid esset obiectum intellectus primum primitate adaequationis. Ad qd dicitur q. primum obiectum primitate adaequationis est ens in quantum ens. Nam illud habet solum has primitates scz cōitatis 7 virtutis. Sed ad hoc saluandum ponit 7 presupponit ens esse cōe vniuocum deo 7 creature substantie 7 accidenti. Item est intelligendus q. ens omnibus est cōe sic q. in omnibus quidditatiue includitur preterq. in primis differentiis scz entis 7 vltimi scz indiuiduorum 7 in passionibus. nam in differentiis intermediis. i. in illis que dicuntur a distinctis rebus bene ens quidditatiue includitur vtputa in rationali. nam aīa dicitur ab aīa sensitua. Et rationale ab aīa intellectua que sunt de res. Et vtzqz eorum est ens 7 includit ens. Sed quomodo intelligitur illud metha. dictum. Nihil est qd subterfugiat rationes entis. dicitur q. est sic intelligendum quidditatiue vel denominatiue. prime differentie 7 vltime 7 passiones sūt ens denominatiue omnia alia sunt ens 7 includunt ens quidditatiue. Et secundum doctorem deus est ens est quiddatiua secundus franciscus de nominatiua licet nō denotatiua accñtalis. Nota ante secundus articulum vbi ponit illud primi posterior. q. propositiones de p se non conuertuntur. Dicit q. si predicatum dicatur de subiecto p se non eodem modo dicitur subiectus de predicato per se sed per accidens. igitur si ista ē per se secundo mō ens est vnus. hec vnus est ens. non est per se secundo mō sed quasi per accñs. 7 sic risibile est homo. Ad argumentum in principio dicitur q. deus ē ratio cognoscendi in ratione bonitatis sed non in ratione entitatis.

Tertia questio tertie distinctionis

vbi qritur vtz ponitur aliqd aliud trāscendēs primū obiectum intellectus nostri q. habeat equalem cōitatem cum ente. i. vtz vtz sit obiectum intellectus nostri. Videtur q. sic. verum est obiectum intellectus. ergo non ens. nā tenet qz non sunt duo obiecta adaequata vnus potentie. aīs patet per Anselinum de veritate qui sic dicit. Veritas ē rectitudo sola ppria pceptibilis mēte. Ad opp^o ens et res prima ipressione in aīa imprimuntur

scz Auicennam. ergo non vtz. In ista qdne ponitur opinio Egidii de roma dicentis. vtz est obiectum intellectus nostri. Et ponitur quodlibeto. 4. q. 10. Sed doctor improbat. 7 causa impbationis est. nam rationem obiecti dicit illam secundum quā obiectum est motuum potentie. sicut ratio actiui vel agendi dicitur illa forma scz quaz agens agit. Talis aut rō obiecti non potest esse respectus qualis ē veritas. nam obiectū debet esse absolutus sed veritas dicit respectū ad potētiā qd confirmat p Aristo. 2. de aīa. Nam non dicit q. color visibilis sit obiectum. eo qz dicit respectum ad potentiam. Sed dicit q. est color 7 est quid absolutū sic in proposito. Item quia obiectum debet esse primum. Sed respectuum non est primum qz presupponit absolutum. ergo 7d. Sed vtz quomodo se habet. dico q. vtz est cōditio consequēs ens. non tamen q. per se ponatur obiectus. Sed si aliquis querat. si ens secundum suam rationem cōissimam sit obiectum intellectus. 7 mouet intellectum. quare quod cū qz contentus sub ente non potest naturaliter mouere intellectus. Et concludamus q. sic posset deus naturaliter cognosci. Dico ad hoc q. obiectum primū potentie assignatur illud qd adaequatur potentie ratione potentie non autē quod adaequatur potentie in aliquo statu quemadmodum primum obiectum adaequatum visus non ponitur illud qd adaequatur visui existenti in medio illuminato a candela precese. sed qd natum est ad equare visui ex se. et ex natura eius. Sic in proposito dico q. ens est obiectum 7 non sub ratione infinitatis. vel dico q. deus potest naturaliter cognosci sub ratione entis. sed non vt talis entis. i. entis dei. Ad argumentum in principio dicitur q. auctoritas non probat q. verum sit obiectum adaequatum sed q. non apprehenditur nisi ab intellectu.

Quarta questio distinctionis tertie

vbi queritur vtrum aliqua veritas certa et sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu viatoris absqz lucis in create speciali illustratione. Videtur q. nō p^o de tri. c. 6. 7. 15. Inuenitur imutabilē veritatē ex qua pfecte cū possum^o diffiniam^o.

Ad opp^o ad Ro. p^o hec inuisibilia p visibilia cognoscuntur Immediate post argumēta in pede qdnis ponitur opinio Denrici i summa articulo. 1. 7. ponit q. ens potest cognosci sub ratione entis sed non sub ratione veritatis. In secundo articulo tum respondet ad tertius ē opinio Denrici negantis oēm intelligibilitate 7 veritatē qdlibeto. 5. q. 14. In. 4. arti. tāgit opinio Denrici i summa

vnde consequenter doctor dicit. igitur dico ad questionē q̄ propter verba rē. Et incipit articulus quintus. et terminat ibi. Ex dictis patet ad omnes auctoritates Aug. in oppositum. sextus vero articulus de communi non reperitur in libris et sic eum non posuit.

Sed veniendo ad questionez dicitur

cum Aug. q̄ veritates infallibiles videntur intelliguntur et cognoscuntur in regulis eternis ubi notandum q̄ ly in potest capi obiective et hoc quadrupliciter. vel sicut in obiecto proximo. vel sicut in continente obiectum proximum. vel sicut in virtute cuius obiectum proximum movet. vel sicut in obiecto remoto. Ad primum q̄ oīa intelligibilia actu intellectus divini habent esse intelligibile et in eis omnes veritates relucet de eis. Ad secundum q̄ intellectus divinus continet istas veritates quasi liber. sicut dicit Aug. 9. de trini. q̄ iste rationes scripte sunt in libro lucis eterne sc̄z in intellectu divino inquantum continet istas veritates. Et licet iste liber non videatur tamen videntur ille quidditates que sunt scripte in libro primo. Et eatenus potest dici intellectus noster videre veritates in luce eterna hoc est in libro primo. sicut in continente obiectum. Et hoc sc̄z modum qui est continere veritates quasi liber quatenus producit obiecta secundaria in esse intelligibili. Ad tertium dicitur q̄ videmus in luce eterna sicut in causa obiecti in se videlicet q̄ producit obiecta secundaria in esse intelligibili et q̄ est illud virtute cuius obiecta secundaria etiam producta movent actualiter intellectum. Ad quartum dicitur q̄ illa ut sunt obiectum secundarium intellectus divini nō habent esse nisi secundum quid. Operatio autem vera realis non competit alicui precise enti secundum quid virtute sui. Sed si aliquando competit sibi oīz esse virtute alterius cui competit esse simpliciter igitur istis obiectis secundariis non competit monere intellectum precise nisi in virtute esse intellectus divini quod est esse simpliciter. et per quod illa habet esse sc̄z quid. Sed ad quoniam dicitur q̄ ille veritates p̄nt naturaliter cognosci per ista sensibilia per illud ad R. o. p. et sic nō requiritur illustratio specialis quod patet per Aug. 4. de tri. c. 35. ubi loquitur de infidelibus per his nōnulli inquit eorum potuerunt aciem mentis ultra omnes creaturas eleuare. et lucē incommutabilis veritatis ex parte attingere qui christianos multos ex sola viventes fide nōdum potuisse venire vident. Igitur vult q̄ christiani credita non vident in eternis regulis sed perhi vident in illis necessaria multa. Sed quid dicendum est ad argumentum. 12. de tri. c. 4. q̄ paucorum est pervenire mentis acie

ad rationes intelligibiles et octuaginta trium questionum. q. 46. non nisi pure anime ad illas pertingat. Dicitur q̄ illa puritas nō debet intelligi a viciis. naz. 14. de trini. dicit q̄ iniustus videt in regulis eternis quid iustum sit faciendum. Sed ista puritas debet intelligi eleuando intellectus ad veritates ut relucet in se nō tamen ut relucet in fantasmate. Sed quid dicendum est ad Aug. de requisitione lucis qui videtur dicere q̄ requiritur lux increata in anima nostra ad cognitionem veritatum infallibilium dicitur q̄ Aug. locutus est inquirendo non autem determinando. Nota pro hac materia q̄ obiectum proximum nobis respectu veritatum sunt obiecta secundaria. Ad argumentum in primo dicitur q̄ non cognoscuntur iste veritates nisi per ista sensibilia.

Quinta questio tertie distinctionis

ubi queritur. utrum in creatura sit vestigium trinitatis.

Videtur q̄ non. per vestigium potest inuestigari illud cuius est vestigium. ergo per creaturam posset naturaliter inuestigari trinitas quod est falsum. quia hoc excedit naturalem rationem.

Ad oppositum est Aug. 6. de trini. c. vlti. oportet ut creatorem per ea que facta sunt conspicientes intelligamus trinitatem cuius in creatura quodammodo dignus est ut appareat vestigium

In ista questione sunt tres articuli. In primo articulo ponitur opinio Thomae primo scripti di. 3. articulo. 2. q̄ sc̄z vestigium est impressio derelicta ex transitu alicuius super vacuum vel plenum ipsum in parte representans quia per modum speciei. Quantum ad secundum articulum de respectu creature ad deum. in quo respectu consistit ratio vestigii ponitur opinio Henrici quodlibeto 9. q. 1. 2. 2. de duplici respectu. Quantum ad tertium articulum de fundamentis vestigii est opinio Henrici quodlibeto. 3. q. 9. et quodlibeto. 5. q. 2. et quodlibeto. 4. q. 7. 2. 8. et quodlibeto 2. q. 3. Et dicit q̄ respectus vestigii in creatura non fundatur in similitudine rei. sed in aliquiditate tantum. Sed veniendo ad doctoris opinionem sunt tria videnda. Primum quid sit vestigium et quomodo distinguitur ab ymagine. Secundum in quo existit et respectu cuius in deo sit ratio vestigii in creatura. Tertium in quo fundatur respectus vestigii siue creature ad deum cuius dicitur vestigium

Quantum ad primum dicitur q̄ vestigium est similitudo partis representans argumentative totum ut per figuram pedis bouis in pulvere arguimus bovem transiisse

ponitur argumentatiue quia si pes esset separatus nō proprie re-
presentaret bouem. Sed ymago est similitudo representans totū
vt ymago iouis representans iouem. Quantum ad secun-
dum dicitur sc̄ Aug. de trini. vlti. dicit de creaturis. hec omnia
que arte diuina facta sunt vnitatem quandā in se ostendunt spe-
ciem ⁊ ordinem. vnitatis creature representat summam vnitatem pri-
mi principii a quo est origo. Et quoad hoc ait. In ista trinitate ē
summa origo respectu rerum omnium. Sed species in creatura
representat summam pulchritudinem. Ordo siue operatio in cre-
atura representat operationem perfectissimam in deo. nam beati-
tudo est summa dilectio. Et doctor discordat ab aliis in hoc artu-
culo. nam vult q̄ ista primo fundentur in absolutis. Alii vō nō

Quantum ad tertium dicitur q̄ respectu propriatorū anime
vnitatem creature cuius respectu ⁊ speciem ⁊ ordinem appropri-
amus deo. s. vnitatem patri. speciem filio. ordinem ⁊ dilectiones
spiritui sancto. Sed aliquis quereret quomodo accipitur ratio
vestigiū in diuinis que sit similitudo partis cum in diuinis non
sit pars. Respondeo. Trinitas est quoddam totum numerabi-
le saltem in conceptu intellectus nostri. Et persona ē ibi quasi pars
huius totius. ita appropriatum persone in quantum appropriat-
um est ibi quasi pars eiusdem. quia accipitur pro isto cui appro-
priatur. nec tantum hoc sed appropriabile licet non acceptum vt
appropriatum adhuc est ibi quasi pars eiusdem. Ad argu-
mentum in principio dicitur q̄ per vestigiū inuestigatur illud cui-
us est sed non distincte sed indistincte ⁊ arguitiue.

Extra questio tertie distinctionis in

qua queritur de ymagine. Querit primo de memoria sc̄
vtrū in parte intellectiua proprie sumpta sit memoria ha-
bens speciem intelligibilem. Videtur q̄ non. genitum assimila-
tur suo gignenti. sed species quando imprimitur ab obiecto im-
primitur ab eo vt singulare quia actio singularis est. ergo species
impressa non potest representare vniuersale quale requiritur ad
motionem intellectus. Ad oppositum est Arist. 3. de aia. qui
ponit species. Immediate in principio solutionis ponitur opi-
nio Denrici quodlibeto. 4. q. 8. et Ricardi maxime quodlibe-
to. 5. q. 14. Et post pauca dum dicit. Istud ponit doctor alius.
iste alius est Rodofredus de fontibus quodlibeto. 9. q. 19. ⁊ quod-
libeto. 13. q. 3. Et isti dicunt q̄ non est ponenda species intelligi-

bilis. huius intentionis sunt nominales.

**Sed veniendo ad punctum questio-
nis opinio est Scoti et intelligentium sane Aristotelem q̄ est po-
nenda species intelligibilis. Nam pb̄s. 3. de anima dicit. lapis
non est in anima sed species lapidis. Item Aug. xi. de trini. dicit
quatuor sunt species in anima altera ex altera nata. Ex specie na-
ta in sensitiua est species in fantasia. et ex illa que est in fantasia
est illa que est in memoria. et ex illa que est in memoria actus in-
telligendi. quod etiam posset confirmari de noticia vespertina
angelorum vbi ponende sunt species. Item anima xpi nouit mul-
ta quorum presentiam non habebat. et sic per species. Item ani-
me separate recordabuntur per species. Item Paulus per quid
recordabatur de his que viderat in raptu. certe non per habitus
vt dicunt nominales. nam illos nō potuit habere in vnicō actu
secundum Aristotelem. 2. ethicorum. igitur per species. Sed
posito q̄ ponatur species quomodo se habet est totalis causa vel
est vt instrumentum vel vt causa sine qua non. Dicitur q̄ nec b̄
nec illud. sed est causa particularis determinans causam vniuersalem
cuius vniuersalis causa est intellectus. nam ipsa determi-
nat intellectum sic vt intelligat Petrum q̄ non Johannem.**

Sed aliquis quereret quomodo cuius species sit singularis po-
test representare quidditatem ⁊ mouere intellectum ad conceptus
eius. Dico q̄ in specie est duo considerare sc̄ naturam ⁊ eccitatem.
dicitur ergo q̄ ratio agendi ē quidditas speciei. sed eccitatem
est conditio ipsius. Mouet ergo species ratione quidditatis que
quidditas est immaterialis ⁊ intellectus similiter. Et sic inter mo-
uens ⁊ motum est proportio 3. de anima. non ergo mouet ratio-
ne illius proprietatis siue eccitatis. sed ratione quidditatis vel
nature. Ex predictis respondetur ad questionem q̄ necesse est in
parte intellectiua q̄ ponatur memoria. Ad argumentum in
principio dicitur q̄ species non mouet sub ratione singularis sed
sub ratione vniuersalis ⁊ incorruptibilis.

Septima questio tertie distinctionis

vbi queritur vtrum memoria in intellectiua sit conseruati-
ua speciei intelligibilis cessante actu intelligendi. Vide-
tur q̄ non. q̄ si conseruaret vnam speciem pari rōe ⁊ aliā species

alterius obiecti et sic infinitas simul. Ad oppositum est Aristoteles. 3^o de anima. Item commentator vocat memoriam arcam specierum. In hac questione ponitur opinio Avicenne dicentis quod debet poni species. Sed aliqui exponunt Avicennam quod sic intellexit quod duplex est species. una que abstrahitur a sensibilibus. et hec manet actu intellectu transeunte. alia que habetur ex influxu intelligentie. ad quam convertitur intellectus. et hec non manet actu intellectu non manente. Sed doctor arguit contra intelligentes speciem non manere. Et sic dicit ad questionem quod species manet. nam est textus. 3^o de anima. Intellectus in quantum intellectus potest esse sapiens de se. Sed ex se non esset sapiens de aliquo obiecto nisi in quantum esset sibi presens in ratione obiecti. Sed hoc non convenit nisi per speciem intelligibilem. Et hoc habetur ab Aristotele. 3^o de anima dicente quod memoria est archa specierum. Et sic per species servatas in memoria potest intellectus exire in actum intelligendi sine fantasmate. Et si dicatur quod Aristoteles. 3^o de anima dicit. necesse est intelligentem fantasmate speculari. dicitur quod est intelligendum vel speculatum fuisse. Nam non oportet semper ad fantasmata recurrere. sed potest sine fantasmate intelligere per species servatas in memoria. et sic oportet ponere partem intellectuam conservativam specierum intelligibilem. Ad argumentum in principio dicitur quod non contineret infinitas species sed finitas in infinitum quod non est inconueniens. vel infinitas secundum quid.

Etiam questio tertie distinctionis

ubi queritur utrum in intellectu nostro sit noticia genita Videtur quod non. nam philosophus. 7. metaphisica. probat quod forme non est tantum generatio sed compositio. sed noticia non dicitur compositum sed formam tantum. ergo non generatur. Ad oppositum Augustinus. de trinitate. 9. c. 12. quod a cognoscente et cognito paritur noticia. In hac questione non sunt opiniones. sed respondendo dicitur quod sic. Sed querit cuius entitatis sit intellectio. Et respondet per tres conclusiones breviter. Prima quod non est substantia. probat. nam substantia non adest et abest sed intellectio sic. Secunda conclusio quod non est generatio. nam generatio est compositio. 7. metaphisica. Sed intellectio non est compositum. et sic concludit quod non est proprie generatio. Tertia conclusio quod intelligere et velle in nobis non sunt actiones neque passionibus. Dicere autem siue intelligere. producere et spirare siue amorem elucere sunt actiones

in nobis. et de genere actionis vel quasi de genere actionis. Sed dicit quidam et clarus quod intelligere est actio non de genere actionis sed de genere qualitatis. Et ratio est nam Aristoteles. 6^o ethicorum dicit actiones immanentes ipsum intelligere et velle. Sed in questione venienti laus dicitur. Ad argumentum in principio dicitur quod ultimata generatio est compositio. sed immediata est ipsius forme.

Una questio tertie distinctionis

ubi queritur utrum pars intellectiva proprie sumpta vel aliquid illius sit causa totalis gignens noticiam actiuam. vel ratio gignendi. id est si intellectus est causa totalis et activa actus intelligendi. vel si cum intellectu requiritur obiectum. Videtur quod sic. quia memoria secunda est parens noticie genite secundum Augustinum. Sed memoria secunda est ipsa potentia intellectiva precise. ergo et cetera. Ad oppositum est Augustinus. 9. de trinitate. In principio solutionis ponitur solutio Denrici quodlibeto. 4. q. 7. Et post dicit doctor. Pro ista opinione arguitur per rationes. Et idem Denricus quodlibeto. 5. q. 5. Et iste ponit totam activitatem respectu intellectionis ipsi anime. Secunda opinio ponitur dicit doctor. Alia est opinio que totaliter est in alio extremo. Est autem opinio Rodofredi de fontibus quodlibeto. 6. q. 7. Et quodlibeto. 8. q. 2. Et quodlibeto. 9. q. 10. Et quodlibeto. 13. q. 3. Et hec opinio attribuit obiecto totam activitatem. Tercia opinio. inquit doctor et cetera. hec est Denrici quodlibeto. 5. q. 14. Et dicit quod intellectus ut discurrit est actiuus. ut recipit passivus. Et postmodum dum doctor dicit. Istam eandem positionem de passione et cetera. Denricus est quodlibeto. 3. q. 6. Et est opinio. 4.

Quinta opinio ponitur dum dicit doctor. quinta opinio ponitur quod species obiecti in intellectu et cetera. Est Thome prima parte summe. q. 85. articulo. 2. Et dicit quod species obiecti in intellectu. vel ipsum obiectum in se presens est gignens. vel ratio formalis gignendi noticiam actualem in intellectu. Et ipse intellectus tantummodo se habet tanquam materiale ibi informatum illa specie velut habens obiectum supplens vicem speciei. Sexta opinio ibi scilicet opinio que redit in idem. Et est Egidii quodlibeto. 3. q. 12. 13. 14. Et dicit. iste tamen due opiniones videlicet tertia et quarta et cetera hoc ex. 4. quodlibeto Denrici. q. 8. Et dum doctor arguit post contra huiusmodi concordiam dum in quodam loco dicit. Hoc confirmatur secundum opinionem illius doctoris et cetera. Denricus

est quodlibeto. 5. q. 19. Leterum respondendo post rationibus Thomae in illo loco. Sed illa auctoritas que dicit quod intellectus possibilis est quam necessariam pertractant aliqui. Est Thomae prima parte summe. q. 87. articulo. 1. Et Egidii de Roma quodlibeto. 1. q. 3. Et quodlibeto. 2. q. 23. Et illarum opinionum alique dicunt quod intellectus fit a solo intellectu. Alie quod a solo obiecto. Alie quod intellectus se habet tanquam materiale.

Sed veniendo ad opiniones Scoti

dicuntur quod intellectio actualis est aliquid in nobis non perpetuum sed habens esse post non esse. Et quod oportet concurrere animam et obiectum presens. et hoc in specie intelligibili quod alio modo non est presens. nec actu intelligibile loquendo de sensibili et obiecto materiali. Et sic quod obiectum non est totalis causa nec in se nec in specie intelligibili. nec intellectus etiam secundum Augustinum. qui dicit quod ex cognoscente et cognito paritur noticia. Et qua auctoritate habetur quod ad intellectionem requiruntur obiectum et intellectus. Sed ex illa auctoritate nominales volunt concludere quod non requiruntur species ad actum intelligendi. sed non recte dicunt. Nam auctoritas non dicit quod ab obiecto et potentia tantum. sed quod requiruntur obiectum et potentia. et cum hoc aliquid aliud scilicet species. 3. de anima. Ducitur etiam ab eis textus Aristotelis. 2. ethicorum. scilicet tria sunt in anima. affectus potentia et habitus. Et ex isto concludunt ergo non species. Sed ille textus non ducitur ad propositum. nam intentio Aristotelis est quod tria sunt in anima que rei agende sunt principium. Et sic alia est intentio sua quam intentio eorum ad quam ducuntur textum. Sed pro una auctoritate que ducitur in quinta opinione ubi dicitur quod intellectus se habet sicut materia quod 3. de anima intelligere est quodammodo pati. Dicit Scotus quod philosophus intelligit de potentis anime quibus sumus formaliter et in actu secundo. ut puta de sensu in quantum est quo formaliter sentimus. et in intellectu quo formaliter intelligimus. Formaliter autem intelligimus intellectu in quantum recipit intellectionem. per ista verba volunt dicere esse intentionem Scoti quod intelligere sit recipere intellectionem. Deinde doctor dicit quod Aristoteles non dixit quod intellectus possibilis in intelligendo non agit. nam Scotus dicit Aristoteles non dixit quod intellectus in intelligendo non agit. ergo non agit. non valet ab auctoritate negative. Et sic est intentio Scoti quodlibeto. 15. quod intellectus possibilis intelligendo agit. Et id quidam dicit sic et bene. quod intellectus possibilis habet ista duo. scilicet specie

recipere et in actu intelligendi exire. In primo. id est in receptione speciei est passivus. In 2. id est dum exiit in actum intelligendi est actus. Et ideo Aristoteles dixit. 3. de anima. intelligere est quodammodo pati non dicit simpliciter pati. sed quodammodo. id est quoad receptionem. Quod dum exiit in actum se habeat actus potest demonstrare per Aristoteles. 6. ethicorum dicentem. Intelligere est actio immanens. actio est in agente 3. physicorum. Sed intelligere quod est actio est in intellectu possibili. 6. possibilis est agens. nam aliter non attribueretur maior actio intellectui possibili quam materie prime quod nemo philosophus diceret. Et nota quod infra ad argumenta opinionis prime inuenies quomodo est vera hec auctoritas. agens est prestancius passio loquendo absolute et simpliciter est falsa. nam sol facit in hominem. sed non est nobilius homine cum viventia non viventibus sint meliora 3. Augustinus. Sed est intelligendus. agens in se et agens est prestancius passio. et hec in omnibus est vera. Ad argumentum in principio dico quod memoria facta da includit potentiam intellectiuam cum obiecto quare etiam:

Ecima questio tertie distinctionis

ubi queritur utrum principalis cause noticie genite sit obiectum in se vel in specie presente vel ipsa pars intellectiue anime. Videtur quod obiectum. nam illud est principalis quod mouet non motum. Sed obiectum mouet non motum. anima vero mouetur mota ab obiecto ut habetur. 3. de anima. intellectus autem non mouet nisi motus. ergo etiam. Ad oppositum. causa vniuersalis principaliter concurrat. patet de sole et homine 2. physicorum. Sed intellectus est causa vniuersalis obiectum particularis. nam per obiectum intellectus determinatur ad hoc vel illud intelligendum. ergo etiam. In hac questione non sunt opiniones. Sed veniendo ad intentum dicitur quod pars intellectiua habet principaliorum causalitatem respectu intellectionum modo nobis naturaliter conuenientium. Et ratio est quia quando cause se habent sic quod quedam est illimitata id est communis. Altera vero secundum vltimum sue virtutis determinatur ad certum effectum illa que est illimitata vel illimitatior et vniuersalior videtur esse principalior et perfectior. Exemplum de sole. et de particularibus generabilibus et generantibus sic se habent intellectus et obiectum. nam intellectus habet virtutem illimitatam et communem respectu omnium intelligibilium. Sed obiecta a nobis naturaliter cognita virtutem determinatam. igitur intellectus erit causa principalior.

Uterius dicitur quod est valde notandum quod aliquod obiectum excedens nostram facultatem partis intellectiue. puta obiectus beatificus ut clare visum potest habere totam causalitatem respectu visionis aut principalioris et pars intellectiua. Et hoc propter excellenciam talis obiecti. et defectum partis intellectiue. Sed ad intellectionem requiritur lux creata vel intellectus agens quod pro eodem accipio. Et dicitur quod sic. 3. de aia. necesse est in nature aie ponere duplicem potentiam. quarum vna est omnia facere. alia omnia fieri. Sed ad quid ponitur intellectus agens. dico quod ad concausandum multa que ponuntur vel causantur in intellectu possibili. Nam intellectus agens continet in se quatuor effectus essentialiter ordinatos. Primo enim concausat cum fantasmate in intellectu possibili speciem intelligibilem quam non potest fantasma solum causare. Secundus effectus est ipse actus intelligendi quem causat cum specie intelligibili. Tertius effectus est dispositio ad habitum quem causat non tamen cum actu. Quartus effectus est habitus quem etiam causat cum specie. Et sicut dictum est de intellectu agente in causalitate effectiua istorum eodem modo dicendum est de intellectu possibili in causalitate receptiua. nam eodem modo recipit omnia predicta. Sed posito quod ponatur illa species a quo ducitur a sensu communi ad fantasiam. a fantasia ad estimatiuam. et ab estimatiua ad memoriam et cetera. Dicitur quod sunt quidam spiritus illam de cellula in cellulam deferentes. Ad argumentum in principio dico quod dicitur recipit species licet intellectus moueatur motus. tamen dum erit in actum intelligendi mouetur non motus. Vel dicitur quod est causa principalis in operando licet non in mouendo.

Ad decima questio tertie distinctio

ins ubi queritur vtrum in mente sit ymago trinitatis. Videatur quod non. nam quod est proprium verbi non conuenit creature. Sed esse ymaginem est proprium verbi. ergo et cetera. Ad oppositum Beatus pater faciamus hominem ad ymaginem nostram. Ad questionem dicitur quod sic. 14. de trinitate. per Augustinum dicentem. Ibi querenda est ymago ubi nihil est melius in natura nostra. Sed nihil est melius in nobis quam anima vel mens. ergo ymago trinitatis est in mente. Et in hac questione doctor monet duo dubia. Et primum soluendo tangit quosdam patrem dicentes non habere secunditatem ad producendum spiritum sanctum nisi de

relictam ex productione filii. hic est Henricus quodlibeto. 6. q. 2.

Est vero respondendo. 2. argumento dicitur si poneretur pater signere in quantum intelligens sicut ponit vna opinio hic est Henricus quodlibeto. 6. q. 1. Sed pro maiori declaratione quatuor videbimus. Primum quid est ymago. 2. respectu cuius sit in diuinis. 3. qualiter sit in mente in nobis et in quibus actibus. 4. si illa in quibus est differunt realiter inter se et ab essentia anime

Quantum ad primam secundam viam

Thome prima parte. q. 93. articulo. 6. dicitur quod ymago representat distincte sub ratione individui. Vestigium autem representat quod sub ratione speciei improbat et dicit aliter doctor quod ymago est representatiua totius. vestigium autem representatiuum partis. Sed hoc non sufficit quod secundum Augustinum. li. 83. quod dicitur. si essent duo oua similia vnum representaret aliud. et tamen vnum non esset ymago alterius. quod secundum Augustinum. ibidem ymago sequitur ipsum cuius est ymago per imitationem. et sic ymago est representatiua totius per imitationem eius cuius est ymago. Sed vnum ouum non sic se habet respectu alterius. Quantum ad secundam scilicet respectu cuius in diuinis sit ymago in mente intelligendum est quod trinitas constituit conceptum in intellectu nostro qui est aliquod totum numerabile. cuius totius quasi partes persone diuine intelliguntur. unde conceptus vnius persone est in intellectu nostro partialis respectu conceptus totius trinitatis. ymago ergo non attenditur in nobis respectu vnius persone nec respectu illius in quo sunt vniuersum sed respectu totius trinitatis et vnius. illud ergo quod ducit nos in cognitionem trinitatis et vnitatis per modum imitationis representabit quantum ad illud totalem conceptum quem intellectus noster potest habere de ea representabit distinctionem trium personarum et vnitatem essentie et ordinem originis. quod illa distinctio realis in diuinis est per originem habebit etiam vnitatem vel ordinem essentialem ad ipsam trinitatem quam representat. Quantum ad tertium in quo in nobis sit ymago dicitur quod anima habet in se aliquam perfectionem secundum quam est actus primus respectu noticie genite. Et hec dicitur memoria. habet etiam in se aliam perfectionem secundum quam recipit in se noticiam genitam formaliter. Et hec dicitur intelligentia. et habet in se perfectionem aliquam secundum quam recipit volitiones. Et hec dicitur voluntas. Accipiendo igitur ista tria ex parte

anime ut sunt sub tribus actibus suis. Et in illis in quantum tribus est una substantialitas ratione illarum trium realitatum que sunt ex parte anime dicitur ymago. Quantum ad 4^o est opinio Thomae prima parte. q. 77. arti. 8. qui dicit quod potentie anime in quibus est ymago trinitatis sunt distincte, realiter inter se. et ab essentia anime fluentes sicut accidens a subiecto. sunt tamen accidentia inseparabilia. Sed hec opinio mihi videtur quod sit contra Aug. 10. de tri. c. xi. hec inquit tria memoria intelligentia et voluntas. quoniam non sunt tres vite sed una vita. nec tres mentes sed una mens. consequenter utique non tres substantie sunt sed una substantia. Et per totum capitulum diffuse probat hoc. Et sic si sunt unum non distinguuntur realiter. Et si substantie non accidentia contra sanctum Thomam. Sed si quis dicat sic se debent habere potentie inter se ad hoc quod sit ymago sicut persone. Sed persone in diuinis realiter distinguuntur ergo et potentie. Dicit doctor in 2^o dis. 15. in fine. quod ymago debet attendi in potentis per comperationem ad actus qui actus realiter distinguuntur. Et sic ymago est virtualiter in anima et formaliter ut est sub actibus secundis. Ad argumentum in principio dicitur quod est proprius verbi quod sit ymago patris. sed aliud est de ymagine trinitatis.

Intra quartam distinctionem que

ritur utrum hec sit vera. deus genuit alium deum. Uidetur quod sic quia hec est vera deus genuit deum. ergo aut se deum aut alium deum. non se pro deo de tri. nulla prolixus res est que se ipsam gignat ut sic. ergo alium deum. Ad oppositum non est alius deus deuteronomi. 6. c. audi israel deus deus tuus unus est.

In hac questione non sunt opiniones ideo dicitur ad questionem quod non est nisi unus deus. et sic non genuit alium deum de utero. 6. c. Audi israel. deus deus tuus unus est. Et sic dico duas conclusiones. Prima quod ista est vera deus genuit deum. Secunda quod ista est falsa deus genuit alium deum. Cuius ratio est quod cuiuslibet enti correspondet adequate aliquod ens vel aliquid ens. Sed diuina essentia est entitas singularis. et nullo modo pluralis ut patet ex supradictis. 6. c. similiter respondet determinate aliquod ens vel aliquid ens licet in re que est de se hec non cadat alia non ydemptitas ut sic. 6. c. cum ibi non possit dici alia entitas vel alia deitas non poterit ibi dici alius deus per modum concreti correspondens adequate diuinitati. unde ista est falsa. Sortes est alius a platone humanitate quia participat humanitate. Sed hec est vera. Sortes est

alius a brunello humanitate. quia brunellus non participat humanitate. Similiter est falsa pater est alius a filio deitate. Intellegendum tamen est quod in hac locutione alius importat duo. scilicet distinctionem illorum que adinuicem comparantur. Et communitatem illius in quo comparantur cum illius distinctione et numeratione in eis. unde cum dicitur. Sortes est alius a platone in humanitate importatur distinctio inter sortem et platone. et communitas utriusque in humanitate. Et distinctio et numeratio humanitatis in illis. Cuius igitur deitas non inueniatur in suppositis numerata ideo hec est falsa. pater est alius a filio in deitate. Prima conclusio sic patet. Actus personalis competit ei quod ponitur ad significandum suppositum. Sed deus in concreto significat suppositum. ergo actus personalis competit deo. Sed generare est actus personalis. ergo deo competit generare. et sic hec est vera deus generat deum. Sed nota pro quodam argumento difficili vel genuit alium deum. vel alium non deum. Dicit quod est concedendum quod genuit non alium deum. id est personam filii que non est alia a deitate. Sed hec negatur genuit alium non deum. nam sequeretur quod filius non esset deus quod est falsum. Ad argumentum in principio dico quod genuit eundem deum non tamen se. sed est fallacia figure dictionis commutando quale quid in hoc aliquid. cum enim dico genuit eundem deum nulla est reciprocacio que tamen est cuius dicitur se deum.

Secunda questio quarte distinctio

nis ubi queritur utrum ista sit vera. Deus est pater filii et spiritus sanctus. Uidetur enim quod non sit vera quia eius contradictoria videtur esse vera scilicet nullus deus est pater et filius et spiritus sanctus. quare quelibet singularis est vera et cetera. Ad oppositum pater et filius et spiritus sanctus sunt unus deus per Aug. 8. de trini. In hac questione non sunt opiniones. Sed veniendo ad eam respondet affirmatiue. Et confirmatur per Aug. 8. de tri. in multis locis. Et ratio est. nam deus naturam significat diuinam ut nata predicari de suppositis. Et illud significatum est idem tribus personis. unde deus in subiecto positus importat diuinam naturam per communitatem ad suppositum. pater autem filius et spiritus sanctus ex parte predicati importat eandem naturam. et dicuntur supposita. et hec propositio est vera. Est verum quod eius uersa. scilicet pater est deus filius est deus spiritus sanctus est deus. est magis predicatio formalis quod ibi. quia quasi in uersa videtur predicatio communis de suis suppositis. Sed ista. propositio est deitas. filius est deitas est idem ydemptice.

prima filius est deus formalis. in abstracto filius est deitas ydēp-
tica et non formalis. Uterius dicit q̄ illa deus est pater filius et
spiritus sanctus. est vera quatenus deus extat pro hoc deo in q̄-
tum est ens per se deitate. non autem pro aliquo supposito pro-
prie dicto in quo est natura diuina. i. pro patre filio et spiritu sanc-
to. Et nota quasi in medio questionis sc̄z de veritate huius pro-
positionis. Color disgregat. ly color pro quo supponit dicit doc-
tor q̄ pro significato suo sc̄z pro colore existente non autem pro ali-
quo colore inferiori ad hunc colorem vt puta pro hoc colore in
hac superficie vel illa. Et causa est quia ista contrabentia colores
non sunt causa veritatis huius propositionis. Ad argumen-
tum in principio dico q̄ illa non est precise eius contradictoria si
fiat distributio pro personis imo committitur fallacia.

Irca quintam distinctionem queri

tur vtum essentia diuina generet vel generetur. Videtur
q̄ sic. quia Ricardus ex intentione contra magistrum
dicit. 8. de trini. q̄ generat. Ad oppositum extra de summa
tri. et fide catholica. vbi expresse sententia magistri confirmatur.

In secundo articulo dicit pro ista ergo opinione magistri sic so-
lemniter approbata adducitur talis ratio. res generans et. Et ē
Adam li. i. di. 33. q. 4. Vtrum essentia diuina generet infra duz
dicit. Ad aliud essentia est pater filii. Quidam doctor repetit opi-
niones aliorum hic doctor est Dennis in summa. Circa istam
questionem ponitur opinio Joachim falsa. 2^o opinio magistri
vera. Quantum ad primum est sciendum q̄ in ista questione
errauit abbas Joachim vt habetur extra de sum. trini. c. damna-
mus. Cuius error consistit in duobus. Primus error est quia im-
posuit magistro Petro lombardi heresim imponens ei q̄ posuerit
quaternitatem in diuinis sc̄z tres personas et essentiam que nec
generat nec generatur. ergo secundum opinionem Joachim essen-
cia generat et generatur. Secundus error est q̄ vnitatem triuz p-
sonarum non posuit realem et veram sed collectiuam et similitudi-
nariam. quod probat sic per illud saluatoris in Johanne. Volo
pater vt sint vnum in nobis sicut et nos vnum sumus. Sed xpi
fideles non sunt vna res. sed dicuntur vnum propter vnitatem fi-
dei et caritatis. ergo tres persone non sunt vna res. Ille secundus
error Joachim fuit omnino intollerabilis et hereticus qz vt argu-
it papa in decretali allegata. pater gignendo filius dedit essentias

filio. et pater et filius producendo spiritum sanctum dederunt essen-
tiam spiritui sancto. Sed ista cōdicatio nō est partis essentie quia
essentia est simplex et indiuisibilis. g^o tota eadem essentia que est
in p̄re ē in filio et spū sancto sicut quilibet p̄sona ē illa res realiter.

Sed veniendo ad opinionem magistri

et Scoti et finaliter fidelium dicitur q̄ essentia nec generat nec ge-
neratur. Et potest probari per Aug. in epla ad Volusianum vbi
dicit sic. Euangelio non crederem si ecclesie non crederem. S; ec-
clesia ordinauit q̄ essentia nec generat nec generatur extra d̄ sum-
ma tri. et in preall. c. Ideo in hac q̄one tria sunt videnda. Primū
vtrum essentia diuina generet. Secundum vtz generetur. Tertium
quomōd concurret essentia diuina ad generationem. Ad pri-
mum dicit doctor q̄ essentia non generat. Et facit hanc logicalem
rationem sic. quodcumqz est aliq̄d subiectum vltimate abstrac-
tum de illo non potest predicari aliquid per modum inherencie
vel inherentis. S; essentia est h̄m̄di. g^o de ea non potest predica-
ri aliquid per modum inherentis. quod declaratur sic. Adiectiua
vel accidentia cōia non possunt inesse nisi subiecto apto nato. Et
sic si insunt non insunt abstractis sed concretis. Sed generare est
tale adiectiuum ergo conuenit concreto et indiuiduo p^o metha.
Actiones sunt suppositorum. g^o non conuenit essentie. et sic essen-
tia non generabit. Quantum ad secundum per basmet rati-
ones per quas probatur est q̄ non generat probabitur q̄ nō ge-
neratur. Ex quo ponuntur aliqua dicta. Primum q̄ essentia diui-
na nec generat nec generatur nec spirat nec spiratur. et hoc p̄ rōes
primo dictas. Secundum dictum q̄ essentia diuina nec est genes-
rans nec generata nec spirans nec spirata. qz sicut nō puenit sibi
verbum sc̄z generare. nec participium q̄d ab eo verbo descendit.
Tertium dictum est q̄ essentia diuina non est generans nec con-
seruans qz est vltimate abstracta ideo ista predicata sibi non con-
ueniunt. Et iste propositiones sunt catholice et theologice.

Quantum ad tertium dicitur cum Aug^o et cum doctorib^o an-
tiquis q̄ cum in diuinis non sint ausi nominare materias q̄ essen-
tia nec est materia nec quasi materia. sed communicatur vt quid-
ditas supposito. Ergo quomodo se habebit essentia. dicunt ali-
qui q̄ essentia diuina sic est principium quo filius generatur q̄
nullo modo potest esse principium q̄ nec actiue nec passiue.

Nota ante questionis medietatem q̄ in substantia est tantum
vna abstractio vt quidditas a supposito. in accidentibus autem

absolutis sunt due abstractiones scilicet vna accidentis a subiecto alia quidditatis a supposito vtpote albedinis ab illa albedine. In accidentibus autem relatiuis sunt tres abstractiones vna relationis et fundamenti a subiecto. alia relationis a fundamento. tertia quidditatis a supposito. Ex quo patet quod illa est vltima abstractio in qua nihil concipitur de re nisi quod est ipsius quidditatis. Nota vbi dicit ad ista argumenta et inuenies quomodo inferius accidit superiori. Et infra modicum quod vniuersaliter non est vera. de quocunq; predicatur subiectum et passio nec econtra. Et sic potest tenere quod homo et risibile non quoad omnia conuertuntur. nam non quicquid dicitur de risibili dicitur de homine. nam de risibili dicitur aptitudo que non dicitur de homine. Ad Ricardum dicitur quod eius auctoritas hic non tenetur.

Secunda questio quinte distinctio

nis vbi queritur vtrum filius generetur de substantia patris. Videtur quod non quod Aug. 5. de tri. c. 33. tres personas ex eadem substantia non dicimus. substantia etiam vniuersaliter videtur se habere ad quamlibet personam. ergo nulla persona est de alterius substantia. Ad oppositum est Aug. de tri. c. 19.

In principio solutionis est opinio Denrici quodlibeto. 8. q. 9. et in summa arti. 54. q. 3. post in loco illo huic opinioni additur ab illis et. Est Godofredus consequenter cum arguit contra opinionem quarta auctoritate Aug. contra Maximinum. et imponit vobis de gignere et gigni per impressionem. de hoc Denricus quodlibeto 6. q. 1. et est opinio et determinatio Denrici quod filius dei est de substantia patris quasi de materia. Sed ad questionem respondendo est sententia Aug. contra Maximinum li. 3. dicit nullo modo filium dei cognoscetis si hunc de substantia patris esse negatis. Sed per opinionem Denrici dicitur quod temporibus Aug. nullus fuit ausus in diuinis ponere materiam vel quasi materiam. Et ratio est. nam generatio in creatura duo dicitur. scilicet mutationem et productionem. Et formales rationes eorum sunt adinuicem separabiles. nam productio est forma ipsius producti. et accidit sibi quod sit cum mutatione. Mutatio autem est actus subiecti mutabilis quod de priuatione transit ad formam. Nec autem duo in generatione creaturarum coniunguntur. Et ratio est propter imperfectionem agentis creati quod semper indiget passio. Si autem generans creaturam esset perfectum agens non indigeret materia de qua vel circa quam ageret. sed posset producere effectum suum se. et tunc esset productio sine mutatione. Cuius in diuinis nihil sit imperfectionis oportet quod ibi sit productio

perfecti sine mutatione et per consequens sine materia.

Sed vt melius hoc declaretur ponuntur

quatuor conclusiones. Prima quod filius non est de substantia patris quod ab eo est per originationem. probatur quod si ideo filius est de substantia patris quod ab eo est per originationem tunc creatura esset de substantia patris quod ab eo est per originationem. Secunda conclusio quod filius non est de substantia patris quod substantialis patri quod cum pater sit substantialis filio esset de substantia filii quod doctores non concedunt.

Tertia conclusio quod filius dicitur de substantia patris per ista duo. scilicet quod originatur ab eo et est substantialis ipsi. Similiter dicitur filius est de substantia patris. et non est idem dicere filius est substantialis patri. quod pater est consubstantialis filio. et tamen pater non est de substantia patris.

Quarta conclusio quod pater et filius distinguuntur per originationem et substantialitatem. tamen principaliter per originationem et per substantialitatem non curando hic de constitutivis eorum. Sed quid sonat ergo filius est de substantia patris. dicitur quod filius originatur a patre et substantialiatur ei. igitur ly de quid dicit. dicitur quod non materiam nec aliquid habens locum materie. Sed aliquis quereretur quomodo ratio et essentia faciunt personam si essentia non sit materia vel habeat locum materie. dicitur quod si haberet locum materie tunc essentia et ratio constituerent personam. sed est falsum. quod persona non est constituta vel composita sed simplex. hoc ideo est quod illa ratio est perfecte eadem illi propter infinitatem que est vnius rationis. perfectio igitur ydemptitatis excludit omnem compositionem. Ex his nota quod diuina essentia communicatur non vt forma materie sed vt quidditas supposito. Etiam nota quod diuine relationes sunt in diuina essentia non per informationem sed sicut subsistens in natura. Etiam nota quasi in fine questionis quod ratio et essentia ita sunt in persona quod neutrum est forma informans alterum. sed sunt perfecte eadem licet non formaliter. Sed essentia vt prescindit a voluntate est principium productiuum alicuius ad extra in ratione cause efficientis. dico quod non. nam si essentia esset causa efficiens cum voluntas sit prima regula contingentium. si ista duo concurrerent tunc essentia subordinaretur voluntati et esset imperfectior quod est falsum. Ad argumentum in principio dicitur quod Aug. dicit ibidem quod aliud sit ibi substantia aliud persona. et sic concedo quod non proprie dicitur aliqua persona esse de essentia absoluti sed addendo cum substantia personam aliquam originantem. et sic concedit quod filius est de substantia patris

In circa sextam distinctionem queritur
 utrum deus pater genuit deum filium voluntate. Uide-
 tur quod sic. Dylarius. 15. de tri. dicit quod deus pater caritate
 et natura omnia communicat filio. caritas autem est perfectio vo-
 luntatis. 6. si caritate et voluntate. Ad oppositum Aug. 3. de
 tri. dicit quod valde expellenda est heresis Eugomi qui dicit filium
 dei non natura sed voluntate. In principio solutionis ponit opi-
 nionem Denrici in summa articulo. 58. q. 2. dicentis quod pater fili-
 um volens non genuit sed necessitate naturali. Et dum in 3. arti-
 culo dicit. aliter dicit quidam doctor quod intellectus etc. Dicendum est
 Thomas prima parte summe. q. 34. articulo. 1. Et Denricus de San-
 dauo quodlibeto. 6. q. 2. in summa. Et isti dicunt quod in intellectu
 sunt duo scilicet intelligere et dicere. Et quod per intelligere filius est in ac-
 tu et non per dicere. In 2. articulo cum ostenditur quod pater filium
 non generat voluntate ut principio eliciuo. quod quidam distin-
 gunt de ly voluntate. i. voluntarie. Et sic dicunt quod potest sumi no-
 minaliter vel adverbialiter ly voluntate. De oritur possunt habere
 ex fratre Johanne Roditori li. 1. dis. 6. q. vnica. arti. 3. Et
 iuxta finem questionis dicit. tamen ad intentionem Augustini. de in-
 tentione copulante parentem cum prole. dicit quidam doctor etc.
 hic est Denricus quodlibeto. 2. q. 5.

Sed veniendo ad questionem dicitur

quod deus pater genuit volens non quod principium filii sit voluntas sed
 sic quod in primo signo originis pater intelligit formaliter. et tunc etiam
 potest habere actum volendi formaliter. In 2. signo originis gignit
 filium. nec tamen vult illam gignitionem volitione sequente
 illam gignitionem. sed volitione habita in primo signo originis
 qua pater formaliter vult presupponendo formaliter aliquo modo
 intellectionem qua pater intelligit formaliter. non autem gignitio-
 nem verbi. Sed ab hac questione oritur hec difficultas. Si pater non
 genuit filium voluntate sic quod voluntas sit principium productiuum
 Sed natura secundum Aug. in epla ad Romanos ubi inquit. vo-
 luntas inquit patris preire scientiam non potest. Et Damascenus
 Generatio est opus nature. Queritur ergo utrum pater genuit filium
 necessitate. Ideo ad hoc declarandum quatuor sient. Primo dicitur
 quid sit necessitas. Secundo ad punctum questionis. Tertio ponentur qua-
 tuor conclusiones. Quarto dicitur utrum pater genuit naturaliter vel non
 Ad primum dicitur quod necessitas est gradus intrinsecus omnium diuinarum

sicut infinitas est gradus intrinsecus aliquorum diuinarum. Consi-
 derando ista tria. essentias attributa et relationes. ista sunt necesse
 esse. Sed infinitas licet conueniat essentie diuine et attributis non
 tamen proprietatibus relatiuis. nam aliter aliqua perfectio esset
 in patre que non esset in filio et spiritu sancto quod falsum est. Sed
 quid est gradus intrinsecus. dicitur quod qui non variat rationem
 formalem alicuius. sicut intensum et remissum. sed in deo sunt plu-
 res necessitates. dicitur quod non. Quantum ad secundum arti-
 culum. si pater produxit filium necessitate. dicitur quod necessitas su-
 mitur quadupliciter. prima ut opponitur contingentie. secunda
 necessitas violentie. tertia necessitas exigencie. quarta necessitas
 indigentie. Dicitur ergo quod pater genuit filium necessitate primo
 et tertio modis. non 2. et 4. De tertio patet. nam omnis perfecta
 memora exigit verbum. De 2. scilicet de violentia. et de 4. scilicet de
 exigencia dicitur quod non. quia si indigens vel ab alio necessitatus non
 esset perfectus. de primo patet quod sic scilicet necessitate opposita contin-
 gentie. nam filius non est contingens nec eius generatio. Sed
 pater quomodo producit verbum dico quod intellectu. pro quo po-
 no quatuor conclusiones. Prima quod deus pater generat filium
 intellectu precedente. probatur quia essentialia precedunt notio-
 nalia. Sed intellectus est essentialis productio notionalis. 6. etc.

Secunda conclusio quod producit intellectu concomitante. quia
 intellectus et generatio sunt coeterna. et per consequens vnum ali-
 ud concomitatur. Tertia conclusio quod non intellectu sequente
 patet. quia potentia non sequitur actum sed precedit. Quarta
 conclusio quod pater producit verbum intellectu eliciente patet. quia
 secundum Aug. verbum nunquam est nisi adiciente. Sed nulla alia
 potentia est in deo dicenda nisi intellectus. ergo intellectio elicit
 verbum. Et sicut sunt quatuor conclusiones respectu voluntatis
 pone alias quatuor respectu actus voluntatis. Scilicet que perfectio-
 nes intellectus concurrunt ad eliciendum verbum dicitur quod sapi-
 entia. nam illa habet rationem respectu verbi. Scientia autem est
 creaturarum. prudentia contingentium. ars de factibilibus. et sic
 sola illa concurret. Quantum ad tertium sunt quedam con-
 clusiones. Prima quod quedam sunt necesse esse sicut omnia diuina
 Secunda quod quedam sunt impossibile esse sicut ebunera. Tercia
 conclusio quod quedam sunt possibile esse sicut illa que sunt in po-
 tentia obiectiua. Quarta conclusio quod quedam sunt possibile non
 esse ut omnia actu creata. Quantum ad quartum antequam ve-

uiam ad punctum questionis dicitur q̄ ista quatuor sunt essentialiter ordinata sc̄z substantia natura essentia quidditas. Nam illud q̄d est substantia est natura vt fortes non econtra. Sed intelligo sic q̄d dicit naturam dicit substantiam. qz natura duo includit z non econtra. Secundo si est natura est essentia non econtra patet. nam que sunt in potentia obiectiua secunduz aliquos habent essentiam z de eis habemus scientiam. Et posito q̄ habeant essentiam non tamen naturam. Tertio est essentia ergo quidditas non econtra. nam in diuinis sunt multe rationes quidditatiue. sed non nisi vna essentia. Sed veniendo ad punctū vtz pater genuit filium naturaliter. Dicitur q̄ natura sumitur quatuor modis. Primo vt distinguitur contra supernaturale. Secundo vt distinguitur contra violentum. Tertio vt distinguitur contra liberum. Quarto vt distinguitur contra artificiale. Modo respondetur q̄ pater genuit filium naturaliter. 2^o 3^o 4^o modis nō tamen primo modo. Sed filius potest dici aliquo mō genit^o voluntate. Ad hoc dicitur q̄ sunt auctoritates Augustini volentes probare q̄ sic. sed sunt intelligende q̄ voluntas vt complacens non vt principians potest habere actum respectu generationis verbi quod est contra Rodofreduz quodlibeto. 5. q. 4. q̄ pater nō generat filius aliquomodo volens. Nota quasi in medio questionis q̄ intellectus diuinus habet vnum actum correspondentem intellectioni nostre que est qualitas. quo sc̄z actu intellectus patris formaliter intelligit. Dabet etiam actum correspondentem actui de genere actionis quo exprimit verbum. Et aliqui dicunt q̄ illud est memoria secunda que est principium verbi secunduz scotizantes. et per quā verbum producit. Et sic potest teneri q̄ intellectus habet duos actus. vnum de genere actionis. alius de genere qualitatis. Quod per alium modum ab aliis describitur nam dicunt q̄ in diuinis sunt duo actus sc̄z operatio z productō Operatio est actus immanens sed per productionem terminatur aliquid sc̄z filius productus. Secundo poteris extrahere a lra q̄ in voluntate est duplex actus. primus amare obiectum z suaz noticiam. secundus mouere intelligentiam z copulat parentē cuz prole. Ad argumentum in principio dicitur q̄ intelligitur caritate que est essentia.

In circa septimaz distinctionez queritur vtz potentia generandi in patre sit aliquid absolutū vel relatiuum. Videtur q̄ potentia non sit quid absolutum. nam Aug. 15. de tri. dicit. eo enī ē pater quo ē filius. g^o eo

est pater quo generat. sed est pater paternitate. g^o generat paternitate. Ad oppo^o est Damascen^o li. 1. c. 8. generatio ē op^o nature. sed natura est quid absolutum. g^o zc̄. In fine argumentorum pedis q̄dnis ponitur opinio Thome prima pte summe. q. 40. articulo. 5. dicitis q̄ pater essentia generat. postmoduz duz dicit doctor dicit aliter q̄ generationis in diuinis oportz dare zc̄ Est opinio Denrici q̄dlibeto. 3^o q. 3. Et in summa arti. 57. q. 7. positis istis opinionibus. prima Thome dicitis q̄ illud quo pater generat est essentia. Secunda Denrici q̄ essentia est principū elicituum generationis. et relatio principium determinatiuum. Et opinio doctoris ponentis distinctionem q̄ potentia multipliciter accipitur. Uno^o pro potentia logica que dicit non repugnā tiam terminorum vt patet. 5^o metha. Alio^o accipitur potentia p ut distinguitur contra actum. et sic dicitur. 4. metha. q̄ act^o z potentia diuidunt ens. Et isto mō idem prius ē in potentia q̄ in actu. et talis potentia nō est in deo cuz deus sit purus actus. Alio modo sumitur potentia prout ē principuz agendi z patendi. Et accipiēdo potentiaz prout ē principū patendi nō ponitur i deo. qz potentia illo mō dicit impfectionē. Sed accipiēdo potentiaz prout ē principū agendi sic potest accipi dupl^r. Uno^o q̄tuz ad illud q̄d p se significat. Alio^o q̄tuz ad illud q̄d p se denoiat. Loquendo de potentia q̄tum ad illud q̄d p se significat dico q̄ dicit relationē. S3 loquēdo de potentia q̄tum ad illud q̄d p se denoiat. i. loquēdo de fundamēto proximo illius relationis precise circumscriptis quibuscūqz concurrentibus. Tunc doctor soluit q̄d nes. et tenet duas conclusiones. Prima q̄ potentia sic sumpta non dicit relationē. Secunda p̄clo q̄ dicit quid absolutū z illa est principū generandi. Sed ista potentia puenit filio z spiritui sancto. dicitur q̄ nō qz in eis ē repugnātia terminoz. Sed si dicas. quid ē potentia generādi in diuinis. dī q̄ nō oz dare principū q̄d aliquis sit potēs. s3 sufficit sola n̄ repugnātia terminoz. Etiam nota q̄ intētio ē doctoris q̄ p̄sone p̄stituant p̄ relationes. Et licz p̄ sit formaliter pater paternitate. tñ paternitas nō ē qua pater formal^r agit. sed absolutuz. S3 in filio ē potētia generandi dī q̄ sic. qz in eo ē memoria secunda cū intellectu q̄d ē principū generandi. g^o quare nō generat. dī q̄ ideo est qz pater habet vel prebabet terminū adequatū cuz generatiōe sempiterna. naz i p̄re z filio ē eadē eēntia. eadez memoria. s3 qz mēoria h3 terminū adequatū nō pōt ad alia extēdi. z sic fili^o nō pōt aliū filiū generare

Et hec impotentia non est ex parte filii sed ex parte termini qui terminus est impossibilis in diuinis. Sed pater potest habere plures filios dicitur quod non per dictam rationem. quia habet terminum adequatum. Nota conclusiones quas poteris habere a lra Scoti. Prima quod generatio in diuinis est uniuoca. Secunda quod differentia individualis est perfectior specifica in creaturis non in diuinis. Tertia quod non tanta est differentia inter constituta sicut inter constituenta. Quarta quod in generatione ratio assimilationis est perfectior ratione distinctionis. Quinta quod non omnis forma dans esse dat agere patet. nam paternitas dat esse patri. sed pater non agit per paternitatem. Ad argumentum in principio et ad Aug. dicitur quod intelligit formaliter et non fundametaliter ut dicitur. q.

Arca distinctionem octauam que

ritur utrum deus sit summe simplex. Videtur quod non sit simplex. nam est sapiens. sapientia in nobis est accidens. ergo in deo. patet per philosophorum. nam quod vere est nulli accidit.

Ad oppositum est Aug. 6. de trini. c. 6. Deus summe simplex est. In hac questione non sunt opiniones ideo ad questionem dicitur quod sic per Aug. 5. de trini. dicentem quod spiritus sanctus est equalis patri et filio per summam simplicitatem. Sed pro maiori declaratione in hac questione fient quatuor. Primum soluetur questio per aliqua dicta. Secundum utrum cum summa simplicitate extet non ydemptitas vel distinctio. Tertium utrum cum summa ydemptitate sit distinctio. Quartum quot sunt modi ydemptitatis in diuinis.

Ad primum dicitur quod simplex est quod non est resolubile in aliud ex quo fit compositum. sed ad ipsum extat ultimata resolutio. sed est componibile alteri ut ens. Sed summe simplex est quod non est resolubile sed ad ipsum stat ultimata resolutio. nec est componibile alteri. nec potest componi et istud non est nisi in diuinis. simpliciter simplex est in creaturis ut ens. nam aliter si non esset terminus esset processus in infinitum. Sed in creaturis non est dare summe simplex. quia que sunt in creatura sunt componibilia. Tunc ad questionem utrum deus sit summe simplex dicitur quod est simplex et summe simplex. Ad secundum dicitur quod cum summa simplicitate stat non ydemptitas vel distinctio sine compositione. quod sine compositione patet. nam non est compositio materie et forme. nec subiecti et accidentis. nec gene-

ris et differentie. nam oporteret quod esset in genere quod est falsum cum sit illimitatus. Quod sit non ydemptitas sine compositione patet. nam pater et filius et spiritus sanctus in essentia diuina sunt non idem et non faciunt compositionem. Quod sint distincta cum summa simplicitate patet. nam natura humana et diuina sunt distincta quia finitum et infinitum. sed ibi stant cum summa simplicitate. vel tres persone sunt distincte et in essentia stant cum summa simplicitate. 6. et c. Ad tertium dicitur quod cum summa ydemptitate non stat distinctio quia que sunt summe idem non distinguuntur. Et si dicatur que in diuinis sunt omnia sunt summa. 6. si distinguuntur summe distinguuntur. contra non valet quia summum in diuinis non est perfectionis. nam aliter in diuinis persone essent summe idem et non summe idem. Ad quartum dicitur quod sunt octo modi ydemptitatis. Primum inter paternitatem et filiationem quod sunt idem essentialiter et distinguuntur realiter. Secundus modus ydemptitatis est maior scilicet ipsarum personarum iam constitutarum scilicet patris et filii et spiritus sancti. ista sunt idem essentialiter et tamen differunt realiter. et hec sunt magis idem quam in primo modo quia persone includunt essentiam. sed proprietates comparantur et referuntur ad ipsam essentiam. Tertius modus scilicet generationis actiue et aspirationis actiue. sed ista sunt magis idem quam in primis modis quia sunt in eadem persona. Quartus modus est essentie et proprietatum relatiuarum que sunt idem realiter sed non formaliter. et hec est maior ydemptitas quia est ibi unum infinitum scilicet essentia tantum. in aliis autem non. Quintus modus est ipsorum attributorum scilicet sapientie et bonitatis et est maior quia sunt idem essentialiter et realiter et utrumque infinitum. sed in precedenti erat tantum unum infinitum. Sextus modus ipsorum attributorum ad ipsam diuinam essentiam comparatorum. et ista est maior ydemptitas. nam maior ydemptitas est passionis cum subiecto quam passionis cum passione. Septimus modus essentie cum gradibus intrinsecis. et iste est maior quia sunt idem realiter essentialiter et formaliter. sed differunt ex natura rei. Octauus modus ipsius essentie cum summo suo esse. et hic est omnibus modis idem. et hic status. Nota in principio questionis. sapientia est in deo substantia. ergo in nobis non est accidens patet primo philosophorum. quod vere est nulli accidit. Dicitur quod verus est de illo quod vere est. sed in deo non vere est. nam ly est debet sumi in tertio modo dicendi per se. i. quod per se habet esse solitarium et separatum quod non sic est de sapientia.

In prima responsione nota quid est perfectio simpliciter. Et dicitur quod perfectio simpliciter est quod ipsum esse est melius quam non ipsum. id est quo libet suo impassibili. Ad arguendum in principio dico quod sapientia ut est species qualitatis non est eiusdem rationis in nobis et in deo.

Secunda questio octave distinctionis

ubi queritur utrum aliqua creatura sit simplex. Videtur quod sit simplex. nam compositum componitur ex partibus et ille non ex aliis. ergo partes ille sunt in se simplices. Ad oppositum est Augustinus de tri. c. 5. dicit quod nulla creatura est in se simplex. In principio dicit sanctus doctor prima parte summe. q. 3. arti. 4. et quinquagesima questione articulo. 2. soluendo tertium et quartum argumentum. et libro. 2. contra gentiles. c. 49. dicit quod omnis creatura est composita ex actu et potentia. Doctor improbat.

Sed veniendo ad questionem respondet quod est aliqua creatura simplex id est non composita. tamen nulla creatura est perfecte simplex. quia vel est composita vel componibilis. Quod declaro sic nam nulla creatura habet entitatem secundum totam perfectionem immo caret aliqua perfectione que nata est competere entitati in se ideo privatur illa. Sicut talpa dicitur ceca quia caret illo scilicet visu quo nata est habere et non habet saltem secundum rationem animalis secundum philosophum. 5. metha. c. de privatione. Componitur ergo non ex re et repositiuis. sed ex re positiva et privativa. non quod privatio componat quia privativum non est de essentia positivi. sed dicimus componi hoc est quia cum illo ente est illa privatio id est ens indeterminatum ad tale est alteri componibile. Etiam quelibet creatura est componibilis. patet de accidente quod componitur cum substantia. Et de substantia tamen de materia quam de forma primo philosophorum. Et sic concluditur Et respondet ad questionem quod omnis creatura vel est composita vel componibilis. Et sic nulla creatura est simpliciter simplex. Et si dicitur accidentia sunt simplicia. dicitur quod est verum ut simplicitas opponitur compositioni que est ex materia et forma. non tamen compositioni que est ex genere et differentia que proprie non debet dici compositio sed magis constitutio. nam compositio proprie est ex materia et forma primo philosophorum.

Ad argumentum in principio dico quod omnis creatura est composita vel componibilis. ille vero partes et si non sunt compositae sunt componibiles.

Tertia questio octave distinctionis

ubi queritur posito quod deus sit simplex. si deus vel aliquid dictum de deo formaliter est in genere. Videtur quod deus sit in genere. nam Avicenna. 2. metha. c. 1. dicit ens in subiecto et ens non in subiecto non habent medium. et pro ente non in subiecto sumitur substantia. sed deus est non est in subiecto. ergo substantia

Ad oppositum est Augustinus. qui dicit quod remouentur a deo illa predicata artis dialectice. In principio ponitur opinio Denrici in summa arti. 22. q. 1. et 2. et 3. quod nullus conceptus est communis deo et creature. et infra doctori respondet argumento contra eum. unde textus habet. Responsio aliquorum est quod ens ratum facit noticiam de se et Denricus est quodlibeto. 10. q. 7. Rursus. 2. arguit contra doctorem solennem tali ratione que tacta est superius di. 3. q. 1. quando intellectus certus est de uno conceptu et dubius de duobus et cetera. Et consequenter dicit quod illi rationi tripliciter respondetur. Primo quod aliquis conceptus idem est certus et dubius ut conceptus sortis et platonis est dubius. et conceptus alicuius hominis dubius. et tamen idem sic respondet. Secundo respondetur ex Denrico in summa arti. 22. ut patet quod conceptus entis in deo et in creatura sunt duo propinqui. et tamen ideo quod propinqui videntur unum. Et hic est certus in quodam dubio. id est confuso dubietas tamen in ipsis distincte conceptis. Tertio soluitur ratio fratris Jobanis Roditori li. 1. di. 2. q. 6. quod est certitudo de ambobus distinctis hoc est disiunctive. Dubitatio vero de altero separatim seu solitarie. Dicit autem dicit. Alia est opinio in altero extremo et cetera. que ponit deum in genere est opinio Alberti de Saxonia et fratris Roberti de Dicot. libro primo q. 5. Et dum longe post multum dicit. Aliqui probant deum non esse in genere. Thomas est prima parte summe. q. 3. articulo. 5. in solutione principali.

Sed veniendo ad questionem dicitur

quod nec deus est in genere nec aliquid dictum de deo. Et si aliquid auctoritates videntur Boecii contra hoc maxime quod duo genera ponuntur in divinis. scilicet substantia et relatio. dicitur quod non est tale in illo libello Et dum esset intelligeretur. id est duo modi predicandi. Sed quod deus non sit in genere patet per Augustinum. 7. de tri. c. 8. deum abusive dici substantiam. Cum proprie suba dicatur a substat. id est quod substat accidentibus quod deo non convenit. Item Avicenna. 8. metha. c. 10. deus non est in genere quia genus est pars. Sed deus est simplex non habens partem. Etiam probat per duas rationes. Primo per infinitatem

nam si poneretur in genere illud genus esset potenciale ad deum a quo acciperetur differentia. nullum infinitum est potenciale ad aliud. ergo non ponitur in genere. Vel aliter. omne genus est finitum. si illud genus poneretur in deo finitum esset in deo quod est inconueniens. Secundo ex necesse esse. nam genus illud vel est necesse esse vel non. si sic ergo est determinatum. cum omne necesse esse sit determinatum. et si determinatum iam non est genus. Si vero non sit necesse esse igitur deus constitueretur ex non necesse esse quod est inconueniens. Etiam in questione dictum fuit vel aliquid dictum de deo sit in genere. Et dicitur ad hoc quod nihil tale est in deo. nam ut dixi que sunt in genere sunt limitata. que vero in deo non sunt limitata igitur dictum de deo formaliter non est in genere. Nota in medio questionis ubi dicitur hanc rationem aliquam pertracto quod ibi inuenies quomodo aliquae differentie dicuntur a distinctis rebus. aliquae a distinctis realitatibus vel quod genus et differentia aliquando sumuntur a distinctis rebus ut in habentibus plures formas. nam animal sumitur ab anima sensitua. et rationale ab anima intellectua. aliquando sumuntur ab una re. Sed a distinctis realitatibus ut in albedine habente decem gradus a nono. et a precedentibus habetur ratio generis. a decimo ratio differentie. Secundo nota quod facit unam consequentiam quod nunquam ad summum in inferiori sequitur summum in superiori nisi illud inferius sit nobilissimum contentum sub illo superiori. Sicut non sequitur perfectissimus asinus ergo perfectissimum animal. sed bene sequitur gracia materie perfectissimus homo ergo perfectissimum animal. Etiam dicit quod ad rationem generalissimi non est quod habeat plures species. sed non habere aliquod superueniens genus. Ad argumentum in principio dico quod Avicenna intelligit in limitatis.

Quarta questio octaue distinctionis

ubi queritur utrum cum summa unitate possit stare distinctio perfectionum essentialium precedens aliquomodo actum intellectus. Videtur quod non. quia ubi est multitudo ibi non est simplicitas. sed in diuinis est multitudo. ergo non simplicitas

Ad oppositum est Dionysius qui dicit quod multiplex formatio diuinarum perfectionum est unita. ubi autem unita ibi simplex

In ista questione primo ponitur opinio Thomae primo scripti dist. 2. Et Eruey quod attributa diuina inquit solum dicuntur

per actum intellectus nostri. Et post quando dicit. Alii declarant istam positionem sic tangitur Bonifredus quodlibeto. 7. q. 1. Et dum ponit. Est alia positio que dicitur hic est Denricus quodlibeto. 5. q. 1. et quodlibeto. 13. q. 1. quod attributa diuina distinguntur per actum intellectus diuini. Iuxta principium arguendi contra eum dicit doctor. Dicitur ad eam quod attributa non sunt fundamenta et Denricus est quodlibeto. 3. q. 3. et in summa articulo. 37. q. 7. Sed in hac questione tria faciam. Primo dicam quid sit unitas. Secundo ponentur aliquae conclusiones. Tertio utrum attributa distinguntur per intellectum quod est propositum.

Ad primum dico quod unitas est forma

liter indiuisio. Et intellige quod unitas et indiuisio ambo sunt priuatiua. Quantum ad secundum antequam ponantur conclusiones dico quod unitas capitur quadrupliciter. Primus gradus est aggregationis. sicut aceruus lapidum. Secundus unitatis ordinis vel ordinationis sicut in bello ad ducem. nam dicitur unum bellum ab unitate ducis. Tertius compositionis ut compositum. Quartus gradus est unitatis indiuisiois quia nullo modo potest diuidi. vel nullam habet ydemptitatem cum alio. Dis notatis ponuntur conclusiones. Prima conclusio quod attributa in suis rationibus formalibus non habent unitatem aliquam patet quia sunt summe simplicia ut intellectus et voluntas. Secunda conclusio quod attributa in infinitate diuina habent veram unitatem per quod participant eadem infinitatem diuinam. Tertia conclusio quod attributa habent unam unitatem in realitate dei patet. nam intellectus et voluntas eandem habent realitatem in deo.

Quarta conclusio quod attributa habent veram unitatem cum essentia diuina patet. quia est una essentia in eis. Quinta conclusio que est ad punctum quod cum summa unitate essentie ad attributa non est ydemptitas et distinctio. et hoc est stante summa unitate patet. nam essentia summe unum et non summe unum quod est impossibile. Quantum ad tertium quod est responsium questionis dicitur quod attributa habent non ydemptitatem preter intellectum. Et sunt non idem formaliter patet. nam nullo actu intellectus considerante intellectus est principium productiuum verbi. et voluntas volitionis. Item quia voluntas est principium amoris spirati intellectus vero non. Sed omnia ista conueniunt per actum intellectus. igitur distinctiones sunt preter intellectum. Et

ideo respondemus ad q̄ones affirmatiue. Et sicut dicitur de istis
 ⁊ de aliis. Ad argumentum in principio dicitur q̄ cum mul-
 tudine perfectionum stat simplicitas essentie.

Quinta questio octaue distinctionis

vbi queritur vtrum solus deus sit immutabilis. Videtur
 q̄ non sit immutabilis. nam in Genesi. c. 6. scribitur d̄ deo
 tactus dolore cordis intrinsecus. g. mutatur. Ad oppositum
 Malachie. 3. d̄. ego deus ⁊ non mutor ⁊c. In 2. articulo col-
 latus decem modis de quibus tres ad propositum sufficiunt por-
 nitur opio Denrici quodlibeto. 8. q. 9. in qua ponuntur decem
 mōi. Decē modos ponit Denric⁹ existendi res i quodlibeto. 8. q. 9.
 Primus est eius quod est ex se necesse esse ⁊ a nullo principiati-
 ue vt pater deus. Secundus est eius quod ē necesse esse sed ab alio
 principiatiue non causatiue vt filius dei ⁊ spiritus sanctus. Ter-
 cius est q̄ est necesse esse sed ab alio causatiue. Quartus est q̄ est
 necesse esse non tamen ab alio principiatiue aut causatiue sed de-
 pender. Quintus est q̄ est ex se possibile esse ab alio tamē ne-
 cesse esse. Sextus est eius quod est ex se possibile esse ⁊ nō est ab alio
 tamen necesse esse. Septimus eius quod est in se possibile etiam ab
 alio causatiue tamen ab eterno. Octauus est q̄ est in se possibile
 et ab alio causatiue sed temporaliter cum toto tempore. Nonus
 q̄ est in se possibile ⁊ ab alio causatiue. sed cum parte temporis.
 Decimus eius quod nec ex se nec ab alio est possibile esse. Inuat
 istā materiam eiusdem quodlibet⁹ ei⁹. 6. q. vlt. vbi ostentus est
 quatuor modis. Primus est vt orbis tantum capiant motum a
 primo sed non esse. Secundus vt sint ex se necesse esse sed ab alio
 causatiue. Tertius vt orbis sint ex se possibile esse sed ab alio ne-
 cesse esse. Et iste habetur ab Auicen. Quartus vt orbis ex se sint
 possibile esse ⁊ ab alio. Et hec est opinio Platonis ⁊ fidei q̄ de⁹
 producit contingenter ⁊ conseruat contingenter. Et inde est q̄ in
 doctore nostro aliquando scribitur decem modis iuxta quodlibetū
 octauum. q. 9. aliquando scribitur quatuor modis iuxta quodlibe-
 tum sextum. q. vlt. Et quando dicit doctor hoc confirmatur per
 confirmationē argumenti que adducitur ab henrico hoc in sum-
 ma articulo. 54. q. 3. in 3. principali. Et dum dicitur in textu cō-
 tra istam conclusionem in qua communiter concordant philoso-
 phi q̄ prima causa necessario ⁊ naturaliter causat primum causa-
 tum. est ratio Denrici. q. 5. ⁊ 4. Secunda ratio apponitur cōtra

phōs q̄ potentia respiciens ⁊c. R. d̄ est ibidez Denrici vbi dicit
 ista ratio licet sit in se aliquo modo apparet est doctoris ⁊c. Den-
 ricum quasi sibi contradiceret ex dictis supra.

Sed veniendo ad questionem quan-

tum ad exclusionem ideo quia dicitur vtrum solus deus respon-
 detur q̄ nihil aliud a deo est immutabile loquendo de immutati-
 one que est versio quia nihil aliud est formaliter necessarium q̄
 libet etiam aliud est mutabile subiectiue nisi propter imperfectio-
 nem negatiuam. vt puta vltimum accidens quod nullius perfec-
 tionis ē capax propter sui imperfectionē vt si sit aliqua relatio nō
 est mutabilis subiectiue quia non potest esse subiectum alicuius
 perfectionis. hoc est dicere quia est imperfectum negatiue id est nō
 capax alicuius perfectionis. Sed nihil aliud a deo propter perfec-
 tionem sui est immutabile quia si aliquid ē tale hoc maxime est
 prima intelligentia. Sed ista est mutabilis ab intellectione ad in-
 tellectionem. probo quia potest habere intellectionem cuiuslibet
 intelligibilis quia hoc potest intellectus noster habere non autez
 vnicam omnium. quia tunc illa esset infinita ex distinctione secū-
 da. q. 1. nec infinitas intellectiones simul omnium intelligibilium
 quia tunc intellectus habens ista simul in actu distincte videretur
 esse infinitus. igitur poterit habere intellectionem vnius intelli-
 gibilis post intellectionem alterius intelligibilis. et sic mutabitur
 vel erit mutabilis quod deo non attribuimus. Sed in hac que-
 stione ponitur vtruz deus agat de necessario. Et ponit opiniones
 philosophorum deinde theologorum vbi concludit q̄ deus non
 agit de necessario. Nam sequerentur multa inconuenientia. Pri-
 mum q̄ nihil contingenter causaretur. Secundum q̄ nulluz ma-
 lum esset in vniuerso. Tertium q̄ cause secunde nihil agerent.
 Quartum q̄ omnia essent vnum. Quintum q̄ mouerent in non
 tempore. Sextum q̄ non esset generatio vel corruptio in inferiori-
 bus. et sic nec resurrectio. Nota antequā dicat. Quantuz ad
 secundum principale vbi dicitur. q̄ cuiunqz repugnat actus ei
 repugnat potentia. hoc est intelligendum in naturalibus et non
 in voluntariis. Nam beatus videns deum non peccabit et sibi
 repugnat actus sed non potentia vt doctor ponit in secundo dis-
 7. ⁊ in 4. in materia de beatitudine. Dic etiam habes quare ma-
 gis voluntas vult hoc nō illud. dicit q̄ quia voluntas est volun-
 tas. vel q̄ in disciplinati est querere omnium causas. 4. metha.

vel quia velle dei est principium in contingentibus et nihil prius illo in operando licet essentia sit prior in essendo. Dic adhuc habes quod voluntate antiqua potest fieri novus effectus sine mutatione voluntatis. Sed qua de causa si deus vult aliquid semper illud vult. dicitur quod hoc ideo est quia non est compositus ex parte rationali et animali sicut nos. ideo semper vincit et simplici gaudet voluptate. et ethicoz in fine. Ad argumentum in principio dicitur quod non est mutatio ex parte dei sed tantum ex parte obiecti.

De nona distinctione utrum

generatio filii sit eterna in divinis. Videtur quod generatio filii non sit eterna. nam dicitur in psalmo. ante luciferus genui te. ante est differentia temporis. g. et d. Ad oppositum habet in libro sapientie. ab initio et ante secula creata suz. Et proverbioz. 8. c. In ista questione respondendo ad tertium argumentum quotat Gregorium super illud Job. Sciebas tunc quando nasciturus eras. Ubi sciendum quod secundum veritatem auctoritas Gregorii ex li. moralium. 29. sumpta. quem doctor subtilis dicit Gregorium dixisse super illud Job. 38. Sciebat tunc quando nasciturus eras. non est super illo verbo. sed super illud verbum eiusdem capituli in Job. et eiusdem libri in moralibus quod paulo ante ad Job dixerat dominus. Nunquam post ortum tuum precepisti diluculo ostendisti amorem locum suum. unde dicendum doctorem intellexisse super illud Job. i. ante illud iob. Sed dimissis his veniendo ad intentum quatuor dicam. Primum sub qua ratione ponitur generatio in divinis. Secundum si illa generatio est eterna. Tertium si est eadem eternitas patris et filii. Quartum si in illa eternitate est aliqua prioritas patris ad filium.

Quantum ad primum dicitur quod generatio in creaturis dicitur duo scilicet mutationem et productionem. Istorum autem sunt alie et alie rationes formales et adinvicem separabiles. nam mutatio est actus subiecti mutabilis quod transit de potentia ad actum ut patet. 6. phisicoz. Productio autem est formaliter ipsius producti cui accidit quod fiat cum mutatione. Ad propositum dico quod generatio non ponitur in divinis sub ratione mutationis. quia ut sic dicit imperfectionem propter potentialitatem annexam. et nihil est tale ponendum in deo. Ponitur ergo generatio in divinis sub ratione productionis ut est terminus producti et non sub ratione mutationis ut est subiectum mutati.

Quantum ad secundum dico quod generatio filii est eterna patet per Ambrosium primo de trin. c. 6. Et ponitur in lra. Si pater prius erat. et postea genuit generationis accessorie mutatus est. Avertat deus hanc amenciam. semper igitur habuit filium. Similiter auctoritas Dylarii in lra inter gignere et gigni nullum est medium scilicet durationis. Si igitur proprius est patri generasse semper proprius est filio quod semper est genitus. ideo dicitur quod sicut generatio non est ibi sub ratione mutationis sicut dictum fuit distinctione quinta. q. 2. ideo non habet terminos correspondentes terminis generationis mutationis scilicet esse post non esse. nam omnia sunt ibi in eodem nunc eternitatis. Quantum ad tertium dico quod est eadem eternitas numero patris et filii. Cuius ratio est. Quorum est unum esse existentie eorum est una duratio cum duratio respiciat esse existentie. Sed patris et filii est unum esse existentie non dico subsistentie. ergo eorum est una duratio siue eternitas. Quantum ad quartum sunt aliqui qui dicunt scilicet Thomista quod inter divinas personas est ordo. non tamen cum priori et posteriori cum fundentur super indivisibile. Est opinio doctoris quod prioritas potest sumi quinque modis. scilicet durationis. nature. perfectionis. rationis et originis. In divinis autem non cadunt prime tres prioritates quia ut patet per Aug. li. de fide ad Petrum loquens de tribus personis divinis ait. Nullus eorum precedit alium. eternitate aut excedit magnitudine aut superat potestate. ponitur tamen in patre prioritas rationis et originis respectu filii quod agere presupponit esse. Sed pater producit filium. g. aliquomodo ratione vel origine pater presupponitur filio. Per istam autem prioritatem originis nihil aliud intelligo nisi a quo aliud est ipsum vero a nullo sicut filius a patre. et pater a nemine. Sed nota per tota questione quod verba cuiuscumque temporis dicuntur de deo et vere siue significant actus personales siue essentielles quod patet per Aug. super Johannem omelia. 18. super illud Johannis. 16. non enim loquitur a semet ipso sed quecumque audit loquatur. Audit inquit Augustinus de spiritu quod utique audit audit. quod spiritum sanctum audire est a patre et filio procedere. et per consequens quod audit audit et audiuit. sicut nunc scit sciet et scivit. igitur vult dicere quod verba omnium temporum vere dicuntur de deo. et illud apparet per illud quod magister adducit di. 8. c. 2. Sed quid significant ista verba diversorum temporum cum de deo dicuntur. respondetur quod magis proprie dici possunt config-

nificantia nunc eternitatis & differentias temporis Ad argumentum in principio dicitur & ante ibi non ponitur pro differentia temporis. sed intelligitur. i. ante omnem creaturam vel ab eterno & c.

Intra decimam distinctionem que

ritur utrum spiritus sanctus producat per modum voluntatis. Videtur & non. Augustinus. 15. de trinitate dicit. spiritus sanctus procedit necessario. ergo non per modum voluntatis & c. Ad oppositum idem Augustinus dicit & spiritus sanctus procedit per modum amoris. Soluendo dubium primum ponitur primo opinio doctoris solennis in summa articulo. 60. q. 1. distinguens de natura. Quantum ad secundum dubium idem respondet doctor distinguens de duplici actione voluntatis. Tunc doctor incipit arguere contra eum in secundo argumento dicit doctorem solennem dicere actus notionales fundari in actibus essentialibus. et h. quodlibeto. 6. q. 1. Et ultimo argumento dicit eum sentire voluntatem & naturam tantum distinguere vere secundum rationem. de hoc quodlibeto. 5. q. 1. dum tertio respondet dubio ad quod respondet Henricus quodlibeto. 6. q. 1. Sed in hac questione videbimus quatuor. Primum si in deo est voluntas. secundum si in deo est voluntas sub ratione principii productivi. tertium si spiritus sanctus producit per actum voluntatis. quartum remouebuntur aliqua dubia.

Ad primum dico quod in deo est voluntas

quod probatur sic. Beatitudo est sine actu intellectus et voluntatis. 10. et biconum. sed in deo est perfecta beatitudo. ergo in eo est actus voluntatis & per consequens voluntas. Sanctus doctor prima parte. q. 19. articulo. 1. probat sic. Sicut appetitus sensitivus sequitur cognitionem sensitivam. ita appetitus intellectivus sequitur cognitionem intellectivam. Sed ubicumque est sensus ibi est appetitus sensitivus. igitur ubicumque est intellectus ibi est appetitus intellectivus siue voluntas. sed in deo est intellectus. ergo voluntas. hoc habetur ab Augustino. 5. de trinitate. c. 17. Spiritus sanctus eruit a patre & filio non quomodo natus sed quomodo datus. Erre per modum dati vel doni competit productio per modum voluntatis cuius scilicet voluntatis est ex libertate sua dare vel donare. Ad secundum probatur quod sit sub ratione principii productivi. nam principia productiva ex quo ex se non dicitur imperfectionem reducuntur ad aliquod unum vel ad aliqua per

fecta in tanta paucitate ad quantas reduci possunt. non possunt omnia reduci ad unum principium productivum vel activum. quia illud unicum haberet modum determinatum agendi alterius istorum scilicet nature vel voluntatis quia inter istos modos producendi non est aliquis modus medius. ergo non possunt hec reduci ad maiorem paucitatem quam ad dualitatem principii productivi per modum nature. & per modum voluntatis. et tamen illa ad que tanquam ad perfecta stat tota ista reductio principiorum sunt simpliciter perfecta. Et ambo ista principia sub ratione propria ponuntur in deo. Sed posito quod voluntas sit principium productivum spiritus sancti si concurrunt simul essentia. Et si sic quomodo se habent Ad quod dico quatuor conclusiones. Prima quod divina essentia est parziale principium concurrens in ratione obiecti. Et patet quia nihil continet terminum formaliter vel virtualiter nisi essentia. Item quia hec productio debet esse univoca que univocatio debet fieri in essentia. Secunda conclusio quod voluntas est principium principale concurrens in ratione potentie. quia impossibile est actum spirandi esse nisi concurrens voluntate. sicut nec actus dicendi nisi concurrens intellectu. cum dicere sit aliquid per modum intellectus producere. Tertia conclusio quod ista duo sunt unum totale principium hec patet. quia utrumque concurrens & neutrum sufficit. et est impossibile respectu eiusdem producti duas causas vel duo principia totalia eiusdem rationis esse. Quarta conclusio quod essentia concurrens principaliter quod illud quod concurrens ut principium particulare nam essentia concurrens ut principium vel voluntas non ut principium particulare. Et nota hic quod aliqui voluerunt dicere quod non est de intentione scoti ponere noticiam genitam in divinis. id est quod non est actus intelligendi in divinis genitus. nec actus volendi. et quod istos actus non ponit illicitos sed innatos. Quantum ad tertium dicitur quod sic teste Augustino. 15. de trinitate ratio est sic. Quicquid de ratione sua formali est principium productivum ubicumque est sine imperfectione. priusquam intelligatur habere productum adequatum potest producere. Et si est necesse esse necessario producit. Sed in deo est voluntas secunda sub ratione principii productivi ex secundo articulo et est necesse esse. ergo habens eam necessario producit illo modo quemadmodum voluntas finita habens obiectum amabile finitum et adequatum producit amorem finitum. ita voluntas infinita sicut est voluntas divina habens obiectum amabile infinitum producit amorem infinitum adequatum. Sed infinitum est per se subsistens Et habet amorem

in finitum per se subsistentem dico spiritum sanctum. Quantum ad quartum occurrunt dubia. Primus quomodo voluntas diuina est principium communicandi naturam. cum hoc non competat voluntati create dicitur dupliciter. vno modo secundus. Dicitur quod natura capitur quadrupliciter. vno modo natura ut est essentia in qua tres persone existunt. secundo modo natura est principium actuum naturale cui competit assimilare. et sic dicitur essentialiter contractum ad notionale. tertio modo dicitur natura que libet res naturaliter existens in natura primo modo dicta. quarto modo dicitur natura incommunicabilis necessitas ordinata ad aliquem actum. Ad propositum dicitur quod intellectus et voluntas sunt principia communicandi diuinam naturam non in quantum intellectus et voluntas sed in quantum natura tertio modo per se assistentiam nature primo modo dicte. Doctor aliter dicit quod voluntas potest esse principium communicandi naturam non voluntas ut communiter sumpta ad voluntatem creatam et incretam. sed voluntas ut infinita. est enim infinitas proprius modus voluntatis diuine. Secundum dubium est. Si productio spiritus sancti est necessaria et quomodo ista necessitas stat cum libertate. Dicitur ad primum quod productio est necessaria quod patet sic. Summe productio conuenit nobilissima productio. sed productio necessaria est nobilissima. ergo et. Item necesse esse si producitur necessario producitur. Sed spiritus sanctus est necesse esse. ergo necessario producitur. Sed illa necessitas quomodo vocabitur dicitur quod non necessitas coactionis sed naturalis determinationis. vel secundus aliquos requisite perfectionis. Ad secundum quomodo stat cum libertate. a diuersis diuersimode dicitur. Quidam dicunt quod voluntas potest considerari dupliciter. vno modo ut natura et sic producit necessario. Alio modo in quantum libera est et sic producit contingenter. et sic non est principium spiritus sancti. Alii dicunt quod licet sit necessitas ut actus tendit in obiectum suum. tamen non est necessitas ut actus elicitur a potentia. Alii dicunt quod voluntas ut elicit actum est libera. ut autem se terminat vel firmat in actu sic est necessaria et. Doctor dicit quod ibi est libertas et necessitas quia sicut natura habet suam propriam necessitatem et suam contingentiam in quantum potest deficere. ita libertas habet suam necessitatem et suam contingentiam. Et necessitas voluntatis bene stat cum libertate. Sed aliquis diceret hoc non determinat questionem. ideo dicit quidam doctor quod infinita voluntas habet tale obiectum presens quod est

necessario amandum habet se necessario quoad actum. sed habet se libere quoad electionem. et sic erit necessaria et libera. vel dicitur libera libertate complacencie. Ad argumentum in principio dico quod Aug. accipit necessario pro persona non pro principio quo.

Arca distinctione undecimaz que ritur utrum spiritus sanctus procedat a patre et filio. Videtur quod non. nam Damascenus. c. 7. dicit a patre procedente et in filio quiescente spiritum sanctum dicimus. Ad oppositum in simbolo Niceno. ex patre filioque procedit. et Athanasius in simbolo et. Probato quod sic addit. probant alii istum ordinem productionis. et est Denricus quodlibeto. 6. q. 1.

Sed veniendo ad questionem dicitur quod sic. Et pro maiori declaratione ponentur quatuor. Primo punctus questionis. Secundo utrum spiritus sanctus procedat a patre per filium. Tertio quid sit principium productum spiritus sancti. Quarto quid sit terminus formalis spirationis actiue.

Ad primum dicitur quod spiritus sanctus procedit a patre et filio licet greci dicant oppositum. Et probatur per dictum Andree dum in grecia predicabat qui dixit spiritum sanctum a patre procedere et in filio permanere. Latini vero dicunt ab utroque procedere. Et dicunt auctoritates. prima domini saluatoris in euangelio. Si ascendero in celum mittam vobis paraclitum. Item cum venerit spiritus sanctus quem ego mittam et. Item Iohannis. 16. Ille me clarificabit qui de meo accipiet. Sed de eo accipere est de eo procedere. Item Iohan. 20. quando dominus voluit dare spiritum sanctum insufflauit. insufflatio est processus ab eo. Item secundum grecos Athanasius grecus. 2. Dionysius grecus. 3. Crisostomus grecus dicunt spiritum sanctum ab utroque procedere. Item de summa trini. extra. c. 1. ubi dicitur spiritus sanctum a patre et filio procedere. Quantum ad secundum pono quatuor conclusiones. Prima quod spiritus sanctus non est a patre per filium ita quod filius sit principium quo spiritus sancti. nam aliter filius esset formaliter in patre. sicut calor est in igne. Et calor se habet in calefactione ut quo. Sed si filius esset formaliter in patre pater posset esse filius et contra quod est falsum. Secunda conclusio quod spiritus sanctus non est a patre per filium tanquam instrumentum. quia tunc filius esset imperfectior patre cum instrumentum sit imperfectius eo cuius est. i. causa. Tertia conclusio

¶ Spiritus sanctus non est a patre per filium tanquam per causam secundam. nam sequeretur quod non equaliter esset a patre et filio quod est falsum. nam equaliter producunt. et per eandem vim productiuam existentem in duobus et non per diuersas. Quarta conclusio quod pater producit spiritum sanctum per filium. sed intelligitur producere per aliud quia communicauit sibi eandem vim productiuam. Quantum ad tertium quid sit principium productiuum spiritus sancti. dicitur quod voluntas secunda. quod probatur per Aug. 9. de trini. ubi dicit quod sicut memoria secunda est principium ipsius filii sic voluntas secunda est principium spiritus sancti. Quantum ad quartum quid sit terminus formalis spirationis dicitur quod totus spiritus sanctus. nam illud est terminus quod per spirationem acquiritur. sed quod acquiritur est spiritus sanctus. ergo etc. Sed spiratio actiua est constitutiua persone id est si pater et filius constituuntur per spirationem actiuam. Dicit Aureolus quod spiratio actiua concurret ad constitutionem uerbi cum essentia et filiatione. et ad constitutionem persone patris cum essentia et paternitate. Sed doctoris est opinio quod spiratio actiua non est uerbi vel patris constitutiua cum tota secunditas intellectiua preintelligatur uolitione secundante. et sic persone intelliguntur preconstitute. Ad argumentum in principio dicitur quod auctoritas intelligitur de uoluntate et non de spiritu sancto. nam uoluntas que est principium spirandi ipsa est a patre in filium.

Secunda questio utrum si spiritus

sanctus non procederet a filio posset stare distinctio realis ipsius a filio. vel si distingueretur ab eo. Uidetur quod non. quia secundum Boetium de tri. essentia continet unitatem relatio multiplicat trinitates. ergo nihil distinguitur nisi quod refertur. Ad oppositum. 5. de trini. capitulo. 17. apparet quod spiritus sanctus non est filius. et si exeat a patre quia erit non quomodo natus sed quomodo datus. Immediate ponit opinionem dicentium nullam esse questionem quia includit impossibilia. Et est Boetius quodlibeto. 7. q. 4. Post hoc modo impugnato ponitur opinio dicentium quod non distinguntur. Et est Thomas prima parte summe. q. 35. articulo. 2. Et Egidius de Roma quodlibeto primo questione sexta.

Ad questionem dicunt aliqui quod questio est nulla quia impossibilis. Sed doctor dicit quod de multis im-

possibilibus mouetur questio ut de uacuo. 4. philosophorum. et sic hic non queritur de impossibilitate. Sed posita tali conditionali id est si non procederet si distingueretur. Sed respondendo ad punctum dicit doctor quod si spiritus sanctus non procederet a filio quod distingueretur ab eo. Et ratio est quia filius est filius per suam rationem formalem id est per filiationem. et distinguitur a quolibet non tali. Sed spiratio si aduenit filio aduenit filio iam posito. et est quasi proprietas sibi adueniens post suum esse. et sic si non procederet ab eo distingueretur ab ipso. Et confirmatur per Aug. 5. de trinitate. capitulo. 27. apparet quod spiritus sanctus non est. et si exeat a patre. Et hec est intentio doctoris. Alii dicunt quod hec questio est sic intelligenda. Si spiritus sanctus non procederet a patre nec a filio non distingueretur ab eis. Et assignant rationem per modum a parte in modo. sic. si spiritus sanctus est. distinctus est. et si non est. non est distinctus. a toto in modo destructiue. et sic restringunt quod si spiritus sanctus non procederet ab una personarum. et procederet distingueretur. sed si a nullo procederet quod non distingueretur. Ad argumentum in principio dicitur quod spiritus sanctus haberet respectum distinctionis ad filium. et si non procederet ab eo non formaliter sed fundamentaliter.

circa duodecimam distinctionem

queritur utrum pater et filius spirent spiritum sanctum in quantum omnino unum vel in quantum aliquo modo distincti. Uidetur quod non. quia spiritus sanctus procedit a patre et filio sicut a gignente et genito. sed ut sic sunt distincti. ergo etc.

Ad oppositum secundum Augustinum. tres sunt unum principium creature. ergo duo unum principium spiritus sancti. In hac questione ubi mouetur dubium utrum pater et filius magis spirent spiritum sanctum uoluntate ut est una vel ut est concors. Dic primo ponitur opinio Denrici in summa articulo. 54. Post arguit doctor subtilis contra eum. Et in ultimo argumento dicit. Preterea contra opinantem. quia tenet quod spiritus sanctus posset distinguui a filio. Et si non procederet ab eo. hoc habet Denricus quodlibeto quinto questione nona. Sed ueniendo ad questionem hic sunt ponendi quatuor articuli. Primus si pater et filius sunt unum principium spiritus sancti. Secundus si principiant ipsum in quantum sunt unum vel in quantum distincti. Tertius si principiant ipsum uniformiter.

Quartus si spiratio actiua terminatur ad suum oppositum. Sed ante ponam aliqua necessaria. Primum quod pater et filius non sunt unum principium quod spiritus sancti. Nam sequeretur quod ambo essent una persona quod est falsum. cum unum principium quod sit respectu unius persone. Secundum quod pater et filius non sunt unum principium quo spiritus sancti. nam sequeretur quod voluntas secunda patris et filii esset eadem formaliter cum patre et filio quod non est sic. Tertium quod pater et filius sunt unum principium essentialiter. Et ratio est quoniam ambo sunt unum essentialiter vel idem. et sic si concurrunt ut unum principium concurrunt ut unum essentialiter.

Tunc ad primum articulum respon-
detur affirmatiue. cuius ratio est quod pater generando filium communicat ei omnem perfectionem absolutam que ei non repugnat et sic communicat ei voluntatem secundam que est principium spiritus sancti. Cum igitur sit eadem voluntas secunda in patre et filio sequitur quod pater et filius sunt unum principium spiritus sancti. Confirmatur per Aug. 5. de trini. dicentem. pater et filius sunt unum principium spiritus sancti. sicut pater et filius et spiritus sanctus sunt unum principium creature. Sed creature producuntur ab eis in quantum unum. ergo et. Confirmatur per hoc quod habetur extra de si. catho. li. vi. ubi dicitur. fidei ac deuota professione fatemur quod spiritus sanctus eternaliter ex patre et filio non tantum a duobus principis sed tantum ex vno principio vnaque spiratio procedit. Quantum ad secundum sunt tres modi dicendi. Primus Thome prima parte. q. 36. articulo. 4. in solutione primi argumenti dicit quod quantum ad vim spiratiuam spiritus sanctus procedit a patre et filio in quantum unum. Sed quantum ad supposita producentia spiritum sanctum procedit a patre et filio in quantum sunt distincti. Alius modus dicendi est quod pater et filius producunt spiritum sanctum in quantum unum omnino. cuius ratio est quia in quantum reduplicat causam formalem. Sed eadem est causa siue voluntas in patre et filio respectu spiritus sancti. igitur producunt ipsum in quantum unum. Alius modus dicendi est quod actus spirandi potest considerari precise in se. et sic non producunt spiritum sanctum in quantum unum. nec in quantum distincti. sed abstrahit ab utroque sicut ponit Aug. 5. metha. de equitate que abstrahit ab vno et multis. Alio modo potest consi-

derari actus spirandi in quantum simplex et perfectus. Et quia hoc est ex unitate principii ideo producunt in quantum unum.

Quantum ad tertium dico quod actus spirandi in proposito potest considerari tripliciter. vel in se vel in quantum est terminus. vel in quantum comparatur ad supposita agentia. Duobus primis modis pater et filius uniformiter spirant spiritum sanctum. sed tertio modo non. quod pater spirat habet a se. filius autem habet a patre. Quantum ad quartum utrum spiratio actiua terminetur ad suum oppositum scilicet ad spirationem passiuam. Et idem est querere utrum relatio terminetur ad suum correlatiuum. Et dicitur quod relatio nec in diuinis. nec in creaturis terminatur ad suum oppositum sed ad suum fundamentum. sicut paternitas non terminatur ad filiationem sed ad fundamentum filiationis. Et quo sequuntur iste conclusiones. Prima quod generatio actiua in diuinis terminatur ad essentiam diuinam. Secunda conclusio quod spiratio actiua terminatur ad eandem essentiam. Tertia conclusio quod filiatio terminatur ad memoriam secundam. Quarta conclusio quod spiratio passiuam terminatur ad secundam voluntatem.

Dices quod Aristoteles dicit quod paternitas terminatur ad filiationem. dicitur quod est intelligendum quod filiatio terminatur ad fundamentum patris in quo fundatur paternitas scilicet ad potentiam generandi. Nota quod si quis dicat pater et filius diligunt se. Sed in illa dilectione producit spiritus sanctus. igitur primo erit productus antequam producat. Et sic poteris arguere de filio. Et ideo dicitur quod pater dum filium intellexit non produxit cum. sed dum habuit memoriam secundam circa eum. vel secundum doctorem quod libeto primo non eum produxit per intelligere sed per dicere. Sic dicitur de spiritu sancto quod per primam inter se volitionem non producit. sed per voluntatem secundam inter eos spiritus sanctus producit. non quod sit alius actus voluntatis sed idem secundatus. Sed aliquis diceret est voluntas eque perfecta in patre solo sicut in patre et filio. dico quod sic. ergo quare solus pater non producit spiritum sanctum. Dico quod in patre est eque perfecta et potest spiritum sanctum producere potentia remota sed non potentia propinqua. nam hec est in duobus scilicet secunditas amoris repassi vel mutua voluntas. Ad argumentum in principio dico quod sunt distincti inter se sed non respectu termini vel respectu productionis termini.

Secunda questio duodecime distinc

tionis vbi queritur vtrum pater et filius possint dici duo spirantes vel duo spiratores. Videtur quod sint duo spiratores. nam sicut concedimus quod sunt duo spirantes pariformiter et spiratores cum vtriusque descendat a verbo. Ad oppositum. nam si essent duo spiratores essent due substantie quod est hereticum.

Descendendo querit Quare terminus numeralis conceditur addi terminis adiectiuis vsu dicantur duo spirantes. Et ponit opinio Thomae prima parte summe. q. 35. articulo vlti. soluendo vltimum argumentum dicentis quod sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositoꝝ. sed non duo spiratores propter vnā spirationē

Sed veniendo ad intentiones docto

ris dicitur quod possunt dici duo spirantes sed non duo spiratores. Et dat causam quia nullum nomen verbale significat principium tale agendi nisi vt illud natum est denominare suppositum adiectiuum. Sicut enim lectio significat actum quidditative per modum habitus et quietis. et denominatiuum suppositi adiectiuum. Spirator igitur significat vim spirandi vt concernit suppositum. et quia vna est vis in patre et filio. et terminus numeralis appositus alicui determinabili ponit suum significatum circa illud. ideo non videtur concedendum de vi sermonis quod sint duo spiratores. nam vis spiratiua videretur numerari in eis quod est falsum. Alii dicunt quod nomen verbale significat per modum habitus et quietis. id est quodammodo significat substantiam. et sic duo spiratores. id est due substantie. Due substantie habent duas vires. sed in patre et filio non est nisi vnā vis spirandi. ergo non possunt dici duo spiratores. Sed non sic est de participio quia est adiectiuum consequens verbum. et ponitur pro verbo. Et quia pater et filius habent vnum esse in spirando id est vnā vim dicuntur duo spirantes id est duo habentes vnā vim spirandi. Et hec est intentio cuiusdam noui doctoris. Ad argumentum in principio dico quod non est simile per iam dicta in questione.

Tertia questio duodecime distincti

onis vbi queritur vtrum pater et filius spirant vniiformiter spiritum sanctum. Videtur quod non. Aug. 15. de trinitate. c. 7. spiritus sanctus principaliter procedit a patre non ergo principaliter a filio. ergo non omnino vniiformiter. Ad oppositum

vno principio in quantum omnino vno spirant spiritus sanctum ex ratione precedente. ergo ratio. Dum dicit soluendo argumenta principalia. Dicit tamen quidam doctor quia pater spirat principaliter filius autem tantum principaliter ideo non vniiformiter spirant. hic est frater Alexander de Alexandria in presenti distinctione. q. 2. et sanctus Bonaventura. q. 2. in fi. et in tertio dubio litterali dum addit. Alius autem doctor contradicit sibi. hic frater Guillelmus Barronis est in presenti distinctione.

Sed veniendo ad questionem dicit quod

vno principio in quantum omnino vno spirant spiritum sanctum ex questione precedente. igitur omnino vniiformiter. Sed pro maiori declaratione dicit quod actus potest considerari tripliciter. scilicet in se vel in quantum est termini. vel in quantum comparatur ad supposita agentia. Primis duobus modis est omnimoda vniiformitas vel potius vnitas quia est vna actio et vnus terminus productus. Tertio modo loquendo sicut ipsa vis spiratiua communicatur filio a patre ita etiam quod filius spiret hoc habet a patre. et sic pater spirat a se filius vero non a se. Et si dicatur igitur pater prius spirat spiritum sanctum. dicitur quod non. vnde non est intelligendum quod pater spiret antequam filius. sicut prius origine generat quod spiret. sed iste est ordo quod in patre est primo secunditas vtraque a se. Secundo in patre est actus prime secunditatis. et tamen in filio est secunda secunditas. Tertio est actus secunde secunditatis simul a patre et filio habentibus tunc illam secunditatem adhuc tamen cum aliquo ordine. quia ille actus patris est a se filii autem non a se sed a patre. Sicut nec in secundo signo est ista secunditas filii a se sed patris a se. non est ergo ordo originis inter spirationem patris et filii quasi spiret pater in aliquo signo originis in quo non spiret filius. sed in eodem signo originis pater et filius simul spirant. Est tamen ordo spirantium in spirando. quia pater in illo secundo signo originis spirat a se filius autem non a se. Nota quod in hac questione Scoti habes signa. Et in prima questione secundi latius. Ad argumentum in principio dico quod auctoritates Augustini sunt sic intelligende. id est quod si filius spirat hoc habet a patre non tamen quod pater primo spiret sed quod pater habet a se filius a patre.

Quarta questio duodecime distinc
tionis vbi queritur vtrum pater et filius a se et a patre originem producat ut spiret

spiritum sanctum & filius. Circa quod quatuor videbuntur. Primum si in diuinis est ordo originis. Secundum si in diuinis pater est prior origine filio. Tertium si in illo priori quo pater precedit filium patri competit aliqua operatio. vel si pater prius origine spirat spiritum sanctum & filius. Quartum si pater prius origine producit filium & spiritum sanctum. Et licet in superiori questione aliqua de his dicta sint tamen hic latius dicentur.

Quantum ad primum dicitur quod in diuinis est ordo originis. nam ubique sunt aliqua distincta nisi sint ordinata necessario sunt confusa. sed persone sunt distincte. ergo sunt ordinate quia non sunt confuse. Sed ordo dicit prius et posterius. et sic in diuinis erit prius et posterius. Sed hic dicit sanctus doctor prima parte. q. 41. articulo. 3. quod bene est ordo in diuinis. sed non prius et posterius. Contra Augustinus. 10. de ciui. dei dicit quod prius et posterius talem habent habitudinem ad ordinem qualem par et impar ad numerum. sed non potest esse par vel impar quin sit numerus et e contra. cum sint sicut subiectum et passio. igitur nec ordo sine priori et posteriori et e contra. Dicunt alii quod bene est primum medium et ultimum. sed non prius et posterius. Contra hoc quadrupliciter. Primo grammatice. nam grammatice declinatur primum prior primum. et sic primum presupponit comparatiuum et positiuum. et per consequens presupponit prius. Secundo arguitur logice. nam logicus ponit decem genera prima. Sed alia genera inferiora sunt genera. sed non prima. ergo priora vel posteriora. Tertio naturaliter. nam philosophus naturalis docet et demonstrat quod est dare unum primum mouens constat quod secundum eius multa sunt priora. ergo prius et posterius. Quarto theologice. beatus Dionysius de angelica hierarchia dicit. in quolibet ordine est procedere a posteriori ad prius. et usque ad unum hierarchia. et finaliter est dare unum seraph. et per consequens unum primum. Per quas quatuor rationes oportet concedere quod in diuinis sit prius et posterius. et per consequens ordo. quod confirmatur per Augustinum de triplici habitaculo. dicit quod in patria videbimus quod pater origine est prior filio. Aliqui dicunt quod non reperitur talis auctoritas. Salua gracia vel non viderunt vel non bene ab illo textu extraxerunt. Quantum ad secundum articulum utrum pater sit prior origine filio dicit doctor quod sic. Et hoc modo persuadetur. ubi cumque est hoc ab hoc illud a quo est hoc est prius origine. et illud quod est ab eo est posterius. Sed in diuinis pater et filius sic se

habent quod filius est a patre. ergo pater prior quia est a quo. et filius posterior origine quia est ab alio. Ista veritas confirmatur per beatum Augustinum qui dicit primo de trinitate. quod nulla res est que se ipsam gignat. Et hic nulla ratio de necessario potest assignari nisi quia idem esset prius seipso. nam si illud non esset inconueniens esset possibile quod prius existens seipso esset posterius existens. Sed quia Augustinus non reddit illam causam explicate. adducit Anselmum in Monologion primo. Intellectus inquit Anselmus non capit quod idem det sibi esse prius seipso. quia idem esset prius seipso. pater autem dat esse filio non est inconueniens quod aliquid sit prius alio ideo pater distinguitur a filio cui dat esse

Quantum ad tertium utrum pater spirat spiritum sanctum prius origine & filius dico quod sic. quia quicquid habet pater habet a se. sed habet spirationem. ergo a se. et per consequens a se spirat et filius ab alio. et illud est prius origine spirare id est a se et non ab alio spirare. Sed de hoc vide melius in precedenti questione

Quantum ad quartum utrum pater prius origine producat filium & spiritum sanctum. Ad hoc dicitur quod sic. nam sicut pater prius est & filius. et prius spirat & filius. Sed tamen istud non est tale prius quod possit dici in quo. sed solum est prius a quo. unde in nullo priorum quod possit dari pater prius spirat. Sed in diuinis est ordo nature aliqui dicunt non esse de intentione Scoti ponere ordinem nature in diuinis. Alii dicunt quod sic. Sed dicit quidam quod ordo nature potest dupliciter intelligi. vno modo pro ordine nature qui est inter naturam et naturam. et talis nullo modo ponendus est in diuinis. eo quod non est ibi nisi vna natura. Alio modo potest intelligi pro ordine qui est inter naturales perfectiones. et talis ordinatur est ibi sicut ponitur ibi ordo essentialis. non inter essentialia et essentialiam quia vnica est. sed inter essentielles perfectiones. Inter istas perfectiones cum non sit ordo originis. quia nulla vnquam est a se. quod requiritur in ordine originis. et cum inter illas non sit confusio oportet quod si ordo ponitur quod sit ordo nature modo predicto. Etiam sic intelligendo ordinem quoad naturalem intelligentiam sic quod vnum est natum intelligi prius reliquum posteriori. sed non quod in re absoluta ponatur talis ordo nam hoc esset falsum. cum vna essentialis perfectio in se non sit naturaliter prior alia.

Irca distinctionez decimam tertiaz

queritur vtrum productio spiritus sancti sit generatio vel distinguatur ab ea. Arguitur q sic. Generatio et motus distinguuntur per terminos. s. p̄bicoz sed vnus est terminus in filio et spiritu sancto scz vna substantia. ergo vn^o motus. et sic spiratio non distinguetur a generatione. Ad oppositum est Aug. s. de trini. c. 17. spiritus sanctus procedit a patre et filio nō quomō natus sed quomodo datus. In ista questione ponuntur opiniones varie. Prima est Egidii distinctione presenti articulo. 2^o. Et fratris Guillelmi varronis in presenti distinctione. Et illi ponūt productiones distingui per terminos qui sunt persone producte improbat. Secunda opinio est Thome prima parte sūme. q. 35. articulo. 2^o. in solutione vltimi argumenti ponentis has productiones distingui. qz vna productio est ab vna persona. et alia a duabus improbat. Tertia opinio ē Rodofredi de fontibus qd libeto. 3^o. q. 3. qz hec productiones distinguuntur per rationes prioris et posterioris. qz vna est cum alia et cum opposito eius. Quarta opinio iterum est Thome prima parte. q. 27. articulo. 4. in solutione argumenti p̄mi inquiringis qz hec due productiones distinguuntur per rationes prioris et posterioris. Quinta opinio ē Denrici in summa articulo. 27. q. 7. qz hec emanationes distinguuntur per principia formalia elicitiva que ponuntur esse actiones personarum agentium. Sexta opinio eiusdem Denrici qz distinguuntur penes principia distincta secundum rationem puta penes naturam et voluntatem quodlibeto. s. q. 1. Optio septima est fratris Ade li. p^o. di. 6. q. 1. articulo. 2. qz essent omnino sub ratione vna indistincta est principium istarum productionum bec omnia doctor improbat.

Sed veniendo ad questionem dicitur

q productio spiritus sancti nō est generatio imo distinguatur ab ea. nam s^o Aug. s. de trini. c. 17. Sp̄s sanct^o p̄cedit a patre et filio quomō datus. sed filius ideo qz generatur p̄cedit quomō natus. S^o p̄ quē modū generatio et spiratio distinguantur ponit septē vias. di. missi vius dicit ad qd nē q productioes distinguuntur se ipsis formaliter. Generatio enim seipsa est generatio formaliter. spiratio formaliter seipsa ē spiratio. Et ex rationibus formalibus eorundem impossibile est generationē esse generationē circūscripto per impossibile quocūqz alio ita q nō oportet querere quibus

distinguntur. nisi qz formaliter tota ratio vnus non est eadez totaliter rationi formali alterius. Et hoc apparet p̄ Aug. 15. de trinitate. 17. vbi dicit qz videbis quomodo vel quantum distat natiuitas verbi a processione dati. Et paulo plus voluntatem de cognitione procedere non tamen esse cognitionis ymaginem imo in hac re quandam intelligibilem processionis et natiuitatis integre distantiam et d. vbi ex distinctione processionum vult concludere distinctionem personarum procedentium. Idem. s. de trini. c. 17. querit. Cur spiritus sanctus non sit filius cum et ipse a patre exeat. Et soluit dicens ideo non dicitur proprie filius quia nec natus est. Est enim a patre non quomō natus sed quomō datus. Soluit ergo ibi rōnem qd nōis de distinctione personarum per distinctas emanationes earum. Et si dicas emanationes non sunt a se. ergo non distinguuntur a se. Respondeo qz differentie specificæ non sunt a se effectiue. et tamen sunt seipsis primo formaliter distincte licet ab eodez sint distincte effectiue a quo sunt effectiue. Aliqui ponunt tres conclusiones. Prima qz iste productiones distinguuntur seipsis quid dicitatiue et formaliter. bec patet ideo quia plurimicantur sunt alterius rationis. Secunda conclusio qz argutiue distinguuntur ex terminis. bec patet quia innotescunt ex terminis. Tertia conclusio qz elicitue distinguuntur ex principiis que sunt memoria et voluntas patet. quia vna est a memoria alia a voluntate. Nota ante septimam viam vbi dicit qz relatio non dicit p̄fectionem quia tunc aliqua persona in diuinis non haberet omnem perfectionem. Nota ante opinionem propriam qz aliqua res est infinita in se et a se vt pater in diuinis. Aliqua res est in se infinita sed non a se vt filius et spiritus sanctus. Aliqua res est ex se et de se finita vt creatura. Ad argumentum in principio dico qz terminus capitur dupliciter. vno modo substantialiter. alio modo ypostatice. et sic dico qz est vnus terminus primo mō non tamen secundo modo. vel qz termini primi sunt eiusdez rationis non tamen adequate.

Irca decimam quartaz et decimam

quintam distinctiones queritur primo vtrum quelibet persona diuina mittat quamcūqz personam vel mittatur. Videtur qz sic. nam secundum Augustinum ad Dardanuz. que libet persona dat et datur. g^o pari ratione mittit et mittitur. Ad oppositum est Aug. 4. de trini. c. 17. dicit pater nō d^o missus et d

op Egidij
per terminos
qui sunt
personarum
producte

est volūta.
et d. s. h.
de p̄sentia
et d. g. p̄

+

f.

+

+

+

+ k

In his distinctionibus non sunt opiniones. Sed veniēdo ad primam questionem dicit q̄ non. Et adducit auctoritates Aug. 4. de trini. c. 7. P̄r nō d̄r missus. non. n. h̄z a quo sit aut a quo procedit. ergo oportet q̄ mitti cum hoc q̄ dicit respectum ad extra connotet processionē ad intra. et tunc rationale videtur cōsimiliter dicere de mittere. quia licet principaliter respectum actionis ad extra dicat tamen connotat respectu productionis actiue ad intra. et sic neutrum est vere essentialiter. sed mitti tantum conuenit persone producte. mittere tantum persone producenti. Et sic sunt due persone mittentes sc̄z pater et filius. Et due misse sc̄z fili⁹ et spiritus sanctus. nec persona aliqua seipsa mittit. nec producta mittit producentem. hoc potest sic haberi. nam pater dicitur creare per verbum. et ita potest concedi filius creare per spiritum sanctum. non autem econtra. quia creare per filium non dicit absolute actionem ad extra. sed actionem cum auctoritate. et in hoc cōnotat productionem actiuam in operante respectu illius persone per quam quasi sub auctoritate operatur. ita potest dici q̄ mittere personam est operari per eam. Et ita operari effectum cum illa persona per modum auctoritatis dantis illi persone actionem que tantum conuenit producenti respectu producte persone. Et mitti dicit idem quasi sub auctoritate operari virtute persone mittentis que non est nisi quando persona operans accipit ab alia virtutem agendi. Et si dicitur q̄ magister dicit q̄ mittere est commune tribus quia Isaie. 6. habetur. Spiritus domini super me. Et Ambrosius. Spiritus domini misit me ad predicandum. Dicitur q̄ intelligitur de x̄po homine. non autem de missione verbi eterni incarnandi. Sed quare processio appropriatur spiritui sancto. dicitur q̄ exitus a voluntate per modum amoris est processio. sed spiritus sanctus exit a voluntate patris et filii per modum amoris. ergo sibi attribuitur processio. Secundo est propter hoc vt non videamur habere penuriam nominum. quia enim productio filii vocatur generatio ideo ad distinctiones illius productionis spiritus sancti vocatur processio. Ad argumētum in principio dicitur q̄ accipitur dari et mitti pro communicari.

Secunda questio vbi queritur vtruz aliqua persona diuina mittat seipsam. Sed pro declaratione huius questionis sunt duo notanda. Primo q̄ missio est duplex sc̄z ad intra et ad extra. hic autem non queritur de missione ad intra quia vt patet per magistrum qui probat per Augusti.

Quia nulla persona mittitur nisi que habet aliam de qua fit. et isto modo filius et spiritus sanctus mittuntur pater autem non. queritur ergo hic de missione ad extra. Secundo notandum q̄ in diuinis sunt aliqua pure essentialia. aliqua pure notionalia. et aliqua sunt mixta ex essentiali et notionali. Pure essentialia sunt que competunt tribus personis vt iusticia sapientia honor et huiusmodi. Pure notionalia sunt que non competunt tribus personis sed vni tantum. vt paternitas filiatio et similia. Mixta autem dicuntur que includunt aliquod essentialia et aliquod notionalia vt cum dicitur sapientia genita. cum enim dico sapientiam dico essentialia. cum autem dico genitam dico notionalia. ergo simul accipiendo sapientiam genitam dico essentialia et notionalia. Ad propositum applicando dico q̄ hoc verbum mitti est mixtum ex essentiali et notionali. quia vno modo dicit relationem originis que conuenit vni persone tantum. et omne tale est notionalia. Secundo modo dicit habitudinem ad creaturam que conuenit tribus personis. et omne tale est essentialia. et est efficientia creaturarum que efficientia competit tribus personis. quia opera trinitatis sunt indiuisa ad extra per Aug. Quia autem sic competit tribus personis large potest dici essentialia. Quantum ad secundum. et est responsio questionis sunt due opiniones. vna est magistri dicentis q̄ persona mittit seipsam. et probat sic. nam secundum Aug. opera trinitatis sunt ad extra indiuisa. igitur vna persona non mittitur sine alia. Item Ambrosius li. 2. de spiritu sancto pertractans illud ysaie. Spiritus domini super me etc. Dicit sic. cum non definitum fuerit a propheta a quo datus sit filius ostenditur datus gratia trinitatis vt et iam filius ipse dedit se. Alia opinio dicit oppositum probat sic. Mixtum est originari. ergo mittere est originare. sed nulla persona originat seipsam. ergo non mittit seipsam. Sed tenendo magistri opinionem consequentia negatur q̄ non oportet omnimodam correspondentiam esse inter actiuum et passiuum. vt patet de incarnare et de incarnari. Et sic dicimus ad questionem cum magistro affirmatiue.

Tertia questio decimequinte distinctionis vbi queritur vtruz relatio quecumq̄ possit fundare respectum. Ad questionem dicitur q̄ necessitas constituit filium secundum Dylarium. sed necessitas est respectus. Sed pro maiori declaratione quatuor videbuntur. Primum

si relatio potest immediate fundare substantias. Secundum utrum relatio possit immediate fundare relationem. Tertium utrum spiratio passiva possit fundare respectum. Quartum utrum relatio diffiniatur per aliquid sui generis.

Quantum ad primum dicit sanctus

doctor prima parte. q. 39. articulo. 2.º q. non. Sed doctor aliter sentit. nam si relatio non posset fundare substantiam sequeretur q. materia et forma non essent causa accidentium. sed sunt causa ergo et maior patet. causaliter est quedam relatio et ista causalitas immediate fundatur super materiam et formam et sic immediate in substantia. minor est philosophi primo physicorum. quoniam materia et forma sunt causa omnium accidentium in eis existentium. et sic aliquae relationes licet non omnes possunt fundare substantiam. Quantum ad secundum dicitur q. relatio potest fundari super relationes. quia proportionabilitas potest fundari super proportionem. et similitudo super equalitates. Sed ista sunt relativa. ergo relatio super relationem. Quantum ad tertium utrum spiratio passiva possit fundare respectum. dicitur q. sic. nam quedam relatio divina fundat respectum primum. quia respectum quem fundat est relatio distinctionis. nam paternitas distinguitur ab essentia accipiendo distinctionem largo modo. Secundus est respectus ydemptitatis. quia paternitas est idem realiter cum essentia. Tertius est respectus originis quia paternitas habet ordinem originis cum ipsa essentia secundum Dionysium. et proprietates in divinis habent ordinem ad invicem. Quartus est constitutio quia paternitas patrem constituit.

Quantum ad quartum utrum relatio diffiniatur per aliquid sui generis. dicitur q. licet apud vulgum relatio diffiniatur per suum oppositum. non tamen est propria diffinitio relationis. nam relatio debet diffiniri per suum genus et suam differentiam ideo dicimus quid est pater. debemus dicere. pater est relatio. b. et non dicemus qui habet filium vel filiam. cum filius vel filia nec sint genus nec differentia. Sed utrum spiratio passiva sit dissimilis. dicitur q. non. nam est summe simplex et transcendens. et quavis habeat descriptionem tamen dicunt aliqui q. diffinitionem minime.

Ira distinctiones decimas sextas

queritur utrum in missione visibili spiritus sancti spiritus sanctus referatur ad creaturam. Sed antequam ad questionem ventiam pono aliqua per modum conclusionum. Primum q. spiritus sanctus non debuit visibiliter mitti tempore legis scripte patet. nam non debebat mitti nisi tempore plenitudinis gratie signum plenitudinis gratie quod est visibile. Secundum q. debuit visibiliter mitti tempore quo fuit ecclesia primo fundata patet. nam erat difficultas ad credendum illa que predicabantur in principio ecclesie. et ideo debuit sibi adhiberi maximum signum.

Tertium q. fuit missus sub aliquibus speciebus rationabiliter. primo in specie columbe ad designandum humilitatem recipientibus. secundo missus est in specie nubis lucide ad illustrandum veritatem. tertio missus est in specie flatus ad copulandum fraternam caritatem. quarto missus est in specie lingue ignee propter caritatem ad predicandam perfectam sanctitatem et ad corda frigida incendenda. Sed veniendo ad questionem respondetur negative. et causa est quia mutaretur. cum primo non habeat respectum et postea sic. Sed hic erunt tria. Primum dicitur ad punctum questionis. Secundo utrum deus referatur ad creaturam per actum rationis nostre. Tertio utrum aliqua signa in quibus apparuit spiritus sanctus fuerunt vera signa.

Quantum ad primum dicitur q. deus

non refertur ad creaturam relatione reali nec formali. nam relatio innascitur ab extremis. sed in deo non innascitur ab extremo quia tunc mutaretur per novum respectum ad creaturam. sed dicitur q. refertur relatione fundamentali. et q. inequalitas et prioritas sunt relationes fundamentales. Quantum ad secundum dicitur q. non refertur per actum rationis nostre ut dicunt aliqui. nec per actum rationis divine ut dicit Henricus. sed refertur per actum fundamentalem. Quantum ad tertium dicitur q. apparuit in modis vel signis supradictis. Sed in hoc aliqui dicunt q. non fuit vera columba nec verus ignis quia non comburebat. Sed secundum veritatem dicitur q. fuit verus ignis et vera columba. Nam ecclesia dicit. Spiritus sanctus visus est in specie columbe. et sic oportet dicere q. fuit vera columba creata a deo. Item quia si esset signum apparens et non existens esset fallax. Sed

columba non fuit signum fallax sed verum. nam secundum Augustinum spiritus sanctus infallibiliter ostendit se. Si ignis quo modo priuabatur sua operatione quod non comburebat nec columba comedebat. dicitur quod supernaturaliter et immediate desinerunt esse ignis et columba.

Ircum decimam septimam distinctio

nam queritur vtrum in mente sit ponere caritatem creatam inherente nature beatificabili. Videtur quod non. nam Apollus dicit caritas dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum. Ad oppositum idem Apollus. fructus spiritus sancti est caritas. In hac distinctio simul mouet duas questiones. Et habitus hincinde argumentis respondendo primo secundum questionem ostendit opinionem Denrici quodlibeto. 4. q. 10. distinguens de habitu infuso et de habitu acquisito. Et dicit quod virtus secundum illam rationem virtutis que ponitur. et ethice. et virtus est que habentem perficit et opus eius bonum reddit. Sed quod virtus theologica non se habet sic. in aliquibus libris habetur quod est. et ethice. virtus est vltimum de potentia sed talis textus non ibi inuenitur. sed est primo de celo. Et sic alii qui sunt libri hic corrupti. cum ille textus non bene allegetur. et ethice sed primo celi. Postmodum ponitur opinio Godofredi de fontibus dicentis actum habere substantiam suam a potentia. sed intensionem talem vel talem ab habitu quodlibeto. xi. q. 4. Est opinio magistri quod caritas non sit aliquid creatum in anima. sed spiritus sanctus in speciali mouet animam ad actum meritorium. sed hec opinio a theologis reprobatur. Veritas questionis est quod necesse est ponere caritatem creatam in anima secundum Augustinum de moribus ecclesie. c. 4. pertractans illud ad Romanos. 4. Quis vos separabit a caritate christi. Caritas inquit dei hec dicta est virtus. Sed pro maiori declaratione ponentur tria. Primo vtrum sit necesse de potentia dei ordinata ponere caritatem creatam in anima nostra. Secundo vtrum deus possit de potentia absoluta aliquem acceptare sine caritate. Tertio vtrum necessario diligat hominem existentem in caritate.

Quantum ad primum dicitur quod necessarium est ponere in nobis caritatem creatam in anima vt beatificetur quod patet. Nam peccator ante penitentiam est indignus vita eterna. post penitentiam est dignus vita eterna. ergo

tunc aliquid inheret quod primo non inhererat. istud autem non est fides nec spes. quia ista erant in peccatore ante conuersionem ergo est ibi caritas inherens. et sic habetur propositum. Sed dicitur hoc non habemus propriam demonstrationem. sed habetur per illud Joban. gracia et veritas per Ihesum facta est. Item in omni potentia habituali est ponere necessario habitum per respectum ad subiectum. sed voluntas nostra est potentia habitualis. ergo et. sed talis habitus est caritas creata. ergo oportet ponere caritatem in anima. Quantum ad secundum articulum dicitur quod de potentia absoluta potest acceptare aliquem quem prius non acceptauerat nulla facta mutatione in accepto. nam non minus voluntas diuina est potens acceptare quod prius non acceptauit quam voluntas nostra. Sed voluntas nostra potest acceptare quem prius non acceptauit nulla facta mutatione in accepto. igitur voluntas diuina potest. et voluntas nostra possit patet. nam possum te diligere nulla mutatione facta in te propter tui amorem vel tuorum amicorum. Quantum ad tertium articulum dicitur quod non necessario diligit hominem existentem in caritate. nam si hoc esset necessario glorificaret hominem. et etiam quod citius posset. sed est falsum cum libere nos acceptat ad vitam eternam. Ad argumentum in principio et ad rationes que a magistro in hac materia ducuntur dico quod non intelligitur quod caritas diffusa vel data sit spiritus sancti. sed intelligitur quod est diffusa vel data per spiritum sanctum.

Secunda questio decime septime distinctio

nam queritur vtrum caritas vel quicumque habitus sit principium actuum respectu actus. Videtur quod non. Apollus primo ad Corinthios. dicit. nihil prodest sine caritate infusa. Ad oppositum actus caritatis acquisite laudatur in scriptura. et machabeorum. 13. Ad questionem dicitur quod sic. nam habitus est quo habens vtitur cum voluerit per commentatorem. 3. de anima. sed vti competit agenti. igitur habitus se habet effectiue respectu actus. In hac questione sunt aliquae opiniones vna est Denrici vbi supra quod aliter est loquendum de habitibus infusis aliter de acquisitis. nam habitus acquisiti non sunt cause substantie actus. sed sunt cause expeditionis in actu. sed habitus infusi sunt totales cause tam substantie actus quam etiam expeditionis in actu improbat. Est alia opinio Godofredi de fontibus f. 2.

vbi supra in precedenti questione dicit q̄ habitus est causa intentionis in actu. et potentia est causa substantie actus ita q̄ duobus in effectu v̄puta substantie et intentioni correspondēt duo in causa sc̄z potentia et habitus improbat. Est alia opinio que dicit q̄ habitus nullam actionem vel actualitatem habet respectu actus sed tantūmodo habet inclinare potentiam vt eliciat actum. et q̄ habitus non habet talem actualitatem. Est alia opinio q̄ habitus est causa partialis respectu actus perfecti ita q̄ potentia et habitus sunt due cause partiales integrantes vnam totalem. S̄z q̄ sit nobilior dicitur q̄ potentia. nam potentia agente coagit habitus et non econuerso. Et hec est opinio sustentabilis. Sed caritas acquisita in nobis est principium alicuius actus mentorii. Ad quod dicitur q̄ sic. Sed circa hoc quatuor videbuntur. Primo quid sit caritas infusa et quid acquisita. Secundo ad quid ponitur acquisita caritas in anima. Tertio ad quid ponitur caritas infusa in nobis. Quarto si homo existēs in caritate possit scire se habere caritatem infusam.

Quantum ad primum articulum dicitur

q̄ caritas infusa est habitus supernaturalis causatus a deo supernaturaliter v̄puta in baptismo vel quando homo recipit sacramenta. Sed caritas acquisita est habitus acquisitus ex frequentibus actibus virtuosis. sicut si frequenter elicio actum dilectionis acquirō mihi habitum vnum. Quantum ad secundum articulum dicit doctor sanctus q̄ ad bene recipiendū actū ponitur in nobis caritas acquisita. Doctor reprobatur et dicit q̄ caritas acquisita ponitur in nobis ad concausandum vel vt sit causa secunda. et sic potentia erit causa prima. caritas causa secunda respectu actus ad hoc vt anima mediante caritate possit agere actum amandi. Quantum ad tertium articulum dicitur ab aliquibus q̄ ponitur caritas infusa ad concausandum actum. Reprobatur et dicit doctor q̄ ponitur propter acceptationem actus nostri. quia sine ea nullus acceptaretur posito q̄ esset bonus de se. et hoc est ab ordinatione diuina. Quantum ad quartum dicit aliqui respondendo negatiue quia nemo scit an odio vel amore dignus sit. Sed dicit quidam q̄ licet non possimus scire naturaliter nos habere caritatem quia hoc est supernaturale. tamen possumus scire fide. nam tenemus ex fide q̄ qui digne et recte recipiunt sacramenta ecclesie q̄ deus infundit eis gratiam vt in bap-

tismo illis qui habent dilectionem intensam q̄ deus dimittit delicta. Ad auctoritatem in principio dico q̄ Apostolus loquitur de merito pro via eterna. et isto modo secundum leges ordinatas non sufficit potentia sine habitu caritatis et sic intendit.

3rca distinctionem decimam octa

uam queritur vtrum tota caritas preexistens corrumpatur sic q̄ nulla realitas eadem numero maneat in caritate maiore et minore. Videtur q̄ sic. quia si non corrumpetur tunc forma caritatis mutaretur de minori ad maius hoc est falsum quia est forma simplex et inuariabilis. Ad oppositum primo de generatione. actum oportet manere etc.

Ponit opinionem Godofredi quodlibeto. xi. q. 3. q̄ nihil caritatis preexistentis manet in caritate aucta. Et post dicit. Cōfirmatur ista opinio q̄ sicut in pluribus speciebus et cetera. Idem est Godofredus quodlibeto. 7. q. 7. Et post dicit. Confirmatur secundo quia simili modo videtur ponendum magis et minus et cetera. Est idem Godofredus quodlibeto. 9. q. 4. Post arguit doctor contra eum sex viis. In sexta via dicit doctor probatur secundum istam positionem concedendo conclusionem et cetera. Godofredus est quodlibeto. xi. q. 3. Et post dicit. ad ista argumenta respondetur. ad primum etc. Godofredus est ibidem. Sed veniendo ad questionem dicitur q̄ adueniente secundo gradu primus non corrumpitur. nam aliter si corrumpetur esset generatio et non augmentatio contra Aristotelem primo de generatione. Sed pro maiori declaratione breuiter quatuor videbuntur. Primo posito q̄ caritas augmentetur an illud sit per gradus. Secundo dicam ad punctum. Tertio posito q̄ illi gradus non corrumpantur vtrum sint distincti vel idem realiter. Quarto quomodo isti gradus faciunt vnum.

Quantum ad primum articulum dicit

sanctus doctor q̄ augmentum nō fit per gradus. Sed doctor improbat et dicit q̄ sic. Et persuadetur hoc modo. Impossibile est concipere quod ex minimo perfecto fiat magis perfectum nisi per gradus. nam aliter q̄ sit magis et minus et non essent gradus est oppositum in abiecto. Sed caritas fit ex minori maior vt habetur per fidem. ergo et cetera. Sed nota hic q̄ duplices sunt gradus scilicet individuales et essentielles. Non intelligo q̄ fiat augmentum per gradus essentielles sed individuales.

Quantum ad secundum est opinio Thome et Godofredi ubi supra quod adueniente secundo gradu primus corrumpitur. improbat doctor et dicit quod non est sic. nam augmentum est preexistens quantitatis additamentum. igitur si preexistenti quantitati additur videtur quod primus gradus non corrumpatur. Et hoc sentit Aristoteles diffiniens augmentationem. Item sequeretur quod in rarefactione forme specierum in eucharistia in consecratione quam necessario sequitur quantitas maior vel minor precedens quantitas corrumpatur quod est manifeste contra fidem. quia illa accidentia numero que erant in pane et vino manent facta consecratione. Sed si quis dicat questio est de caritate. dico quod illud quod dicitur de caritate dicitur de accidentalibus formis et contra in proposito. Quantum ad tertium principale dicitur quod sunt gradus distincti realiter quod patet. quia uno gradu remanente alius destruitur. et sic videtur quod realiter distinguantur. Quantum ad quartum dicitur quod faciunt unum unitate homogeneitatis sicut multe aque faciunt unam aquam. quia sunt eiusdem rationis. sic isti gradus. sed si albedini vel caritati in decimo gradu perfecte detur unus gradus. ille est accidens postquam venit post esse completum. dico quod non quod aduenit post esse completum est accidens. si sit alterius generis cum primo. Sed gradus et gradus non distinguuntur genere per consequens nec adueniens est accidens. Ad argumentum in principio dico quod licet forma sit inuariabilis sic quod non potest transire latitudinem suam. sed cum hoc in illa latitudine habet gradus secundum quos potest variari.

Secunda questio decime octave distinctionis

ubi queritur utrum illud posituum caritatis preexistens quod manet in aucto sit tota essentia caritatis intense. ita quod si ponatur caritas intensa sine subiecto nullam realitatem positivam haberet in se essentialiter aliam ab ista que preest in caritate remissa. Videtur quod sic auctoritate philosophi. 8. metaph. forme sunt sicut numeri. Ad oppositum tunc caritas cuiuslibet beati esset equalis in natura caritatis caritati christi quod est falsum. In principio solutionis ponitur opinio Thome prima secunde. q. 52. articulo. 1. et 2. dicentis quod augmentum caritatis fit secundum inesse subiecto. sed magis et per maiorem dispositionem subiecti vel maiorem amotionem impediendi non autem secundum caritatem in se. Ad quod argumentum de dispositione dicitur doctor

dicit. dicitur quod magis et minus est in diversis subiectis. Est responsio Egidii de roma quodlibeto. 2. q. 14. et quodlibeto. 6. q. 9. Consequenter dicitur. Alia etiam via que de dispositione vel amotione contrarii dicitur. est Egidii ubi supra. et Denrici quodlibeto. 10. q. 3. Et dum dicitur ulterius. via tertia de radicatione forme dicitur. est Egidii. q. 3. et q. 9.

Sed veniendo ad questionem dicitur

quod sic. quod est augmentabilis secundum suam naturam. Sed ante questionis determinationem ponam aliquas conclusiones proponentes opiniones predictas. Prima conclusio negativa talis est quod maioras et minoritas extensiva subiecti vel forme vel utriusque non dicitur causa susceptionis magis et minus. nam aliter sequeretur quod homo magnus haberet maiorem caritatem quam homo parvus quod falsum est. Secunda conclusio quod approximatio et remotio a suo contrario non est causa susceptionis caritatis maioris vel minoris. patet expresse in beatis. in prima. tum etiam quia in statu innocencie secundum magis et minus fuisse gratia in diversis ubi tamen nullum fuisse contrarium. Tertia conclusio quod accessus et recessus ad impositionem nominis non est causa susceptionis magis et minus hoc patet. nam nihil esset caritativum nisi esset in summo quod est falsum. Quarta conclusio quod caritas non suscipit magis et minus secundum dispositionem in subiecto. nam si hoc esset verum cum in principio caritatis iam habeatur dispositio tunc in principio caritatis esset tota caritas quod est falsum. Quinta conclusio quod radicatio non est causa susceptionis magis et minus patet. nam in quodam antiquo christiano potest esse magis radicata quam in aliquo nouo. Sed multoties videmus maiorem caritatem in nouo christiano quam in veteri.

Sexta conclusio affirmativa et vera quod causa suscipiendi magis et minus est latitudo graduum in ipsa caritate. Sed pro maiori declaratione tria videbuntur. Primo si caritas qualitas dicitur. sint augmentabiles secundum sui quidditatem. Secundo posito quod sint augmentabiles per quem modum. Tertio si sunt diminuibiles.

Quantum ad primum dicitur quod caritas et qualitas non sunt augmentabiles secundum sui quidditatem. nam si sic sequeretur quod ratio quidditativa non consisteret in indivisibili que tamen consistit teste Aristotele. 8. metaphisices. Quantum ad secundum dicitur quod caritas vel forma augmen-

tatur per nouum gradum indiuidualem. nam vel augetur per rationem formalem aut secundum naturam specificam. aut per nouum gradum indiuidualem. Sed non per naturam nec per rationem formalem. De ratione formali patet. nam aliter albedo quatuor graduum et albedo quinque graduum non haberent eandem rationem formalem quod est falsum. Nec secundum naturam specificam quia sequeretur quod calidum quatuor graduum et quinque graduum unum esset magis in specie quam aliud. et sic oportet dicere quod fiat per nouum gradum indiuidualem. Quantum ad tertium pono quatuor conclusiones. Prima quod caritas infusa est diminubilis patet. quia est augmentabilis. nam augmentum fit dum aliquis recte et digne recipit ecclesie sacramenta. Secunda conclusio quod caritas infusa nunquam de facto diminuitur hoc patet. Nam si diminueretur de facto hoc esset per peccatum mortale vel veniale. non per mortale quia per illud totaliter tollitur caritas et sic non diminuitur sed tollitur. nec per peccatum veniale quia qui sunt in tali possunt habere caritatem. nec diminutam cum illud non tollat eam. Tertia conclusio quod caritas acquisita diminuitur per cessationem actuum suorum. et hoc potest haberi ex 2^o et 3^o ethicorum.

Quarta conclusio quod caritas acquisita diminuitur per actuum suorum contrariorum frequentationem hoc potest haberi. 2^o ethicorum et 1^o.

Ad argumentum in principio dico quod si adderetur aliquid quod esset pars quidditatiua quidditati preexistenti mutaret speciem. sicut si additur aliquid quod est pars numeri numero preexistenti. sed non est sic in proposito. nam gradus caritatis additus caritati non est natus esse pars quidditatiua caritatis.

Tertia questio decimeoctaue distinctionis

ubi queritur utrum caritas augeatur per extractionem partis noue de potentia ad actum. Videtur quod sic nam si caritas intenditur ergo mutatur et pars noua extrahitur de potentia precedentis ad actum. quia intendi mutari includit.

Ad oppositum. nam secundum Boetium forma simplex subiectus esse non potest. Sed ubi dicit Magister vnus dicit bic tria. bic magister est Denricus quodlibeto. 5. q. 19. Et concludit quod fit augmentatio per extractionem graduum. Sed ad questionem respondet doctor quod non. nam si caritas augetur per extractionem vel educationem de potentia ad actum. aut igitur extrahitur de potentia subiecti aut caritatis preexistens. non primo modo quia tunc esset forma naturaliter educta. Et sic forma na-

turalis quod est falsum et contra fidem. nec secundo modo quia forma caritatis precedens et sequens sunt forme eiusdem rationis igitur vna non est principium materiale respectu alterius de quo educatur. Sed determinata ista questione posset queri. Si caritas est augmentabilis in infinitum. Et circa hoc sient tria. Primo ponentur duo dicta. Secundo adducam tres conclusiones circa propositum. Tertio dicam Si intellectus diuinus producit caritatem inesse cognito.

Quantum ad primum pono duo dicta. Primum quod caritas non est augmentabilis secundum partes eiusdem quantitatis in infinitum patet. Nam omnis quantitas est terminabilis et consumibilis. et sic non potest ire in infinitum.

Secundum dictum est quod est augmentabilis in infinitum secundum partes eiusdem proportionis patet. nam per illas non fit maioratio vel diminutio. Quantum ad secundum articulum pono tres conclusiones. Prima quod caritas coniuncta non est augmentabilis in infinitum patet. nam excederet animam. in qua existat. cum anima non sit augmentabilis in infinitum. Secunda conclusio quod caritas separata est augmentabilis in infinitum. patet quia data quacumque multitudine animarum rationalium deus potest causare aliam et aliam caritatem in illis. et sic in infinitum. Tertia conclusio quod caritas potest esse infinita actu vel potentia. vel quod non actu sed bene potentia. vel pro duabus conclusionibus predictis quod est augmentabilis in infinitum secundum partes eiusdem proportionis et non secundum partes eiusdem quantitatis. Alii dicunt et bene in his tribus conclusionibus quod cum anima rationalis sit finita in ea non potest dari caritas infinita. sed bene finita in infinitum. Quantum ad tertium dicitur quod intellectus noster producit obiecta sua inesse cognito quod ostendo sic. Obiectum scibile est in potentia quod sciatur sicut rosa. sed si intellectus non produceret obiectum suum inesse cognito non esset obiectum scibile in actu quia nunquam scitur nisi per intellectum et cetera. Sed si hoc est dicendum de intellectu nostro. ergo et de intellectu diuino. Ad argumentum in principio dicitur quod non sequitur caritas intenditur ergo caritas mutatur. nam solum subiectum mutatur.

Circa decimam nonam distinctionem querit utrum persone diuine sint equales secundum magnitudinem.

Videtur quod non. quia secundum Dylarium pater est maior filio
Ad oppositum in symbolo Athanasii in hac trinitate nihil ma-
ius aut minus. Ad quod dicitur quod sic. nam ecclesia illud con-
fiteatur dicendo diuine persone coeternae sibi sunt et coequales.
Sed in hac questione quatuor videbuntur. Primo quid est fun-
damentum equalitatis tam proximum quam remotum. Secundo si
personae diuinae sunt aequales. Tertio si equalitas dicit relationem
positiuam Quarto si equalitas plurificatur in diuinis.

Quantum ad primum dicitur quod phi-
losophus distinguit relationem. scilicet metha. in relationem ydemp-
tatis similitudinis et equalitatis. Et dicit quod illa sunt eadem quo-
rum substantia est una. similia vero sunt quorum qualitas est una
Et sic dicemus quod fundamentum remotum ydemptitatis est sub-
stantia. propinquum vero fundamentum est unitas substantie.
Fundamentum vero remotum similitudinis est qualitas. et pro-
pinquum est unitas illius qualitatis. Similiter remotum funda-
mentum equalitatis est quantitas. propinquum autem est unitas
illius quantitatis. Sed notandum quod quantitas est duplex
scilicet quantitas mollis et quantitas virtutis. sic ponit philosophus. 2^o de
generatione. c. p^o et Aug. 5. de trinitate. dicit quod in his que non sunt
molle magna idem est melius esse quam maius esse. unde licet in deo
non ponatur quantitas mollis ponitur tamen in deo quantitas
virtutis sicut probat philosophus circa finem octauae philosophorum

Quantum ad secundum dicitur quod personae diuinae sunt aequa-
les secundum magnitudinem virtutis patet. nam magnitudo vir-
tutis non sumitur per comparisonem ad actus notionales sicut
ad intra. sed per comparisonem ad extra. sed omnem virtutem ad
extra quam habet una persona habet et alia. ergo etc. Quan-
tum ad tertium articulum dicitur quod equalitas in voce importat
priuationem. quia ut patet. 4. metha. Equale opponitur priuati-
ue magno et paruo. sed equalitas in re importat relationem posi-
tiuam vel positionem. quia illa relatio est positua que importat
vel que competit deo ratione fundamenti positui. sed equalitas
est huiusmodi patet minor. Nam fundamentum equalitatis est
essentia vel perfectio attributalis. et ratio fundamenti est infini-
tas per que est positua. Quantum ad quartum est intentio
Ricardi quod equalitas in diuinis non plurificatur. sed doctor te-
net oppositum. Nam fundamentis plurificatis et plurificantur

relationes. sed fundamenta sic plurificantur quia non sunt tota-
liter idem extra intellectum patet. nam equalitas sumitur penes
perfectiones attributales puta penes sapientiam et iusticiam et ha-
iusmodi. Et iste perfectiones attributales non sunt omnino eadem
extra intellectum imo distinguuntur aliquo modo ex natura rei ut
habetur di. 12. Ad argumentum in principio dicitur quod acci-
pitur ibi maioritas pro principalitate.

Secunda questio de distinctione di-

stinctionis ubi queritur utrum una persona sit in alia
per circumcessionem. Videtur quod non. quia esset con-
fusio et esset contra illud Athanasii. neque confundentes personas.

Ad oppositum Johan. 14. ego in patre et pater in me est. et ma-
gister adducit auctoritates Augustini. In primo articulo pos-
nitur opinio Denrici in summa quod aliquid est in alio dupliciter.
aut secundum se totum aut secundum partem. Et in tatione distinc-
tionis ponitur opinio Egidii dicentis quod potentia pertinet ad om-
nipotentiam in patre non in filio. Et modicum ante solutionem
argumentorum principalium dum dicit. Et ex hoc apparet irra-
tionabilitas illius dicitur etc. Tergitur frater Guillelmus Varronis
in presenti distinctione. q. vnica. opi. 3.

Sed circa istam questionem aliquid

est certum et aliquid est dubium. Certum est enim quod una persona
est in alia sicut patet per auctoritatem saluatoris Johan. 14. Ego
in patre et pater in me est. Et per Aug. libro de fide ad Petrum.
et per Dylarium. 3^o de trinitate. et per Ambrosium in secunda epi-
stola ad Corinthios. sicut allegat magister in littera. Sed est dubi-
um de modo quo una persona est in alia. Et circa hoc sunt ali-
que opiniones. una Denrici ubi supra. Et dicit quod una persona
non est in alia secundum se totam licet bene secundum partes. quia
secundum essentiam. nam essentia est aliquid vtriusque. improbat
doctor. Est enim opinio doctoris quod una persona est in alia. Ad
cuius euidentiam notandum est quod aliquid conuenit alicui ratio-
ne partis sicut ponit philosophus. 5. phisicorum. quod homo sanatur quia cor-
vel pectus sanatur. Secundo modo aliquid conuenit alicui toti
ita quod non conuenit alicui eius parti precise ut hominem esse risi-
bilem. Et hoc est verum in omnibus corporibus. ethereogeneis
id est partium dissimilium. Tertio modo conuenit aliquid alicui
communi. sic quod conuenit cuilibet eius parti sicut patet de igne et

corporibus homogeneis. nam totus ignis est calidus. et quilibet eius pars est calida. Sed antequam veniam ad intentum pono quatuor conclusiones negatiuas. deinde affirmatiuas. Prima conclusio quod ista circumincessio non est formaliter per diuine essentie unitatem sic quod una persona sit in alia per essentiam que est in ista. et que est pars eius. sicut autem est in laqueo per pedem. Et ratio est quia in patre totus filius et totus in verbo pater secundum Ambrosium. Secunda conclusio quod ista circumincessio non est formaliter per personarum ydeinitatem quia non habent ydeinitatem nisi in essentia. et inter essentialia non ponitur circumincessio licet in illa sint idem. Tertia conclusio quod non est formaliter ista circumincessio per diuinarum personarum intimitatem quia magis intima sunt essentialia sibi inuicem quam persone. tamen circumincessio non ponitur in eis. Quarta conclusio quod ista circumincessio non est formaliter per diuinarum personarum mutuam originem quia dato quod spiritus sanctus non procederet a filio ad huc non minus esset circumincessio in alio. Quinta conclusio et affirmatiua ad propositum quod una persona est in alia non sicut natura in supposito. nec sicut forma in materia. sed sicut subsistens in subsistente realiter distincto per mutuam presentialitatis assistentias. Subsistere autem idem est quod incommunicabiliter per se esse. conuenit persone primo. sicut agere in creaturis vel produci. primo conuenit toti supposito quod probatur per Ambrosium in hymno. totus in verbo pater et totus in patre filius. Preterea Aug. in libro de fide ad Petrum inquit. propter unitatem naturalem totus pater est in filio et in spiritu sancto. Est quoque spiritus sanctus in patre et filio. nullus quoque eorum est extra quemlibet ipsorum propter unitatem diuine essentie. Et dicit doctor quod ratio istius insistentie est essentia et relatio simul. quia sicut distinctio persone non fundat similitudinem per se ita essentia cum relatione est ratio istius inexistentie vel inassistentie. Quis essentia sit principalis ratio. Sed hic modus essendi in. posset reduci ad aliquem illorum modorum. Aristotelis. dicitur quod non. nam in illis est aliqua distinctio in natura ut plane potest videri. 4.º philosophorum. sed hic non est distinctio in natura. Sed quidam declarat quomodo una persona est in alia per essentiam et proprietatem. nam subsistens est in alio subsistente per presentialitatem sicut si duo corpora que essent essentialiter idem essent in eodem loco. sic videtur quod una persona sit in alia. quia virtute diuina hoc po-

test fieri. Ad argumentum in principio dico quod si quilibet persona esset in alia sicut pars eius esset confusio. sed non sic sunt persone in se inuicem.

Intra vicesimam distinctionem que ritur utrum tres persone sint equales in potentia. Vide tur quod non. quia filius ut testatur ipse a se ipso non potest facere quicquid. Ad oppositum testimonio Iohannis. quicquid pater potest et filius similiter. Ad questionem dicitur quod sic. et demonstratur per Aug. in libro de fide ad Petrum. nam Aug. loquens de tribus personis dicit. nullus inquit horum alium precedit eternitate aut superat potestate. Et ideo circa hoc videbuntur tria. Primo ponitur distinctio de potentia. Secundo videbitur si persone sunt equales in potentia. Tertio ad quid se extendit illa potentia in qua sunt equales.

Quantum ad primum articulum di cit philosophus. 9. metha. quod potentia sumitur multipliciter. Nam primo est potentia mathematica ut punctus est in potentia ad lineam. Secundo est potentia logica sed non repugnantia terminorum. Tertia est potentia que est differentia entis sicut ponit philosophus. 5.º philosophorum quod ens diuiditur per actum et potentiam. Et isti tres modi non faciunt ad propositum. Quarto modo sumitur potentia pro principio. et hoc dupliciter. quia vno modo sumitur pro principio passiuo. et ista potentia non est ponenda in deo quia dicit imperfectionem. Secundo sumitur potentia pro principio actiuo. et de ista potentia est hic sermo. Quantum ad secundum articulum dicitur quod in deo est potentia actiuo. secundo quod in diuinis personis sunt equales in ista potentia. primum patet. nam potentia actiuo dicit perfectionem. et omnis perfectio attribuenda est deo. et hoc potest haberi per commentatorem. 8. metha. secundus patet per Aug. li. 5.º contra Maximinum. sicut etiam adducit magister in littera. primo auctoritate saluatoris. Dia inquit que patris mei sunt mea sunt. quod non esset verum nisi essent equales in potentia. Decisio potest confirmari sic. Pater generando filium communicat filio quicquid habet preter relationes originis. sed pater habet potentiam quod non dicit relationem originis quia dicitur eam filio et cetera. Item sicut pater communicat filio sapientiam ita communicat ei potentiam. quia utrumque dicit perfectionem attributalem. sed pater communicat filio omnem sapientiam. ergo communicat ei omnem potentiam.

Quantum ad tertium articulum dicitur quod correlatiuum potentie actiue est possibile. possibile autem dicitur dupliciter. vno modo vt opponitur impossibili. alio modo vt opponitur ei quod est necessarium. potentia autem diuina non extendit se ad possibile primo modo. quia isto modo possibile est deum esse. et tamen hoc non est terminus alicuius potentie actiue. ergo oportet quod ista potentia actiua aspiciat possibile secundo modo vt opponitur necessario ex se. Sed quicquid est in deo est ex se necessarium. et quid quid est extra deum est possibile esse. ergo potentia actiua in qua persone diuine sunt equales se extendit ad omne possibile esse. et sic ad omne quod est extra deum. Sed potentia generandi cadit sub omnipotentia. Ad hoc dicit Egidius li. p.º dis. 20. q. 2. Quod potentia generandi cadit sub omnipotentia patris. et non sub omnipotentia filii. Sed hec opinio est falsa. ideo dico quod potentia generandi non cadit sub omnipotentia. quod sic probatur. nam secundum sanctos eadem est omnipotentia numero in patre et filio. sed in filio non est potentia generandi. ergo potentia generandi non cadit sub omnipotentia. Ad argumentum in principio dicitur quod intelligitur quod non potest quicquam facere quod sit contra voluntatem patris.

Intra distinctionem vicesimam primi

queritur vtrum ista propositio sit vera. solus pater est deus. Videtur quod sic. nam hec est vera solus deus est pater. ergo solus pater est deus. antecedens patet per exponentes. consequentia probatur per conuersiones exclusiue. Ad oppositum est Aug. 6. de trini. c. 8. In responsione ad primum articulum dum dicitur. Aliqui etiam distinguunt principalem propositionem questionis quasi ista. solus pater est deus. possit habere sensum compositionis falsum. et sensum diuisionis verum. adducetes illud prisciani 2d. Et sumitur ex fratre Guillelmo garronis in. 3.º suo di. 7. q. vnica. et sanctus Bonaventura tubio. 3.º literali quarte distinctionis huius primi. Sed vniendo ad questionem dicitur quod non est vera vt habetur ab Aug. 6. de trini. Sed tria videbuntur. Primo si vnum relatiuum est de primario conceptu alterius. Secundo si dictio exclusiua addita vni relatiuo excludit aliud. Tertio de principali quesito.

Quantum ad primum est intentio

Egidii li. p.º dis. 21. dicit quod vnum relatiuum non est de primario

conceptu alterius sed de secundo. Sed contra que sunt simul natura et simul in intellectu vnum est de primario conceptu alterius. Sed relatiua sunt huiusmodi per philosophum in predicamentis. igitur vnum relatiuum est de primario conceptu alterius.

Quantum ad secundum dicitur quod licet vnum relatiuum sit de primario conceptu alterius. adhuc si dictio exclusiua additur vni relatiuo excludit alterum. nam vt dicitur supra vnum relatiuum est de primario conceptu alterius. aliquando non vt idem sed vt aliud. Quantum ad tertium articulum dicitur quod ista propositio. solus pater est deus non est vera. Ad cuius euidenciam premitto tres regulas et dictionibus exclusiuis. et ex illis probabitur intentum tripliciter. Prima est ista quod exclusiua affirmatiua infert vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis. Exemplum huius cum dicitur. solus Sortes currit infert istam. omne currēs est sortes. Secunda regula quod exclusiua affirmatiua de predicato finito infert vniuersalem negatiuam de predicato infinito. Exemplum huius cum dicitur. solus Sortes currit. infert istam. nullus non sortes currit. vel istam nullus alius a sorte currit. Tertia regula quod exclusiua affirmatiua habet duas propositiones exponendas. quarum vna est affirmatiua et altera negatiua. Et vbi aliqua illarum exponentium est falsa sequitur quod exposita eius sit falsa. tunc ex prima regula habetur quod hec est falsa. solus pater est deus patet. nam hec esset vera omnis deus est pater. quod non est. Ex secunda regula etiam est falsa scilicet solus pater est deus. ergo nullus alius a patre est deus. sed hec est falsa ergo prima. Ex tertia regula etiam est falsa scilicet solus pater est deus. Exponitur sic pater est deus. et nullus alius a patre est deus. sed altera exponentium est falsa. igitur exclusiua falsa. et sic concluditur istam esse falsam solus pater est deus. Ad argumentum in principio dico quod exclusiua non conuertitur. nam philosophus non dicit quod conuertatur vt in illa committitur fallacia:

Intra vicesimam secundam distinc-

tionem queritur vtrum deus sit nominabilis ab homine viatore aliquo nomine proprio. Videtur quod sic. nam sicut deus intelligitur ita potest a nobis nominari. sed intelligimus eum in ratione essentie. ergo sic possumus nominare. Ad oppositum. nomina presupponunt rem. sed rem ignoramus. ergo et nomen. Sed post argumenta pedis questionis collocatur opinio

doctoris solennis in summa. et dicit quod non. quam improbat doctor multipharie alibi et. Et propriis dictis Denrici inquit enim inferius dum tangit quartam partem minoris cuius arguitur quod repugnet dictis huius. alibi prout concedit viatozem aliquem conceptum quidditativum posse haberi de deo. hoc habet Denricus in summa articulo. 22. q. 12. et 3. Item satis prope dum dicit doctor. 2. arguo sic. Obiectum perfectum potest facere in intellectu et. Et post immediate. si essentia divina secundum istum doctorem in intellectu proprio non potest causare nisi unicum conceptum realem. hoc habet Denricus quodlibeto. 5. q. 1. et quodlibeto. 13. q. 1. Et deinde respondet questionem secundum mentem propriam. verum est quod vix potest reperiri ista questio completa nisi compleatur aut ex reportatoriis parisiensibus aut aliunde. Sed nota ante introitum questionis quod aliqui dicunt quod sunt aliqua nomina essentialia. et aliqua personalia aliqua notionalia. Essentialia vero que conveniunt omnibus ut essentia. Personalia vero que conveniunt persone tantum ut pater filius. Notionalia vero que conveniunt actui unius persone ut generatio. vel pluribus sed non omnibus ut spiratio. Sed veniendo ad questionem dicitur quod deus est nominabilis a nobis Exodi. 15. dicitur. dominus vir pugnator omnipotens nomen eius. Denricus dicit ubi supra quod divina natura siue deus a solo deo proprio nomine nominari potest. Sed Scotus dicit quod aliquid nominari ab aliquo contingit dupliciter. vel nomen ei imponendo vel nomine imposito utendo. Et quodlibet istorum modorum dicitur dupliciter. quia potest aliquis nomen imponere perfecte vel imperfecte. Similiter potest quis uti nomine perfecte vel imperfecte. Perfecte sicut homines utuntur quibusdam nominibus ut homo dicitur ab humanitate. Imperfecte sicut si dicitur pratum ridet. Secundo dicit quod aliquis potest uti aliquo nomine quadrupliciter. primo utitur aliquo nomine ut est res talis ut dictum est de homine. secundo utitur aliquis nomine pro signo ad placitum non habendo conceptum signati. sed tantum scit quod est nomen significatum. sicut si aliquis latinus nominaret greco homo. tertio utitur aliquis nomine pro signo habendo conceptum signati tantum in univocali. ut quod homo est substantia vel animal. quarto utitur aliquis nomine pro signo expressivo conceptus distincte et in particulari. Ad propositum dicit quod tribus primis modis quod deus est nominabilis a nobis. quarto modo non. Et ratio istorum sic potest haberi. nam sicut de

deo possumus habere tres conceptus quidditativos sic possumus scilicet illos sibi tria imponere nomina. nam possumus dicere quod est ens substantia. spiritus. et sicut quidditativum specificum habere non possumus nec nomen proprium et speciale imponere possumus. et sic dicendum est de nominibus dei applica. Ad argumentum in principio patet per dicta in questione.

Arca vicesimam tertiam distinctio

nem queritur utrum persona secundum quod dicit aliquid commune patri filio et spiritui sancto dicat precipue aliquid secunde intentionis. Videtur quod sic. nam individuum est nomen secunde intentionis. ergo persona. consequentia tenet cum habeant eandem rationem. Ad oppositum est Ricardus. 4. d. trini. In principio solutionis ponitur opinio Egidii dicentis quod hoc nomen persona tantum dicit secundam intentionem. Item est intentio Carronis libro. 1. quod persona est nomen secunde intentionis. Sed veniendo ad questionem intentio est Scoti quod persona est nomen prime intentionis. et probat sic. Secunda intentio non est terminus realis productionis. sed persona est terminus realis productionis scilicet persona filii. ergo et. Item secunda intentio non adoratur. sed persona adoratur. ergo et. Item trinitas non consistit in conceptibus. sed trinitas consistit in personis. ergo persona non est conceptus vel secunda intentio. Item diffinitio exprimit illud quod est esse rei cuius est. sed diffinitio persone exprimit primam intentionem. ergo nomen persone est nomen prime intentionis. minor patet per Ricardum. 4. de trinitate dicentem persona est intellectualis nature individua subsistentia. Item secunda intentio dicit relationem rationis. sed persona non dicit relationem rationis. Item persona est obiectum fruitionis. Sed nulla intentio secunda est obiectum fruitionis. ergo persona non est secunda intentio. Aliqui dicunt quod persona potest accipi dupliciter. vel pro illo cui nomen imponitur. et sic tenet Scotus quod est prima intentio. Alio modo accipitur pro illo nomine quod imponitur vel a quo nomen imponitur. et sic persona est nomen secunde intentionis. Sed dicunt isti quid est prima intentio. Ad quod adducunt aliquas conclusiones. Prima conclusio quod prima intentio non est actus intelligendi. nam una intentio predicatur de alia. scilicet non unus actus intelligendi predicatur de alio. Secunda conclusio quod prima intentio non est quidditas obiecti actualiter intellecta. nam tunc sequeretur quod homo non esset animal nisi quando actualiter intelligeret.

Tertia conclusio q̄ quidditas obiecti vt est impotentia intelligibilis non est prima intentio. Quarta conclusio q̄ prima intentio est esse quidditatum vnus cuiusq; vt habetur ab Auic. s. metha. q̄ equinitas est tantum equinitas. Sed secunda intentio est quidam respectus rationis fundatus super primam fabricatus per actus intellectus nostri. Et isti ponunt duas regulas. Prima q̄ quodocunq; aliquod superius assignatur alicui inferiori. et est de essentia eius illud superius est prima intentio. Secunda regula q̄ quando aliquod superius assignatur alicui inferiori. et n̄ predicatur d̄ omnibus inferioribus est secunda intentio. Circa quod etiam notandum est q̄ ista quatuor se habent per ordines. et sunt essentialiter ordinata scz persona. suppositum. singulare et indiuiduum. nam sequitur est persona. ḡ suppositum et non e contra. nam asinus est suppositum sed non persona. Et ad suppositum sequitur singulare et non e contra. nam lapis est singularis sed nō suppositum. Ad singulare sequitur indiuiduum et non e contra. nam albedo est indiuiduum sed non singulare. Sed franciscus dicit de secundis intentionibus q̄ secunde intentiones sunt aptitudines que conueniunt ipsis quidditatibus vel primis intentionibus inesse quidditatio. sicut aptitudo cōmunicata pluribus indiuiduis adueniens humanitati est ratio speciei. et sic d̄ genere

Ad argumentum in principio negatur q̄ indiuiduum et persona sint eiusdem rōnis imo distinguntur et h̄nt rōnes distinctas

Irca vicesimam quartam distincti

onem queritur vtrum in diuinis sit proprie numerus.

Videtur q̄ non quia scriptura ponit in deo solitudinem nam dicitur. tu deus solus es. Ad oppositum. vbi est trinitas ibi numerus. in deo est trinitas. ergo numerus. In hac distinctione non sunt opiniones. Sed pro declaratione quatuor videntur. Primo vtrum numerus sit ens reale vel rationis. Secundo si est forma absoluta vel respectiua. Tertio ponentur aliquae conclusiones. Quarto dicam ad punctum questionis.

Quantum ad primum articulum dicit sanctus doctor q̄ ē ens rōnis. nam nō ē circūscripto intellectui. 4. phicoz. S; circa hoc dicit s; Scotus et sequaces ei q̄ numerus q̄ ad esse materiale ē ens reale. s; q̄ ad esse formale ē ab aia vlt̄ q̄ numerus p̄ numero numerato ē p̄ter aiaz. pro numero numerate vlt̄ q̄ numeram̄ ē ab aia. naz. 4. phicoz. aia ē numeras

Quantum ad secundum articulum dicitur q̄ est forma respectiua sumendo numerum pro illo a quo nomen imponitur. Sed sumendo numerum pro illo cui nomen imponitur. i. pro rebus numeratis est forma absoluta. Et sic potest teneri vtraq; opinio.

Quantum ad tertium dicuntur aliquae conclusiones. Prima q̄ numerus vt est forma respectiua est respectus intrinsecus adueniens. quia ponitur positus extremis. Secunda conclusio q̄ potest esse in genere et in quolibet genere patet. quia dicam decem substantie. decem quantitates. decem relationes vel paternitates.

Tertia conclusio q̄ numerus potest esse transcendens qz compeit transcendentibus. Quarta conclusio q̄ numerus potest causari ex diuisione continui. Quinta conclusio q̄ numerus est in ipso continuo in potentia. et per diuisionem fit actu. Sexta conclusio q̄ numerus non solum causatur ex diuisione continui. sed ex distinctione. nam aliter non esset numerus in angelis cum angeli non sint continui. tamen sunt nouem chozi angelorum vt videbitur in secundo. Septima conclusio q̄ fundamentus numeri non est idem cum numero. nec numerus cum fundamento.

Octaua conclusio q̄ numerus non constituitur ex vnitatibus cum numerus sit forma positiua et vnitatis priuatiua. et positiuus non constituitur per priuatiuum. et ideo numerus constituitur vno q̄ metha. et hoc materialiter. Nona conclusio q̄ numerus formaliter est forma simplex. nam sex est semel species. Et si Aristoteles dicat q̄ numerus est quantitas ex vnitatibus aggregata. dicitur q̄ est definitio materialis. Quantum ad quartum articulum. et est responsiuum questionis aliqui dicunt q̄ numerus nō ponitur in diuinis. nam numerus ē quantitas. quantitas ē quid limitatum. in diuinis que ponuntur sunt transcendentia. igitur n̄ ponitur numerus. Sed mihi videtur q̄ sic quia est numerus transcendens. nam ibi ponuntur due emanationes scz generatio et spiratio actiua. Item quia Aristoteles primo celi dicit numerus ternarium esse perfectum qz reperitur in diuinis. Item tres sunt qui testimonium dant in celo. pater verbum et spiritus sanctus. et sic videtur q̄ ponitur numerus. Ad rationes in principio dicit q̄ ponit solitudinē scriptura essentie vel subē sed nō personarum.

Irca distinctiones vicesimam quintam queritur vtrum persona in diuinis dicat substantiaz vel relationem. Videtur q̄ persona dicatur ad se. naz secundum Augustinum. 7. de trinitate persona ita ē ad se sicut deus

Ad oppositum est Aug. sic inquit. trinitas diuina est personarum inuicem relatiuarum. Ad questionem dicitur quod non dicit substantiam nec relationem. et ratio est quia substantia non pluralificatur nec numeratur in diuinis. sed persona numeratur et pluralificatur. igitur non dicit substantiam. Confirmatur per Aug. 7. de trini. nam trinitas in diuinis est personarum ad se inuicem comparatarum. Sed cum hoc ponuntur aliquae conclusiones. Prima quod ratio persone ut persona non est precise absoluta patet. nam pater in diuinis dicitur ad filium et contra. Secunda conclusio quod ratio persone non est precise respectiua patet. nam quis in creaturis non habens patrem neque matrem est persona. sed non respectiua ut sic. Tertia conclusio quod ratio persone non est simul absoluta et respectiua patet. nam aliter omnis persona. quod est falsum. cum pater in diuinis sit respectiuum et non absolutum.

Quarta conclusio quod persona abstrahit ab absoluto et respectiuo. cum diuidatur per absolutum et respectiuum. et aliqua persona sit absoluta ut potentia. et alia respectiua ut filius. ex quo habetur quod persona in diuinis non sit absoluta nec respectiua. Sed cum hoc dicit Thomas anglicus quod in diuinis est aliquod indiuiduum absolutum. Et probat sic. quod demonstratur ad oculum vel per digitum est absolutum. sed deus demonstratur sic. nam dicam hic deus. Et sic est eius opinio quod in diuinis hic deus sit indiuiduum absolutum.

Sed adhuc in hac materia ponuntur iste conclusiones per alium modum a primis. Prima quod persona non dicit relationem originis. cuius ratio est. nulla relatio originis siue propria est communis tribus. sed persona est nomen commune tribus secundum Aug. 7. de trinitate. c. 7. Si sunt inquit tres persone commune est eis hoc quod est persona. igitur persona non dicit relationem originis siue propriam. Secunda conclusio quod persona non dicit relationem communem quod probatur sic. Ad quodcumque relatiuum dicitur inferius ad idem dicitur et relatiuum superius. licet non eque primo. Exemplum huius. nam ad quodcumque dicitur duplum dimidium ad idem dicitur multiplex dimidium. sed pater dicitur filii pater. igitur si persona dicit relationem communem tunc persona patris diceretur persona filii quod est falsum. Tertia conclusio est ista quod persona non dicit quidditatem. i. substantiam. accipiendo substantiam pro essentia. cuius ratio est quia substantiam siue quidditas pro essentia accepta non numeratur vel multiplicatur

in deo. sed persona numeratur et multiplicatur. ergo ratio. Igitur si persona non dicit relationem propriam vel communem nec essentiam. quid ergo dicit. Et secundum hoc dicuntur due conclusiones scilicet duas opiniones. nam si teneatur personam dicere negationem tunc persona aliquid connotat. Et primo illud de deo dicitur scilicet patrem filium et spiritum sanctum. Secundario connotat relationes constitutas patris et filii et spiritus sancti. Et 3. connotat essentiam. Si autem teneatur alia opinio quod persona dicat aliquid positiuum tunc non dicit nec substantiam nec relationem. sed abstrahit ab utroque. Et hec est opinio Scoti. Ad rationem in primo parte per ea quae in littera dicuntur.

Ira vicesimam sextam distinctio

nem queritur utrum persone diuine constituantur in esse personali per relationes originis. i. per relationes proprias. Videtur quod non scilicet Ricardus in definitione persone ponit substantiam que videtur dicere aliquid absolutum. Ad oppositum scilicet Boetium relatio multiplicat trinitatem. similiter Aug. quid quid est ad se est omnibus commune. In principio ponitur opinio propositiui dicentis personas diuinas se totis distingui. Contra quam arguit doctor propriis motibus. Et ultimo dicit. Aliter etiam arguitur contra ipsum. quia si pater se totis ratio. hoc est argumentum Denrici predicatoris. Post hoc ponitur opinio communis que dicit personas diuinas relationibus constitui. hanc sequitur sanctus Thomas prima parte summe. q. 39. articulo. 2. Et opposito in loco illo est tertia opinio concordans rationibus et auctoritatibus adductis. contra secundam ponitur opinio dicens. diuinas personas constitui per absoluta quam insequitur frater Johannes Ripis in primo suo. et quolibeto. 26. et 25. Et ibi roboratur ne noua videatur auctoritate eiusdem antiqui doctoris. scilicet sancti Iohannis boeuventure ut Iohannes Iohanne inuenitur in primo suo. dis. 25. q. 1.

Sed veniendo ad questionem fuit

opinio magistri quod persone diuine seipsis constituuntur et distinguuntur. et sic non oportet querere quomodo constituuntur et distinguuntur. improbat. Est alia opinio quod persone constituuntur per modos intrinsecos absolutos. qui modi sunt nobis incogniti. determinantur autem nobis persone trinitatis per relatiuas proprietates ita quod quasi a priori per istas relationes aliquo modo cognoscimus personas. improbat. Est opinio doctoris vera quod persone constituuntur per proprietates relatiuas. Et probat per auctoritates sanctorum. primo auctoritate

Dionisii de diuinis nominibus vbi dicit sic. Non est audendum vel cogitandum aliquid dicere de illa summa et ineffabili deitate nisi quod per sacram scripturam est nobis traditum. sed per sacram scripturam nusquam habemus quod persone in diuinis constituantur per absoluta. sed bene per proprietates relatiuas. nam dicitur in canonica Iohannis. Tres sunt qui testimonium dant in celo scilicet pater verbum et spiritus sanctus. Secunda est Bocci de trinitate. essentia continet unitatem. relatio multiplicat trinitatem. Tertia est Anselmi de processu spiritus sancti vbi dicit quod in diuinis est summa unitas vbi non obuiat relatio opposita. ratione sic. aut persona constituitur absoluto vel relatiuo. si relatiuo habeo propositum. si absoluto. vel eodem in quo conuenit cum alia persona vel alio. non eodem quia per illud non distingueretur ab alia persona. ergo alio. sed absolutum additum absoluto facit compositionem. et sic in deo esset compositio quod est falsum. Et si queratur quomodo eadem natura potest esse in pluribus suppositis realiter distinctis. dicitur quod hoc est propter infinitatem essentie. et quia supposita sunt relatiua. idem enim illimitatum potest esse fundamentum plurium relatiuorum oppositorum. Sed aliquis quereret quot condiciones requiruntur ad hoc quod relatio constituat personam. dicitur quod tres. Prima quod relatio sit insitens. id est intus existens et non assistens. id est concomitans vel presens. Secunda quod ipsa proprietas sit subsistens et non inherens patet. nam inherens est posterius. et posterius non constituit prius. Tertia quod illa proprietas sit propria et non communis patet. nam ratio formalis vniuscuiusque est propria illi cuius est. sed commune non sic potest esse proprium. Ad argumentum in principio dicitur quod licet in diffinitione persone ponatur substantia quod illa est notificatio et non diffinitio.

Secunda questio vicesimesexte de

functionis vbi queritur vtrum relatio in creatura differat realiter a fundamento. Videtur quod non. Aug. omne quod est ad aliud est aliquid ab eo quod relatiue dicitur. Ad oppositum per Aug. quia si aliud preter illud. ergo differt a seipso

Ad questionem dicitur quod sic. Sed circa hoc pro maiori declaratione quatuor videbimus. Primo si in creaturis relatio est ens reale vel rationis. Secundo dicam ad punctum questionis scilicet vtrum relatio creature sit idem suo fundamento. Tertio a quo effectiue causatur relatio in creaturis. Quarto per quem modum causatur relatio in creaturis.

Quantum ad primum articulum dicitur quod relatio in creaturis est ens reale. et ratio est quia potest apprehendi per sensum. nam visus potest iudicare quod hec albedo est similis illi. similitudo est relatio. quod est contra Aureolum qui dicit quod relatio est ens rationis. Quantum ad secundum vtrum relatio in creatura differat realiter a fundamento. est opinio Detrici quod non eo quod aduenit alicui sine sui mutatione. improbat. Est opinio doctoris quod relatio differt realiter a fundamento. nam illa que ita se habent quod vnum potest produci sine alio illa distinguuntur realiter. sed sic est relatio. vt si deus crearet vnam solam albedinem nulli esset similis. et sic fundamentum sine relatione saltem formali. Ex quo pono aliquas conclusiones. Prima quod non est impossibile deo separare relationem a fundamento. cum existentia eiusdem specialiter de illis relationibus in quibus non est talis dependentia ad fundamentum. quoniam deus potest supplere vicem terminantis sine imperfectione. nam de aliis. id est de dependentia creature ad deum est aliud. nam in istis si deus suppleret vicem dependentie esset imperfectionis que deo non est attribuenda. Secunda conclusio quod possibile est realiter actualiter separari a fundamento. Ista conclusio patet quia que distinguuntur essentialiter mutuo sunt separabilia vt se habent relatio et fundamentum. Quod essentialiter distinguuntur patet. quia fundamentum est vnius predicamenti. et relatio alterius. Tertia conclusio est quod relatio potest esse actu sine extremis. Hoc etiam patet. quia distinguuntur essentialiter et sic vnum potest esse sine alio. Quarta conclusio quod extrema relationis possunt actualiter esse sine relatione patet. quia sunt absoluta et priora relatione. et sic deus potest facere sine relatione vt duo alba sine similitudine dico formali. Quinta conclusio quod vnum correlatiuum potest actu existere sine alio. Et hoc patet. quia distinguuntur essentialiter. Et si diceres habent dependentiam mutuam. et sic vnum ab alio non separabitur. Contra quia vnum non dependet ab alio tanquam a causa intrinseca sed extrinseca. Sed deus potest supplere causalitatem extrinsecam. igitur et sic deus poterit supplere terminum paternitatis et filiationis licet non filiationem. secundum illam rationem secundum quam formaliter dicitur filius. quia illud esset imperfectionis. Sed suppleret vicem terminationis per primam sequeretur quod haberet nouum esse quod est impossibile. per secundam vero non.

Quantum ad tertium articulum scz a quo effectiue causetur relatio. aliqui dicunt qd causatur a generante fundamentum relationis vt similitudo mea a generante albedinem meam. imptat Est alius modus qd generatur a fundamento opposito ad quod terminatur. sicut similitudo mea est effectiue a generante albedinem tuam ad quam similitudo mea terminatur. Et hanc opinionem communiter tenent sequaces Scoti. Quantum ad quartum articulum per quem modus causatur relatio in creaturis ponuntur quatuor conclusiones. Prima qd relatio in creaturis potest causari per actionem et passionem. nam per illas aliqua forma imprimitur. Secunda conclusio qd relatio potest causari successiue. patet per phm. s. phicorum. nam relatio potest causari per motum. Tertia conclusio qd relatio causatur per mutationem patet. nam si causatur per motum. igitur per mutationem. Quarta conclusio qd relatio secundum aliquos potest causari per gradus. nam potest intendi et remitti. et fieri magis simile et minus simile per susceptionem vel abstractionem graduum. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Intra vicesimam septimam distincti onem queritur vtum verbum mentis create sit intellectio actualis. Videtur qd non. nam Aug. dicit. vox vehiculus est verbi mentalis non autem est signum intelligendi actus scz rei. Ad oppositum est Aug. ibidem qd verbum est cognitio ipsa. Huic questioni respondet Henricus quodlibeto. 6. q. 1. in sua ma. qd verbum est intellectio declaratiua. In hac questione oportet videre si verbum quod foris sonat. i. verbum sensibile significet principaliter conceptum mentis vel rem extra. Secundo dicitur ad questionem. De primo sunt quatuor modi dicendi. Unus qd verbum sensibile principaliter significat mentis conceptum qz philosophus dicit in primo Per armentas qd voces sunt signa earum que sunt in anima passionum. Item Augustinus in Encheiridion dicit qd nomina sunt imposita ad significandum compositiones aiorum. Item verbum sensibile significat illud in quo est verum vel falsum et sic intellectum. Alia opinio qd verbum sensibile principaliter significat rem ad extra alias nulla esset propositio vera. Alia opinio qd verbum habet duplicem habitudinem vnam ad proferentem. aliam ad audientem. respectu proferentis significat mentis conceptum. respectu audientis significat rem

extra. Quarta opinio qd verbum sensibile duo significat scilicet conceptum mentis a quo emanat et rem extra super quam imponitur ad significandum tanq obiectum.

Sed veniendo ad punctum questionis est opinio Henrici que dicit vbi supra. qd verbum non est noticia actualis sed noticia declaratiua. Sed opinio doctoris est qd verbum est intellectio actualis. Ad cuius euidenciam est sciendum qd verbum est actus intelligendi productus vel genitus a memoria perfecta non habens esse sine actuali cognitione representans secundam personam in trinitate. id est verbum diuinum. Prima et secunda conditio patet per Augustinum de trinitate 9. capitulo ultimo. Tertia conditio patet per Augustinum. 15. de trinitate. Quarta conditio patet. per verbum enim nostrum inquisiuit Augustinus de verbo diuino. Et his colligitur qd verbum spectat ad actum intelligentie. Sed intelligentia stricte sumendo est intellectus actualis vel actuatus. Et obiectum cognitum est species. Sed verbum nec est species nec obiectum. ergo est intellectio actualis. Sed aliquis dicit. Si quelibet actualis noticia est verbum. cum in patre sit actualis noticia. ergo erit verbum. Dicitur qd est sic intelligendum. Verbum est actualis intellectio que est noticia genita. Et propter hoc in patre non est formaliter verbum quia non est in eo formaliter noticia genita. Notandum autem qd verbum est duplex scilicet perfectum et imperfectum. Imperfectum autem requirit actualem ordinem inquisitionis. Perfectum autem verbum non. sed sufficit habitus cognitio vel noticia eius que est verbum. Ad argumentum in principio dicitur qd est signum intelligendi actus immediate. rei vero mediate.

Secunda questio vicesime septime distinctionis vbi queritur vtum verbum in diuinis dicat proprie persone genite. In hac questione idem Henricus respondet vbi supra qd sic. Imprimatur enim in ipsum intellectum dispositum virtute noticia simplicis. et sic noticia declaratiua. **S**ed veniendo ad questionem respondetur affirmatiue licet Durandus dicat oppositum. Et est eius intentio scz Durandi qd verbum non dicitur personaliter sed essentialiter

Sed contra Durandum est Aug. 7. de trini. qui dicit. eo est verbum quo filius. sed filius est quid personale. ergo et verbum. Et hanc opinionem tenet magister in lra. c. 6. istius distinctionis. Ratione arguit sic. quod de sua ratione importat rationem ymaginis est personale. sed verbum de sua ratione importat ymaginem per Aug. 6. de trini. c. vlti. igitur verbum est personale. Item concretum et abstractum idem significant. Exemplum paternitas significat relationem. similiter pater significat relationem. sed verbum et verberatio se habent sicut concretum et abstractum. ergo idem significant. sed verberatio significat relationem. ergo et verbum. sed talis relatio est personalis. ergo verbum dicit quid personale.

Tertia questio vbi queritur vtrum

verbum diuinum dicat respectum ad creaturam. Videtur quod verbum dicat respectum ad creaturas. Aug. 6. de trini. c. vlti. dicit verbum est ars dei omnipotentis patris plena omnium rationum viuentium. ars dicit respectum ad artificiatum. ergo verbum ad creaturas. Ad oppositum est Aug. 7. de trini. c. 40. filius non dicit respectum ad creaturas. ergo nec verbum quia eo verbum quo filius. Respondet idem Denricus in summa dicendo quod sic. Hoc habito doctor noster arguit contra Denricum in dictis prime et secunde questionis. et iuxta mentem propriam verbum diffinit. Ex qua diffinitione aliqua inferunt correlaria ut habitum est. q. 1. huius distinctionis. Sed hic ponit seu tangit quosdam qui posuerunt speciem in memoria. de se gignere speciem in intelligentia. Et est Egidius quodlibeto. 3. q. 12. 13. et 14. Inferunt similiter quod verbum non est species in intelligentia. quia superfluum esset eam ponere sicut posuit Egidius quodlibeto. 5. q. 6. Inferunt ultra quod obiectum ipsum non est verbum sicut posuit frater Petrus aureoli in presenti distinctione. et frater Nicolaus boneti in principio sue methaphisice. et in illi. 5. sine theologie. Inferunt ultra quod verbum non est terminus productus per intellectum sicut posuit sanctus Thomas prima parte summe. q. 33. articulo primo. Et post mouet dubitatio vtrum quelibet intellectio sit verbum cui parti negative Denricus respondet. sed oportet quod sit declaratio intellectio ad hoc quod verbum dicat. et habetur ex quodlibeto. 2. q. 6.

Sed dimittendo quid sit verbum post

quod iam diffinitum fuit in prima questione huius distinctionis. veniendo ad intentum questionis. dico quod verbum non dicit respectum

ad creaturas ut habetur ab Aug. 7. de trinitate. c. 40. per idem quod primo filius non dicit respectum ad creaturas. ergo neque verbum quia eo verbum quo filius. Vel aliter verbum dicit duo. vel noticiam expressi ad exprimentem vel declarati ad declaratum. Primus respectus est realis. et iste est patris ad filium. alius respectus declaratiui et est respectus rationis siue ad patrem declaratum siue ad creaturam declaratam secundum Aug. 9. de trinitate. c. 5. vbi vult quod verbum declarat se. Et ibidem. c. 13. pater est seipsum perfectissime dominus hoc est per seipsum perfectissime declarans. Ex quibus auctoritatibus habetur quod idem potest ad se referri ut declarans et declaratum. et ita non est relatio realis. qua propter si verbum diceret aliquomodo respectum ad creaturam ille esset respectus rationis et non realis. Ad argumentum in principio dicitur quod ars communis est tribus licet approprietur filio.

Intra vicesimanoctauam distinc-

tionem queritur vtrum ingenitum sit proprietas patris. Videtur quod non. Nulla proprietas formaliter dicitur de essentia. quia tunc ipsa distingueretur. sed essentia formaliter est ingenita. ergo proprietas non est alicuius persone. Ad oppositum est Aug. ad Orisium non duos esse ingenitos certa fides de terminat. In hac questione duos constituit articulos. quorum secundus est quomodo ingenitum posset esse proprietas cum videatur negationem importare. Cui dubio in principio secundi articuli inducitur respondens doctor sanctus deuotus Bonauentura ex primo libro di. 27. q. 2. et di. 28. q. 1. et ante distinctionem 13. q. 4. in solutione principali. et dubio tertio lra. Dicit enim quod ingenitum non dicit solam negationem sed connotat fontalem plenitudinem. vbi in hoc frater in fratrem. et Iohannes in Iohannem. et subtilis in deuotum surgit.

Sed veniendo ad questionem hic duo

sunt videnda. Primo quomodo ingenitum conuenit patri. Secundo si est proprietas patris. Sed pro declaratione dico quod ingenitum dicitur tripliciter. Uno modo secundum quod dicit negationem extra genus predicamenti quod non est in aliquo. nec per generationem nec per spirationem nec per aliquam productionem et sic ingenitum competit soli patri. Alio modo dicitur ingenitum prout dicit negationem infra genus. id est secundum quod negat unum modum producendi. que quidem productio dicitur generatio.

et sic spiritus sanctus potest dici ingenuus quia non generatur. Tertio modo dicitur ingenuus prout dicit negationem productionis in ratione termini producti totaliter ut totalis aspicit suppositum. puta incommunicabilem subsistentiam. et sic essentia potest dici ingenua. Et sic respondetur ad primum articulum applica.

Quantum ad secundum articulum. si ingenuus est proprietas patris est opinio doctoris dimissa opinione Boneventure superius nominate quod ingenuus sub propria ratione ut dicit non esse ab alio est proprietas patris. et non oportet quod dicat dignitatem sufficit tamen sibi quod non dicat oppositum sed indignitatem. unde sicut relationes originis non dicunt perfectionem simpliciter nec imperfectionem. ita innascibilitas non dicit dignitatem nec indignitatem. Si autem velis omnino tenere quod proprietas dicat dignitatem respondeo distinguendo quod dignitas est duplex scilicet absoluta et personalis. qua propter licet ingenuus non dicat dignitatem absolutam potest tamen concedi quod dicat dignitatem personalem. Ad argumentum in principio dicitur quod ingenuus est principaliter essentie secundario est persone patris.

Secunda questio vicesime octave distinctionis

ubi queritur utrum innascibilitas sit proprietas constitutiva patris. Videtur quod sic. omne quod dat esse incommunicabile constituit. sed iste privationes dant esse incommunicabile. ergo etc. Ad oppositum quod non est ens. non constituit ens sed hec non sunt entia. ergo etc. Ad questionem dicitur quod si filius constituitur filiatione. igitur pater constituitur paternitate. et sic non innascibilitate. Est tamen opinio antiqua que his temporibus a nullo tenetur quod innascibilitas erat proprietas constitutiva patris. Sed Scotus tenet oppositum et arguit sic in reportatoriis. primum suppositum diuinum non potest constitui per illud quod dicit privationem formaliter. sed innascibilitas dicit privationem formaliter. ergo etc. maior patet quia suppositum in diuinis constituitur per illud quod habet esse reale. et dat esse reale. Privatio autem nullam realitatem dare potest. ergo et cetera. Item si illa persona constitueretur in esse personali per innascibilitatem sequeretur quod esset magis necessesse esse quod alie persone. sed hoc est inconueniens. ergo prima persona non constituitur per innascibilitatem. Maior patet. quia ista proprietas cum sit relatiua habet esse per connexionem cum aliis. Item persone sunt eque per

fecte impersonalitate. Sed filius et spiritus sanctus constituntur per proprietates relatiuas. ergo et pater. Item inter personas diuinas est essentialissima connexio. Sed si pater constituitur per innascibilitatem non esset talis connexio inter personas cum magis sint connexa relatiua quam absoluta. igitur pater non constituitur per innascibilitatem. Item priuatiuum non est de intrinseca ratione positui. Sed pater est posituius innascibilitas priuatiua. igitur pater non constituitur innascibilitate.

Ad argumentum in principio negatur quod iste priuationes dent esse incommunicabile. nam illud habetur a rationibus posituis.

Tertia questio ubi queritur utrum

diuina persona constituat in esse personali aliqua relatione positua ad secundam personam. Videtur quod non quia prima persona preintelligitur in esse personali antequam generet cum agere sit suppositum. ergo per aliud erat constituta.

Ad oppositum prima persona non constituitur in esse personali deitate. quia non est incommunicabilis. nec spiratione actiua quia communis est sibi et filio. nec innascibilitate ex questione precedenti. ergo aliqua relatione positua. ad secundam per viam diuisionis. Primo soluendo ponit opinionem Thomae prima parte summe. q. 39. articulo quarto. affirmatiue respondet. Sed distinguens de constitutiuo ut est proprietas et ut est relatio. Et dicit quod ut proprietas precedit generatione. sed ut relatio sequitur. Secundo ponitur opinio deuoti doctoris distinguens de constitutiuo ut est relatio vel origo. Et dicit quod ut origo constituit. Et hoc est in primo distinctione. 26. questione tertia

Tertio ponitur opinio doctoris solennis in summa. et quod libeto nono. questione prima et tertia. distinguens de generatione in quantum potentialis. et in quantum aptitudinalis presens vel preterita. Et dicit quod ratio aptitudinalis constituit primam personam. Quarta opinio ponitur fratris Johannis de Ripa ex distinctionibus. 25. et 26. huius primi ponentis primam personam constitui per absolutum et per relationem. Et ideo questione ni negatiue respondet.

Sed veniendo ad questionem potest dici tamen tenendo communem viam supponendo personas esse relatiuas quod prima persona constituitur relatione positua ad secundam

Sed in hoc est difficultas quomodo prima persona simul requirit secundam. cum tamen prima precedat secundam. vbi breuiter dico q̄ simultas relatiuorum qua dicuntur esse simul natura est ista. non posse esse sine inuicem. sine contradictione. si sint relatiua mutua. nam vna relatio non potest esse sine termino q̄ si posset esse sine eo. esset ens ad se. pari ratione nec relatio alia sibi correspondens potest esse sine termino isto q̄ tunc esset ad se. q̄ iste differentie relationis quando sunt mutue nō possunt esse sine inuicem absq̄ contradictione. Omne autē prius natura potest esse sine contradictione sine posteriori. ita q̄ si ponatur hoc esse sine illo non esset contradictio sicut patet per pbm. 9. metha. c. de priore. Et isto modo concedo primam personam et secundam non posse esse sine inuicem absq̄ contradictione. et non est contradictio ex aliquo extrinseco. Sed ex formali ratione istarum personarum: et tamen cum hoc stat prioritas et posterioritas originis. q̄ vna fit ab altera. Et dclatur primo q̄ si Socrates sit pater Platonis Socrates non intelligitur vt subiectum paternitatis. sed sub paternitate. et Plato intelligitur sub filiatione. ista sunt simul natura q̄ sic intelliguntur vt correlatiua. et tamen vt sic Socrates est prior origine Platone. q̄ sic intelligitur sub paternitate que est formaliter prior origine. ergo videtur eodem modo quo aliquid ē prius origine in creaturis est etiam simul natura eodem modo quo simultas nature requiritur ad correlatiua. hoc etiam persuadetur in creaturis. q̄ prioritas nature vno modo est prioritas secundum perfectionem ita q̄ priora dicuntur perfectiora secundum naturam. 9. metha. Nunc autem cum simultate correlatiuorum secundum naturam videtur posse stare prioritas secundum perfectionem in vno respectu alterius. quia si genus relationis diuidatur per proprias differentias oppositas sicut alia genera. vna differentia diuisua erit dignior et alia indignior. et per consequens species constituta minus nobili differentia erit minus nobilis. Et tamē due species constitute ex duabus differentiis oppositis possunt referri sibi inuicem. quia omnis relatio disquisperantie est ad aliquid alterius speciei. ergo relationum sibi correspondentium altera potest esse prior idest perfectior alia. et tamē simul natura quantum ad hoc qd̄ est non posse esse sine sibi inuicem. igitur multo magis videtur q̄ etiam prioritas originis qua sc̄z vnū extremum in natura non excedit aliud extremum. si est aliquomodo aliud possit stare cum illa simultate correlatiuorum. Ad hoc etiam

adducatur Auic. 6. metha. vbi dicitur velle q̄ causa inquantum causa prior sit causato inquantum causatum. et tamē causa inquantum causa est simul illa simultate requisita ad correlatiua. ista autem prioritas nature que est cause ad causatum videtur magis repugnare simultati nature correlatiuorum q̄ prioritas originis tantum. tunc enim videtur prima persona constitui in esse per relationem positiuam ad secundam personam. et contra. Et impossibile est. esse sine inuicem et tamen ipsa prima persona constituta in tali esse est ex qua originata est secunda. et ista prioritas originis non repugnat simultati relatiuorum. Et hec est vera opinio Scoti. Ad argumentum in principio dicitur q̄ prima persona preintelligitur origine non tamen natura.

circa vicesimam nonam distinctio

neq̄ queritur vtrū principium vno modo dicatur de principio sumpto personaliter. et notionaliter et essentialiter. Uidetur q̄ non. nam si principium esset vnius rationis hoc modo tripliciter sumpto. et principiata essent eiusdem rationis hoc ē falsum. q̄ nec filius nec spiritus sanctus principiantur. Ad oppositum. deus est generans vel spirans. ergo principians. Circa istas questionē ponentur aliquę conclusiones secundum quas poterit videri clare questio. Prima conclusio q̄ in deo est vere ratio principii quod probatur sic. Ubi est vera productio ibi est principium. Sed inter personas diuinas est vera productio. ergo vere principium. maior et minor tenent vel demonstrare sunt distinctione. 5. Secunda conclusio q̄ in deo non est principium sub ratione cause. cuius ratio est ista. Causa ē ad quā sequitur effectus in diuersitate nature. sed in diuinis non est diuersitas nature quia eadem est essentia numero in tribus personis. ergo non est ibi principium sub ratione cause. Tertia conclusio q̄ persone diuine per comparisonem ad creaturam sunt principium et causa quia vbi est effectus cum diuersitate nature ibi est principium et causa. sed creature sunt effectus dei cum diuersitate nature. q̄ creature non communicatur diuina natura. igitur respectu creaturarum persone sunt principium et causa. Quarta conclusio q̄ principium dictum de principio ad intra et de principio ad extra non dicitur vniuoce. q̄ enti reali et enti rationis nihil est cōe vniuoce sed principium ad intra dicit relationem realem. principium autē ad extra dicit relationem rationis vt per principium accipitur habitudo. igitur principium non dicitur vniuoce de eis. minor quia

dei ad creaturam non est relatio realis: Quinta conclusio quod principium dictum de principio ad intra respectu generationis filii. et de principio ad intra respectu spirationis spiritus sancti dicitur uniuoce. quod probatur sic. Ratio neutra respectu aliquorum essentialiter inclusa in eis dicitur uniuoce. sed principium est huiusmodi ut dicitur de principio generationis et spirationis. quia potest esse certa certitudo de principio ut sic ignorato utrum sit hoc vel illud principium. igitur dicitur uniuoce de hoc et de illo principio. Et ille due conclusiones ultime sunt responsive questionis. et de intentione doctoris que sequor in hoc opere. Ad argumentum in principio dicitur quod non dicitur primum eodem modo.

Pro circa distinctionem tricesimam que rit simul doctor duas questiones. Prima utrum aliqua relatio dicatur de deo ex tempore. Secunda utrum dei ad creaturas possit esse aliqua relatio realis. Videtur quod sic. quia creatura realiter originatur a deo. ergo deus realiter originat creaturam. originationis est relatio. ergo et cetera. Ad oppositum. tunc deus mutaretur quod est falsum. Dum quarto argumento in fine questionis datur quedam responsio dicendo quod non est verum nisi in agentibus naturaliter. Et est opinio Durandi in presenti distinctione. Prime autem questionis respondet Henricus quod libeto nono. questione prima. distinguens de relatione in quantum est aptitudinalis. et potentialis. presens vel futura. Secunde etiam questionis respondet idem quod libeto tertio. questione. 4. Et ubi supra negative. quia deus non est ad aliud ordinatus. Et ipso in utraque questione a doctore improbato ponitur opinio fratris Guillelmi varronis libro primo presenti distinctione. questione unica. et in 2. distinctione prima questione quinta. Et in 4. in materia de Eucharistia. questione ultima. in solutione argumenti primi principalis. et tertii. Et sanctus Thomas prima parte summe. q. 13. articulo. 7. in solutione principalis rationis dicuntur duo quod ex relatione que est in creatura refertur ex tempore deus ad creaturam respondendo negative ad primam questionem: Ad secundam questionem respondent idem duo. sanctus Thomas ubi supra. et frater Guillelmus varronis in presenti distinctione. q. unica negative. et ratio est quia deus non habet ordinem realem ad creaturam. quibus improbat. respondet utriusque questionis secundum mentem propriam. Et post responsionem ad secundam obicit contra se quadruplici argumento. in quorum

secundo dicit. Item si creatura habeat esse quidditativum in quantum habet esse exemplatum secundum unam positionem. hec est opinio Henrici quod libeto. 8. q. 9. in fine. Et in solutione quarti argumenti pedis questionis repetit solutionem Durandi dicens quod solum causa naturalis refertur relatione reali ad suum effectum. quia forma secundum quam inclinative agit inclinatur naturaliter ad producendum effectum. hoc improbat doctor.

Sed veniendo ad questionem dicitur

quod deus non habet relationem realem ad creaturam quod probatur sic. Relatio realis non est sine dependentia. sed deus non dependet a creatura. ergo non habet relationem realem ad creaturam. Quantum ad istam questionem communiter doctores concordant in parte negativa. Sed diversitas est in modo probandi ideo dimissis aliorum probationibus doctor probat eam sic. In deo inveniuntur duo scilicet quod est necesse esse. et quod est summa simplicitate simplex. Ex primo arguitur sic. In eo quod est summe necesse esse non ponitur aliquid quod non est necesse esse. Sed deus est summe necesse esse. ergo non est in deo aliquid quod non est summe necesse esse. sed talis relatio que esset dei ad creaturas non esset necesse esse. igitur dei ad creaturas non est relatio realis. Probatio assumpti per analogiam. quia relatio non est plus necesse esse terminus. sed terminus scilicet creatura non est necesse esse imo possibilis esse. Ex simplicitate dei probatur sic. Quicquid est in deo est idem quod deus. sed ista relatio si ponatur non potest esse idem quod deus patet. quia cum ista relatio sit corruptibilis sequeretur quod deus etiam esset corruptibilis quod falsum est. Sed quis quereretur utrum nova relatio creature ad deum exigeret novam relationem dei ad creaturam. Ad quod dicitur cum tribus conclusionibus. Prima conclusio quod creatura de novo refertur ad deum quod patet sic. Ubi novum fundamentum ibi nova relatio posito termino. sed creature capiunt novum esse secundum novum fundamentum alias nihil reale crearetur. et est ibi terminus deus. et sic nova relatio creature ad deum. Item creatio passiva de novo est in creatura. sed creatio passiva dicit relationem ad deum. igitur in creatura est nova relatio ad deum. Secunda conclusio quod propter istam novam relationem in creatura nulla nova relatio est in deo isti conclusiones patet. quia vel illa relatio esset realis vel rationis. non realis. quia improbatum est supra. nec rationis quia nullo intellectui creature refertur

ad deum. vel illa esset per actum intellectus diuini. Et hoc non. quia tunc intellectus diuinus mutaretur qz non potest aliquid transire de nouo contradictorio ad aliud sine mutatione. Sz creare z non creare sunt contradictoria. ergo deus non potest aliquid de nouo in se creare sine mutatione. Tertia conclusio qz noua relationem creature ad deum terminat deus sub ratione absoluti. Ad cuius declarationem notandus est qz phis ponit. s. metha. tres modos relationis scz modum numeri. modum potentie. z modum mensure. Et ponit differentiam in hoc qz in duobus primis modis est mutua relatio. in tertio autem modo non est mutua relatio sicut patet de scientia z scibili. nam scientia dicitur ad scibile sed non omne scibile dicitur ad scientiam. Exemplus de quadratura circuli. sed omnes relationes que sunt inter deum z creaturam sunt de tertio modo. ergo non est ibi mutua relatio ita qz creature dicuntur relative ad deum. sed non e conuerso. quapropter deus terminat illam relationem sub ratione absoluti. Et si aliquis dicat nunquid deus e creator creature. z refertur creator ad creaturam z e contra. z sic dicunt qz creatura ad deum e realis dei ad creaturam z rationis. Dico qz illa est mens nostri doctoris. cuius qua concordat Franciscus in eadez distinctione qz omnes iste relationes saluantur per denominationem extrinsecam. dato qz ponerentur. vnde cum dico deus agit non significat aliquid formaliter in deo. sed qd est formaliter in creatura a quo deus denominatur de nouo agere per creationem. et sic de aliis. Et si dicatur tunc sequitur mutatio in deo qua transit d nouo ad tales respectum. dicitur qz nulla e mutatio ad ens rationis. et si ponitur multi sunt qui habent pro nihilo dicere z concedere tale ens rationis in deo. sicut compositum secundum rationem multi ponunt.

Ad argumentum in principio dicitur qz omnia ista dicuntur de deo denominatione extrinseca.

Treca distinctionem tricesimam priam queritur vtruz ydemptitas. similitudo z equalitas sint relationes reales in deo. Videtur qz non. qz no est expressum de talibus rationibz in sacra scriptura. ergo non sunt ibi tales relationes communes. patet per Dionisium quia nihil e asserendum qd no sit in sacra scriptura expressum. Ad oppositum Hilarius de trinitate ponit eas z cetera. In secundo argumento dicit. Preterea forma eiusdem non enumeratur nisi

duobus verbis eas transit. nec aliquas opiones ponit. ideo quatuor videbuntur. Primo si essentia diuina distinguatur a proprietate relativa circumscripto actu rationis. Secundo qz essentia diuina et persona distinguuntur ex natura rei. Tertio qz persona et proprietates distinguuntur ex natura rei. Quarto dicentur aliqua:

Quantum ad primum ponuntur ali

que conclusiones. Prima qz essentia diuina distinguatur a proprietate relativa ex natura rei patet. nam essentia est ad se circumscripto actu rationis. proprietates non. ergo distinguuntur. non ratione quia dico circumscripto actu rationis. nec realiter quia essentia respectu proprietatis est aliquid rei z non res. igitur si distinguuntur. ex natura rei distinguuntur. Secunda conclusio qz essentia diuina distinguatur formaliter a proprietate relativa patet. na diuidentia aliquod comune distinguuntur formaliter. ens diuiditur per absolutum z respectuum. z essentia ponitur sub absoluto proprietates sub respectuo. ergo formaliter distinguuntur. Tertia conclusio qz essentia diuina non distinguatur realiter a proprietate quod probatur auctoritate iuris extra de summa trinitate. z fide ca. c. damnamus. vbi dicit qz ista summa ratio que est essentia diuina non est alia ab illis proprietatibus. Quantum ad secundum articulum ponuntur aliquae conclusiones. Prima qz essentia z persona distinguuntur ex natura rei patet. quia vnum est communicabile circumscripto actu intellectus. aliud no. igitur distincta non realiter. ergo ex natura rei. Secunda conclusio qz essentia diuina z persona sunt idem ydemptice patet. quia infinitum ydemptificat aliud. sed essentia est infinita. igitur ydemptificat aliud siue sit finitum siue infinitum. sed persona est idem cuius essentia. igitur idem ydemptice. Tertia conclusio qz essentia z persona distinguuntur formaliter quod patet sic. nam in ratione formalis essentie ponitur tantum absolutum. sed in ratione persone absolutum z respectuum. ergo id. Quarta conclusio qz essentia z persona non distinguuntur realiter hoc patet. nam non est maior distinctio inter essentiam z personam qz inter essentiam z proprietatem. Sed illa non distinguuntur realiter. ergo nec ista.

Quantum ad tertium articulum ponuntur quatuor conclusiones. Prima qz proprietates z persona distinguuntur ex natura rei patet per Aug. 7. de trinitate. vbi dicit. quod dicitur ad aliud est aliquid preter relationem. sed persona vt pater dicitur ad aliud. g. est aliquid accepta relatione. illud aliquid est absolutum. sed illa

proprietates respectiva ergo distincta. Secunda conclusio quod persona et proprietates distinguuntur formaliter patet. quia persona includit absolutum et respectuum scilicet essentiam et proprietatem. sed proprietates tantum respectuum. ergo et cetera. Tertia conclusio quod persona et proprietates sunt idem ydemptice patet ut supra. quia alterius infinitum. Quarta conclusio quod persona et proprietates non distinguuntur realiter patet. nam non magis distinguuntur quam essentia et persona. sed illa non realiter distinguuntur. ergo nec ista. Quantum ad quartum articulum movetur dubium utrum essentia et proprietates sint idem ex natura rei cum persona. et dicitur quod non quia constituens et constitutum distinguuntur ex natura rei. Secundum dubium. si ista deus est pater est in primo modo dicendi per se. et dicitur quod non. quia ubi est predicatio primi modi ibi non est nisi una ratio formalis primo posteriorum. sed hic sunt diverse rationes patet. nam pater includit duo scilicet essentiam et proprietates deus non nisi essentiam. Tertium dubium. si deus est paternitas sit in primo modo dicitur quod non per rationes secundi dubii. Sed deitas differt a proprietate relativa. dicitur quod sic per Augustinum. 5. de trini. ubi dicit sic. quod proprietates relativa in deo non dicitur secundum substantiam. sed deitas sic. Ad argumentum in primo dicitur quod licet sint idem in primo modo cum hoc tamen distinguuntur.

Secunda questio tricesimetertie de

distinctionis ubi queritur utrum in divinis vel in deo sit distinctio. Videtur quod non. Dilarius. 8. de trini. dicit quod in divinis non est intelligentia coherentia sed indifferentia. sed in differentia et indistinctio sunt idem. ergo et cetera. Ad oppositum Dionysius de divinis nominibus dicit quod in divinis est diversitas et alteritas. Ad questionem dicitur quod sic secundum illud Iohannis. Alium paraclitum dabit vobis. Et in simbolo. Alia est persona patris alia filii. alietas dicit distinctionem. Sed pro maiori declaratione quatuor fient. Primo ponam aliqua preambula. 2. ponam septem veritates. 3. dicam ad punctum questionis. 4. dicam quomodo inveniuntur distinctio aliquorum. Quantum ad primum articulum premitto ista preambula. Primum quod ratio formalis distinctionis non est absoluta sed respectiva cum distinctio habeat respectum ad distincta. Secundum quod iste respectus non est in genere sed est transcendens. cum in omni genere inveniatur distinctio. Tertium quod distinctio est respectus realis et non rationis. cum tu et ego nullo intellectu considerante simus distincti. Quartum quod est respectus intrinsecus adveniens patet. nam positus

albedine et nigredine immediate sine alio oritur distinctio.

Quantum ad secundum articulum ponuntur septem veritates. Prima quod distinctio realis et essentialis non sunt idem patet. nam persone in divinis distinguuntur realiter sed non essentialiter. Secunda veritas quod distinctio realis quidditativa et formalis non sunt idem adequate patet. nam in divinis scilicet sanctos essentia ad paternitatem comparata differt formaliter tamen non realiter. Tertia veritas quod distinctio formalis essentialis et quidditativa non sunt idem adequate cum distinctione gradus intrinseci hoc patet. quia gradus intrinsecus non variat rationem formalem. Quarta veritas quod due differentie scilicet prime entis et ultime scilicet individuum se totis distinguuntur. id est quod in nullo conceptu communi quidditativo conveniunt. sed non est verum de differentiis intermediis. Quinta veritas quod distinctio essentialis est maior quam realis patet. nam pater et filius in divinis distinguuntur realiter sed non essentialiter. Sexta veritas quod maior est distinctio realis quam formalis patet. nam realis est in duobus. formalis in uno ut in essentia et patre facientes unam personam vel in una persona ut verius loquar. Septima veritas quod distinctio formalis est maior quam que est secundum gradus intrinsecos patet. quia formalitas variat et gradus non. Quantum ad 3. articulum pono quatuor conclusiones. Prima quod in deo est distinctio essentialis. et hoc per respectum ad creaturam. Secunda quod in deo est distinctio realis ad intra quia persone realiter distinguuntur. Tertia conclusio quod in deo est distinctio formalis. nam paternitas formaliter distinguuntur ab essentia. Quarta conclusio quod in deo est distinctio secundum gradus intrinsecos vel ex natura rei. Quantum ad quartum articulum per quem modum aliqua distinguuntur essentialiter est duplex via. Prima via dependentie ut in causa et causato. sed hoc intellige in creaturis non in deo. nam in divinis nulla est dependentia secundum Augustinum. nam sicut origo arguit distinctionem realem. sic dependentia essentialem. Secundo quod ponuntur in diversis predicamentis cum essentie predicamentorum sint inmixte posteriorum. Secundo per quem modum investigat distinctio realis. et quod quadruplex. Primo via originis ut iter patris et filii et via generationis. nam nihil est quod seipsum gignat scilicet Augustinus. 3. via corruptionis sic. dum uno corrupto alterum remanet. 4. via separationis dum aliqua sunt separata et quolibet remanet in suo esse de se. Tertio quomodo investigat distinctio formalis et quidditativa dicitur quod dupliciter. primo via diffinitivis ut quando unum non ponitur in diffinitivis alteri. et ideo intellectus voluntas formaliter distinguuntur

Secundo via diuisionis vt commune diuisum in aliqua vt essentia in patre. Quarto per quem modum inuestigatur distinctio ex natura rei. dicitur q̄ quando aliquid conuenit vni qđ nō alteri et hoc preter intellectum. vel dicunt alii illa distinguntur ex natura rei quorum distinctio non dependet ab opere intellectus.

Ad argumentum in principio dicitur q̄ non est intelligenda differentia seu distinctio essentialis sed bene alia.

Teria questio tricesimetertie distinctio

tionis vbi ponitur vtrum in deo sint ponende formalitates. Videtur q̄ non. naz Aug. primo de trini. dicit q̄ omnino nulla res est. nihil est. sed ille perfectiones non sunt nihil ergo sunt res. Ad oppositum Hilarius aliud est persona aliud realitas. qđ non esset nisi realitas aliquo modo distingueretur realiter a formali ratione. Ad questionem dicitur q̄ sic per Dionisium de diuinis nominibus. c. de eodem ⁊ diuerso. vbi dicitur q̄ in deo oportet ponere vnicam essentiam ac multipliciter formalitatem per multipliciter formalitatem intelligit proprietatem ⁊ attributa ad essentiam comparata. et intelligo essentiam vnicam preesse. Sed pro maiori declaratione dicā quatuor. Primo quid sit formalitas. 2^o quid realitas. 3^o si formalitas sit adequate realitas. 4^o dicam ad punctum. Quantum ad primum dicitur q̄ formalitas est ratio quidditativa vniuscuiusq; habentis quidditatē siue sit diffinibile siue non. Quācum ad secundum quid sit realitas. dicitur q̄ realitas est gradus intrinsecus qui competit rebus potētibus habere esse per se separatum ab alio vt dicitur de indiuiduis vel competit indiuiduis.

Quantum ad tertium dicitur q̄ formalitas non est adequate realitas. nam realitas est modus intrinsecus qui potest inesse ⁊ non inesse. sed formalitas est necessaria qz est ab eterno. Circa hoc aduerte q̄ ista propositio cōmuniter conceditur. realitas est formalitas. Sed potest habere quadruplicem sensum. Primo potest teneri eoncomitatie. sicut generatio vnius est corruptio alterius. et isto modo non est vera. Secundo modo denominatie. vt homo est bonus. et sic non est vera. naz realitas non variat rationem formalem. formalitas autem sic. Tertio q̄ sit vera quidditatie. et isto modo potest verificari sed non proprie. Quarto modo vt sit vera vniuoce sicut illa que sunt in secundo modo dicendi perse vt ens est bonum. et sic possunt verificari licet nō proprie. Quantum ad quartum articulum vtrum in deo sint

propter materias. Probatio. omnis forma separata a materia habet totam entitatem sue speciei. secundum aliquos est opinio sancti Thome prima parte summe. q. 7. articulo. 1. In solutio ne principali ponitur opinio Henrici quodlibeto. s. q. 1. dicentis q̄ fundamentum equalitatis in diuinis non est reale quia magnitudo transit in essentiam. Sed veniendo ad questionem duo sunt videnda. primum si equalitas dicit relationem in creaturis. secundum si dicit relationem realem in diuinis. Quantum ad primum dicitur q̄ est relatio realis. Et probatur sic. Illa est relatio realis que manet omni opere intellectu circumscripto. Sed circumscripto omni opere intellectus. si essent due res eiusdem quantitate essent equales. igitur equalitas dicit relationem realem. Item quod sensu percipitur est reale. 2^o de aia. Sed equalitas ē huiusmodi in eodem. 2^o de aia. naz equalitas fundatur in quantitate. ⁊ quantitas est sensibile commune vbi supra. Item relationes primi modi sunt reales. sed equalitas est huiusmodi. g^o realis.

Quantum ad secundum articulum est communis opinio antiquorum q̄ equalitas non dicit relationem realem in diuinis. S; est opinio Scoti q̄ equalitas est relatio realis in diuinis. siue inter personas diuinis. quod sic probatur. Vbi sunt illa que requiruntur ad relationem realem ibi est relatio realis. Sed equalitas inter personas diuinis habet omnia que requiruntur ad relationem realem. ergo ipsa est realis. Probatio minoris. nam ad relationem realem tria requiruntur. Primo reatis distinctio extremorum propter quod eiusdem ad se non est relatio realis. Secundo requiritur q̄ vtrūq; extremorum sit aliquid reale qz semper alterum contradictorioꝝ est non ens licet aliqui dicant q̄ multoties potest dici relatio realis realitate vnius extremi. Tertio requiritur q̄ habitudo exsurgat a natura fundamenti. ideo dei ad creaturam non est relatio realis. Sed omnes ille conditiones reperitur inter personas diuinis vt sunt equales. est enim in eis realis distinctio. Et quelibet istarum personarum est aliquid reale. Illa etiam habitudo exsurgit ex natura fundamenti scilz ex infinitate virtutis. igitur ibi sunt omnia que requiruntur ad relationem realem. Item si equalitas nō esset relatio realis in diuinis hoc maxime esset propter vnitatem fundamenti. sed non obstante vnitatem fundamenti aliqua relatio est realis. ergo equalitas in proposito est relatio realis. Probatio minoris. nam relationes originis sunt vere reales ⁊ tamen habent penitus idem fundamentum nu
b. .2.

mero. Preterea si deus duas res essentialiter distinctas in forma
ret eadem quantitate inter eas vere esset relatio realis. ergo eos
dem modo improprio quavis persone sunt realiter distincte. qz
tamen habent eandem magnitudinem virtutis vere inter eas est
equalitas que est relatio realis. Ad argumētum in principio
dicitur qz in sacra scriptura reperiuntur. et si non explicitate tamen
implicitate.

Intra distinctionē tricesimam secun-

dam simul mouet duas questiones. Prima vtrum pater
z filius diligant se spiritu sancto. Videtur qz non. qz pa-
ter diligit se amore qui ē formaliter in eo. sed spiritus sanctus id
est formaliter in patre. ergo. Ad oppositum est Ricardus.

In soluendo istam questionem sex ponit opiniones quarum
secta est sua. prima est magistri sententiarum istam questionem re-
presentantis difficilē ideo eam insolutam relinquit. Secunda est
negantium ipsam propositiones questionis. Et dicunt esse retrac-
tatā ab Aug. in simili vbi retractat istam. pater est sapiens sapi-
entia genita. Tertia est Simonis & Lozanquo dicentis qz pater
z filius diligunt se spiritu sancto sicut signo. quia ipse est signum
dilectionis ipsorum. Quarta est fratris Alexandri de ales dicen-
tis prima parte summe. qz pater et filius diligunt se spiritu sancto
appropriate. qz amor appropriatur spiritui sancto. Quinta ē opi-
nio sancti doctoris prima parte. q. 36. articulo. 2. qz pater z fili-
us diligunt se spiritu sancto isto modo vt iste ablatiuus spiritu sanc-
to construatur in ratione effectus formalis. Et post has opinio-
nes determinat questionem secundum mentem propriam distin-
guendo de dicere iuxta mentem propriam. Et quadrupliciter di-
cere accepto dubitationem mouet. vtruz declarare formaliter om-
ne declarabile sit proprium verbi. z ponitur opinio Henrici qd
libeto. 2. q. 6. dicentis qz sic. Sed veniendo ad questiones
et doctoris intentiones dico qz in diuinis sunt aliqua pure essen-
tialia. aliqua pure notionalia. z aliqua medio modo se habētia
Est notanduz qz in diuinis dicere potest accipi multipliciter. Pri-
mo modo pure essentialiter. z sic idem est qz intelligere. Secundo
modo pure notionaliter. z tunc idē est qz generare. De primo pa-
tet per Anselmum monologion. 64. z sic non loquitur Aug. qz
secundum ipsum pater z filius z spiritus sanctus sunt vnus dicēs
et quelibet persona dicit formaliter z nulla alia ablatiue. De scdo

dicitur significare illam relationem originis que est geniti ad gen-
entem. z hoc modo solus pater dicit. non quidem verbo s3 ver-
bum. et hoc modo loquitur Aug. 6. de trini. 7. 12. qz solus pater
dicit filio in quo omnia disponit. Tertio modo potest significa-
re istam habitudinem rationis que est declarare prout declarare
conuenit alicui formaliter. et sic verbum dicit omnia declarabilia
in se ipso formaliter. z de hoc loquitur Aug. 7. de trini. c. 5. Si
enim hoc verbum nostrum temporale erit. tamen si totum est z se
ipsum ostendit z illud de quo loquimur. qz tomagis verbum dei
per quod facta sunt omnia. z sic est essentialiter z appropriatur vni
persone. nam quelibet persona declaratur sua intelligibilia que i
ipsa sunt. appropriantur autem filio. Quarto modo significare
potest istam eandem habitudinem prout alicui conuenit non for-
maliter. sed principiatue. et hoc modo dicitur de patre qd dicit
verbo. z isto modo loquitur Aug. 7. de trini. c. 2. qz pater dicit v-
bo. z hoc modo. 15. de trini. qz pater seipsum dicens genuit filium
sibi equalem. vbi accipit dicere pro principiatue declarare licet nō
addat ibi illud principium quo pater dicit. z sic principale signi-
ficatum eius est essentialiter. notat tamen notionaliter. tunc ista pro-
positio est falsa pater dicit verbo. siue accipiatur pure essentialiter
siue pure notionaliter. sed si accipiatur partim isto modo et partim
illo est vera sub hoc sensu. pater dicit verbo. id est producit ver-
bum in quo representat se. Ad propositum applicando sicut dic-
tum est de dicere. ita accipitur de diligere qd potest sumi diligere
pure essentialiter. z sic propositio est falsa. sicut esset falsum dicere
pater dicit verbo. daretur intelligi qz verbum esset ratio producen-
di seipsum. z qz spiritus sanctus esset ratio producendi se vt amo-
rem spiratum. Si autem accipiatur vltimo modo in quantum p-
diligere datur intelligi habitudo originis. et habitudo quedam
innominata tunc est vera in isto sensu. vel sub isto sensu pater et
filius diligunt se spiritu id est producant spiritum sanctum habentem
habitudinem ad patrem et filium. Alii dicunt qz pater et fi-
lius diligunt se spiritu sancto id est dilectione que appropriatur
spiritui sancto. Ad argumentum patet per vltima verba que
stionis.

Secunda questio tricesime secunde
distinctionis vbi qritur vtruz pater sit sapiēs sapiētia genita
Videl qz sic. naz Aug. 6. de tri. hoc videt dicere. f. qz pa-

ter est sapiens sapientia quas genuit. Ad oppositum est Aug. 7. de trini. qui expresse dicit q̄ non sit verum. In hac questione non sunt opiniones ideo primo dicuntur aliqua. secundo dicitur ad questionem. Quantum ad primum est notandum q̄ sicut in intellectu creato memoria gignit noticiam actualem que noticia habet duplicem relationem ad memoriam. vnaz producti ad producens. aliā declarantis ad declaratum. Pro eo q̄ declarat obiectum latens in memoria ita verbum diuinum expressum a patre habet vnā relationem originis ad patrem. quia generatur ab illo. et habet aliam relationem declaratiuam q̄ declarat cum a quo est. et se et creaturas. vt autem declarat se non dicit relationem realem. quia eiusdē ad se non est relatio realis vel distinctio realis que reperitur in relationibus realibus. Secundo vt declarat creaturas non dicit relationem realem q̄ dei ad creaturas non est relatio realis vt in. 30. dis. dictum est. Secundo notandum q̄ sicut noticia genita declarat obiectum latens in memoria. sic et producens noticiam genitam etiam declarat aliter tamen et aliter. quia noticia genita declarat formaliter. producens noticiam declarat effectiue. Exemplum huius. speculum representat ymaginem formaliter. producens autem speculum dicitur representare quasi effectiue. Tertio notandum q̄ in diuinis aliqua sunt pure essentialia sicut sapientia et similia. Aliqua sunt pure notionalia vel personalia vt genitum q̄ soli filio conuenit aliqua mixta ex essentiali et notionali vt cum dicitur sapientia genita. Tunc ad questionem dico q̄ ista est falsa. pater est sapiens sapientia genita. quod probatur per Aug. li. 1. retractationum. vbi retractat q̄ dixit q̄ pater erat sapiens sapientia genita. Secundo probatur per rationem magistri in lra. in deo idem est esse et sapere. sed pater non est sapientia genita. igitur pater non est sapiens sapientia genita. Item circumscripta sapientia genita per impossibile pater esset sapiens. igitur non est sapiens sapientia genita. Ad auctoritatē in prin. 82 q̄ eaz Augustin. retractat.

Irca distinctiones tricesimam tertiam et tricesimam quartam videbuntur aliquę questiones que communiter ab aliquibus ponuntur in octaua distinctione. Primavtruz persona sit idem q̄ essentia. Videtur q̄ nō quia sunt idem in primo modo. Ad oppositum persona includit rationem que distinguitur ab essentia. ergo ipsa persona ab essentia. Et quia in his distinctionibus doctor est breuis. nam

ponende formalitates dicitur q̄ sic. quia in deo ponuntur sapientia et bonitas que sunt formalitates. Sed si quis dicat iste formalitates sunt res. dicitur q̄ sic vt res capitur pro illo quod ē extra intellectum. sed si capiatur res extra positue pro illo quod p̄ se potest habere esse seperatum et existerie dicitur q̄ non. quia in diuinis non est nisi vna res. Ad argumentum in principio dicitur q̄ illud dicitur nihil quod non est in existētia actuali. sicut existētia in potentia obiectiua. iste autem formalitates sunt existētes et per consequens reales.

Quarta questio tricesimequarte distinctionis

in qua queritur vtrum in deo sunt intellectus agens et possibilis. Videtur q̄ non. nam in deo non est agere nec pati. ergo nec intellectus agens nec possibilis. Ad oppositum intellectus est perfectio simpliciter. ergo est in deo formaliter et c. Ad questionem dicitur q̄ cum in nobis inueniantur et sint perfectionis oportet q̄ in deo inueniantur. Sed pro maiori declaratione videbuntur quatuor. primo si in deo sit potentia intellectiua. secundo si in deo est intellectus agens. tertio si in deo est intellectus possibilis. quarto vtrum intellectus possibilis producat actum intelligendi. Quantum ad primum articulum fuit opinio Iohannis de prato q̄ in deo non est potentia intellectiua sed actus intelligendi. sed hec opinio non est vera. Sed opinio cōmunis et vera est q̄ in deo est potentia intellectiua cum sit formaliter intelligens. Sed est sciendum q̄ in nobis quadruplex perfectio inuenitur circa quadruplicem modum intelligēdi. Prima est potentia intellectiua. Secūda species rei in intellectu. Tertia actus elicitus. Quarta habitus seu scientia. Sic suo modo in deo est quadruplex perfectio. prima potentia intellectiua. secūda species rei. tertia actus intelligendi. quarta habitus. Sed differenter sunt iste perfectiones in nobis et in deo. quia potentia intellectiua in nobis differt realiter a specie et ab aliis. sed in deo ista sunt idem realiter licet differant formaliter. Quantum ad secundum articulum vtrum in deo sit intellectus agens est opinio Thomę prima parte. q. 79. articulo. 4. q̄ intellectus agens ponitur ad irradiandum fantasmata. et sic solum ponitur in anima coniuncta. sed non in separata. nec in angelo nec in deo. imo probatur. Secundus modus Denrici q̄ ponitur ad sequestrandum quidditatem obiecti a conditionibus materialibus. Et illi dicunt sicut Thomiste. improbatur. Tertius modus q̄ ponitur

ad irradiandum intellectum possibilem. qz intellectus possibilis de se est obscurus. improbat. qz illustrare pertinet ad potentias corporalem. Quartus modus doctoris qz ponitur ad producendum verbum vel actum intelligendi in nobis. Quantum ad tertium articulum vtrum in deo sit intellectus possibilis. dicitur qz sic. qz secundum Aug. non minus e ponendus intellectus possibilis qz voluntas possibilis. sed in deo ponitur voluntas possibilis. ergo intellectus. Item cum in deo sit intelligere qd conuenit possibili. ergo in deo est intellectus possibilis. Quantum ad quartum articulum vtrum intellectus possibilis producat actus intelligendi. et eliciat. dicitur qz licet intellectus noster possibilis in recipiendo speciem patiatur. sed dum exit in actum intelligendi vt dixi di. 3. agit. naz intelligere est actio immanens. 6. ethico rum. et est in intellectu possibili. igitur est agens. cum actio sit in agente. 3. phicoz. Sed deus recipit sic species. dicitur qz non. qz non intelligit per species sed per essentiam suam. nam non mensurat ab exterioribus qz tunc eius intellectus vilesceret. Sed intelligere est agere vel pati. dico qz potest dici agere modo exposito scz dum intellectus exit in actum intelligendi. vel dicitur qz intelligere est nec agere nec pati. sed est habere in se formaliter actum intelligendi vt dicit franciscus. Sed deus intelligit se et alia a se per essentiam suam. dico qz sic. Et patet per pbm p. de aia. vbi dicit contra Empedoclem. Qz si deus ignoraret litem esset imperfectus. Deinde qz si deus ignoraret ea que nos ignoramus esset factuissimus. 12. metha. Preterea. 12. metha. dicit Commentator qz scientia dei est causa rerum quod non esset veruz nisi cognosceret res alias a se. Item ad hoc ipemet comentator in li. de celo et mudo dicit qz ipse laborauit diu in hoc passu et non potuit intelligere. deus autem durit cum in cognitionem illius veritatis. qz deus intelligat se non est dubium. nam cum intellectus nostri sit reflexiuus supra se et diuinus. et sic potest se intelligere. Sed qd est principium intelligere vel dicere. Ad hoc dicit filius cuiusdam qz intelligere. Et ratio est. nam a quo aliud est. est prius illo quod ab alio e. sed dicere habetur ab intelligere patet. nam dicimus. quid est dicere. dicitur qz est aliquid per modum intellectus producere et sic primo videtur intelligere qz dicere. Sed quod prius alio actus volendi vel actus spirandi. dicitur qz si considerentur in patre et filio clarz est qz primo fuit actus volendi qz spirandi. nam no qz diu pater et filius se amauerunt spiritum sanctum producerunt. Sed dum habuerunt voluntatem secundam vt supra declarauit

Ad argumentum in principio dicit qz in diuinis non est actio sed productio. et isti intellectus ponuntur in deo quorum vnus e productus. s. intellectus agens. alius operatiuus sicut intellectus possibilis.

Ira distinctione tricesimamquin

tamvtr in deo sint relationes eterne ad oia scabilia quid ditatiue cognita. Videtur qz sic. Aug. octuagintatium qdnum. q. 15. Ideo sunt forme eterne et incommutabiles in mente diuina no absolute. ergo respectiue. et no nisi ad alia a se vt quid ditatiue cognita. Ad oppositum. igitur ille relationes essent reales qd est contra dicta etc. In ista qdne de ydeis doctor ponit tres opiniones. Prima est sancti Thome prima parte summe q. 15. articulo. 2. et Rodofredi dicentium qz ydee sunt relationes eterne in deo ad alia cognita vt ea distincte intelligat. Secunda opinio est Denrici qdlibeto. 5. q. 3. et qdlibeto. 7. q. 1. et 8. et qdlibeto. 9. q. 2. dicentis. qz iste ydee siue relationes sunt in essentia diuina vt est primum obiectum cognitum. Post du dicit doctor tertia opinio. ponit ydeas siue relationes tales in actu intelligendi. Et habent talem rationem. in intelligere nostrum s. pbm. 5. metha. habent respectum ad intelligere sicut mensuratum ad mensuram. ergo non respectum infinitum sicut diuinum. nam haberet respectum ad infinita intelligibilia quia vt finitus est habet respectum ad vnum intelligibile. igitur cum intelligere diuinum sit infinitum in ipso intelligere suo erunt infinite relationes ad infinita intelligibilia. Sed veniendo ad questionem sunt quatuor videnda. primo quid sit ydea. secundo si sunt ponende in deo. tertio in quo sunt principaliter ponende. 4. qualiter sunt ponende.

Quantum ad primuz articulu dico

qz ydea est forma intellectualis exemplaris. Qz sit forma patet p Aug. in li. octuagintatium qdnu. q. 4. dicit. Ydea grece idez e forma latine. qz sit intellectualis ibidez habet in eodez loco. qz sit exemplaris patet. qz e productiua rei ad extra p Aug. Sed quid e ydea s. alios dicit sanctus doctor qz e respectus rationis nostre fundatus in essentia diuina. imbat. Alii dicunt qz ydee sunt essentia diuina continens in se perfectiones oim. Et hec e bona opinio. Dicit Scotus qz ydee nihil aliud sunt in deo nisi res obiectiue cognite vt obiectu cognituz ab intellectu diuino. Aug. dicit sic qz ydee sunt re alia exemplaria existentia in essentia diuina distinguntur formaliter ab essentia sicut pprietas vt persona. Sed quid sit ydee s. Plato nem dicitur qz sunt rationes formales vniuscuiusqz. Et istas rationes

formales appellat Aristoteles exemplaria. Sed sunt negāde iste ydee Platonicē dico q̄ non. quia negatis ipsis negarentur principia. sed sunt ponende separate. 7 q̄ habeant esse separatus. Ad hoc dicunt aliqui q̄ hoc Aristoteles imposuit Platoni. qz Plato non sic intellexit. Alii dicunt aliter q̄ Aristoteles fuit bonus pbicus. sed prauus methaphisicus. Et quia iste ydee sunt multū separate 7 abstracte ideo Aristoteles male intellexit eas. 7 quod imponit Platoni male imponit. Quantum ad secundum articulum dicitur q̄ in deo principaliter sunt ponende ydee cui⁹ ratio est. quia in illo sunt ponende ydee principaliter qui est principium 7 auctor totius nature. sed deus est huiusmodi. ergo 7c. Tamen pro maiori declaratione huius articuli pono conclusiones quas ponit Aug. in li. octuagintatium questionum. Prima conclusio q̄ ydeis est fruendum hoc patet. nam nullo est fruendum nisi deo vel illo quod est formaliter in deo. sed ydeis ē fruendum secundum Aug⁹. ergo sunt in deo formaliter. Secunda conclusio q̄ ydee sunt adorande. tunc arguitur sic. nihil est adorandum nisi illud sit deus maxime adoratione latine. sed ydee sūt adorande s³ Aug. ergo sunt deus vel aliquid existens formaliter in deo. Tertia conclusio q̄ ydee sunt formaliter in deo. Et hoc probatur sic. nihil est sapiens formaliter nisi per sapientiaz existentē in ipso formaliter. sed deus est sapiēs formaliter p̄ ydeas secundum Aug. g⁹ 7c. Quarta conclusio q̄ ydee sunt eterne persuadetur sic. Nihil est eternus nisi deus. Sed ydee sunt eterne scdm Aug⁹. ergo deus. Et his habetur q̄ ydee sunt ponende in deo formaliter. Quantum ad tertium articulum in quo sunt principaliter ponende ydee. dico q̄ in intellectu diuino patet. qz nobilissimus modus producendi non deficit in vniuerso. sed nobilissimus modus producendi est per intellectum 7 voluntatez et per rationes ydeales. ergo 7c. Quantum ad quartum articulum dico q̄ in intellectu diuino secundum nostrum modum intelligendi est tria considerare scz ipsum intellectum 7 actum intelligendi. 7 essentiam diuinam que representat se 7 alia 7 alia. Certum est autem q̄ ydee non ponuntur in intellectu. nec in actu intelligendi vt sic. sed ponuntur in essentia. Essentia autē accipitur dupliciter scz vt obiectum cognitum. et vt est ratio cognoscendi. tunc ille res representate in essentia diuina cognite in deo obiectiue ad cuius similitudinem res extra producuntur. dicuntur ydee s³ mentez doctoris. Sed aliquis diceret ergo ydea erit obiectum cognitum ab intellectu diuino illud obiectum adorabitur 7 fruemur illo. dico q̄ sic. nō rōne sui sed in spatiōe ad intellectuz

diuinum. Ad argumentum in principio patet quomodo loquitur Augustinus de ydeis 7c.

Secunda questio tricesimequinte

distinctionis vbi queritur vtrū omnia cognita a deo habeant ydeam in ipso. Videtur q̄ sic. Jobānis p⁹ Qd factum est in ipso vita erat. Ad oppositum. multe quidditates sunt quasi tenebra. sed deus lux est 7 tenebre nulle sunt in eo.

Circa istam questione sunt tres modi dicendi. Unus est sancti doctoris prima parte. q. 15. articulo. 3⁹ que sic colligitur ex corpore questionis. 7 ex solutione argumentoz. dicit sic q̄ ydea ponitur principium scientie. et causalitatis in quantum est principium scientie spectat ad intellectum speculatiuū. Et sic dicitur ydea in quantum est principium causalitatis spectat ad intellectuz practicum. et sic dicitur exemplar. Ad propositum dicit sic. q̄ omnia cognita habent ydeam in deo in quantum ydea est principium scientie. non autem omnia habent ydeam in deo in quantum ydea est principium causalitatis. quia quod non est nec fuit nec erit nō habet ydeam in deo. nec materia. qz non potest per se existere. nec genus aliam ydeam a specie habet cuz in illa cognoscatur. nec in diuidua aliam ab ydea speciei quia nō addunt vltra speciez nisi materiam. Et materia non habet ydeam. nec passiones habēt aliam ydeam ab ydea speciei vel suorū subiectozum. Alia opinio est q̄ dupliciter possumus loqui de re scz prime vel secunde intentionis. Res vero secunde intentionis non habent ydeam in deo. Res autem prime intentionis distinguuntur in rem naturalem et in rem artificialem. Res artificialis non h³ ydeam in deo. Res autem naturales ad huc distinguuntur. quia quedam sunt ad se. quedaz ad aliud. Res ad aliud sunt septem predicamenta. 7 ista non habent ydeam. quia quod non habet propriam realitatem non habet ydeam. Sed relatio non habet realitatem preter realitatem fundamenti. nec accidentia nec partes substantiales preter ipsum totum habent ydeam secundum istum. Alia est opinio quaz teneo q̄ omnia habent ydeam in deo. omnia dico positua siue encia naturalia siue artificialia. genera. species in diuidua relationes materia composituz. 7 partes. Cuius ratio est. naz ydea est res obiectiue cognita. Sed omnia predicta sunt res obiectiue cognite. igitur omnia predicta habent ydeam in deo. Ad oppositum patet per ea que dicta sunt.

Arca distinctionem tricēsimam sex

tam queritur utrum fundamentum relationis eterne ad deum ut cognoscentem habeat vere esse essentie. ex hoc quod est sub tali respectu. i. si creature antequam creentur habent verum esse essentie distinctum ab esse existente. Videtur quod sic. Apocalipsis. 4^o propter voluntatem tuam omnia que erant sunt. non erant nisi in essentia. 8^o et cetera. Ad oppositum Joban. p^o omnia per ipsum facta sunt.

In principio solutionis ponitur opinio Denrici de eternitate existentium in summa. arti. 2. q. 23. et 24. et quodlibeto. 8. q. 9. in fine. et quodlibeto. 9. q. 1. et 2. et quodlibeto. 11. q. 3. Et hec opinio tenet quod creature ab eterno habent aliquod esse essentie distinctum ab esse existente. et huius intentionis est franciscus in primo. Sed veniendo ad questionem dicitur quod non distinguuntur. quod sicut se habet lux lucens et lucere. sic se habent essentia et actualis existentia. sed lux et lucens sunt idem realiter sicut Augustinus. igitur illa sunt idem realiter.

Sed pro maiori declaratione quatuor videbuntur. primo ponitur quatuor conclusiones. 2^o veniam ad punctum questionis. 3^o utrum essentia rei creabilis sit necesse esse. 4^o utrum sit aliquod reale ex natura rei creabile. Quantum ad primam ponuntur aliquę conclusiones. Prima quod essentia rei creabilis non precedit suam actualem existentiam ordine durationis patet. nam aliter sequeretur quod prius duraret quam existeret. Secunda conclusio quod essentia non precedit actualem existentiam ordine originis patet. nam aliter actualis existentia originaretur ab essentia quod est falsum. nam actus non originatur a potentia. sed ab illo quod est actu. Tertia conclusio quod essentia precedit actualem existentiam ordine nature patet. quod essentia potest concipi sine existentia et non e contra. Quarta conclusio quod essentia precedit actualem existentiam ordine perfectionis patet. nam essentia habet perfectionem a se. existentia autem ab alio. Quantum ad secundum articulum utrum essentia distinguatur realiter ab actuali existentia sunt duo modi. Primus Thomas qui dicit quod sic. quia essentia potest separari ab actuali existentia. improbat. Secundus modus dicendi est nostri doctoris quod essentia et actualis existentia non differunt realiter. quod esset necessarium quod utrumque esset res. sed essentia licet sit aliquid rei non tamen est res. Item quod si realiter distinguuntur. unum realiter existit sine altero. sed essentia non realiter existit sine existentia. 8^o et cetera. Uterius dicit quod non distinguuntur formaliter cum habeant eandem definitionem licet bene ex natura rei. Quantum ad tertium articulum utrum essentia rei creabilis sit necesse esse. franciscus dicit quod

sic. quia impossibile est non esse. et in hoc franciscus ponit duodecim fundamenta di. 42. fortissima. ubi probat quod essentia distinguatur ab existentia. et quod essentie sunt ab eterno. Item quod non dependet ab aliqua causa ideo filius in divinis quod est necesse esse non dependet a patre. Secundus modus doctoris quod essentia rei creabilis non est necesse esse quod si esset necesse esse sequeretur quod essentia multa necesse esse. quia sunt multe et quasi infinite essentie. sed non est nisi unum necesse esse secundum fidem scilicet deus. ergo et cetera.

Quantum ad quartum articulum utrum essentia rei creabilis sit ens reale. Aliqui dicunt quod sic. quod est preter animam et non fabricata ab anima. ergo realis. Secundus modus dicit quod non est ens reale. nam omne ens reale vel est eternum vel temporale. sed essentia non est temporalis. nam semper esset in tempore quod est falsum. nam essentia rose modo in hyeme non est. nec eterna. quia secundum fidem solus deus est eternus. Alii dicunt quod est realis a realitate dei. et non a realitate sui. Sed pro solutione argumentorum francisci nota quod creature antequam producantur sunt in potentia et sunt possibles produci. et illa potentialitas qua creatura dicitur ab eterno possibilis non est aliqua potentia in creatura formaliter existens. cum ipsa creatura sit nihil. sed est precise ipsa divina potentia denominans producibilia. unde sicut eadem scientia qua deus scit creaturas creature sunt scite a deo et non aliqua scientia in ipsis formaliter existente. sic eadem potentia qua deus potest producere creaturas creature sunt possibles ab ipso produci. et illud possibile nihil est creature. et sic dicimus quod creature ab eterno habent esse possibile per esse divine potentie absolute. et habent esse productum per creationem et exercitium divine potentie.

Ad arguendum in primo dico quod erant non in se sed in mente divina

Secunda questio ubi ponitur utrum

creatura in esse suo quidditativo seu obiectivo distinguatur ex natura a deo. Videtur quod non. quod sunt unum realiter et sic non distinguuntur. Ad oppositum. deus est purus actus et iste in esse obiectivo sunt potentia. 8^o et cetera. Ad quod dicitur quod distinguuntur quod deus est purus actus et creatura in esse obiectivo est potentia. Sed circa istam questionem quatuor videbuntur. primo videbitur punctus questionis. 2^o ponentur tres conclusiones. 3^o tres veritates. 4^o utrum producibilitas creature sit per intellectum notitiam. Quantum ad primum dicitur quod creatura in esse suo quidditativo distinguitur a deo ex natura rei patet. nam creatura est dependens et deus non. ideo distinguuntur. Item quod deus habet esse simpliciter

creatura secundum quid. Quantum ad secundum articulum ponuntur iste conclusiones. Prima quod creatura in esse obiectivo non distinguitur realiter a deo. nam aliter deus posset esse sine illa. Et si sic aufereretur a creatura creabilitas. et a deo potentia creandi. quod non est dicendum. Secunda conclusio quod creatura in esse obiectivo distinguitur formaliter a deo patet. nam inesse actuali distinguitur formaliter. ergo inesse obiectivo. Ista contra tenet. nam actus et potentia non variant rationem. formalem. Tertia conclusio quod creatura inesse suo quidditativo vel obiectivo distinguitur a deo essentialiter patet. quia in suo actuali esse distinguitur a deo essentialiter. ergo in esse suo potenciali si illud esse suum sit.

Quantum ad tertium articulum ponuntur iste veritates. Prima quod creabilitas non inest creature in esse suo quidditativo in primo modo dicendi per se prout dicitur producibilitatem patet. quia producibilitas est passio. et passio non conuenit in primo modo dicendi per se. Secunda veritas quod creabilitas non inest per accidens. nam aliter posset esse creatura sine creabilitate quod est falsum cum subiectum non possit esse sine passione. Tertia veritas quod creabilitas non inest creature simpliciter sed simpliciter. quia sicut creatura simpliciter producit. sic producibilitas inest sibi simpliciter.

Sed pro maiori declaratione creature conueniunt quatuor signa in quantum est producibilis. in primo signo conueniunt que sunt in primo modo dicendi per se. in secundo signo nihil aliud. in tertio proprie passiones. in quarto signo que ei conueniunt per accidens. Quantum ad quartum articulum videtur producibilitas inest creature per actum nostri intellectus. dicitur quod non. quia producibilitas est passio. sed passiones non insunt per actum nostri intellectus. ergo etc. Ad argumentum in principio dicitur quod licet sint idem realiter cum hoc tamen distinguntur ex natura rei.

Arca distinctionez tricesimam septimam queritur utrum deus sit ubique. Videtur quod non. quia in psalmo dicitur. celum mihi sedes est. Ad oppositum celum et terram ego implebo. Ad questionem dicitur quod sic. Et hanc veritatem magister probat per Ambrosium li. de trinitate. Sed in hac questione quatuor videbuntur. primo si deus est ubique. 2. quod per quid est formaliter ubique. 3. si esse ubique est proprium dei. 4. quibus modis generaliter loquendo est ubique. Quantum ad primum sanctus doctor prima parte. q. 8. articulo primo sic probat. oportet agens esse coniunctum ei in quod immediate agit. Sed deus

agit immediate in omnes res omnibus rebus. ergo deus est in omnibus rebus. et per consequens est ubique. maior patet. 7. philosophorum ubi philosophus probat quod mouens et motus sunt simul. minor probatur quia esse creature est proprius effectus dei. non placet hoc doctori. Ab aliis sic probatur. illud ens spirituale quod habet ordinem ad omnia est in omnibus. sicut deus habet ordinem ad omnia gubernando et seruando. ergo deus est in omnibus. et sic ubique. Scotus dicit quod conclusio ista est credita et non potest probari. tamen si aliqua ratio est efficax inter omnes ratio magistri esset efficacior ad probandam istam conclusionem que talis est. Deus aut nusquam est aut ubique est. aut alicubi non. aut ubique non. primo modo patet. nec secundo modo quia non esset ratio quare plus esset ibi quam hic. ergo est ubique. Quantum ad secundum articulum dico quod ratio essendi deum ubique est sua infinitas. quia illud est ratio essendi deum ubique quo posito deus est ubique. Et quo circumscripto deus non est ubique. sed circumscripta dei infinitate et simplicitate deus non esset ubique. ergo etc. Quantum ad tertium articulum dico quod esse ubique est proprium dei. quod probatur per Ambrosium in li. de spiritu sancto. Spiritus sanctus inquit in omnibus est et ubique est semper. quod ubique deitatis et dominationis est proprium. Quantum ad quartum articulum dico quod deus loquendo generaliter tribus modis est ubique scilicet per presentiam potentiam et essentiam. Cuius ratio est ista. nam deus aspicit creaturas per intellectum et voluntatem et illapsum. per intellectum quidem est ubique per presentiam. per voluntatem est ubique per potentiam. per illapsum est ubique per essentiam. nam essentia dei cuiuslibet creature entitati habet illabi. Notandum autem quod preter istos tres modos generales quibus deus est ubique adhuc est deus ubique modo speciali quia est in sanctis per caritatem et gratiam. Item est in christo per unionem verbi ad naturam humanam. que unio est nobilissima et excellentissima. Ad argumentum in principio patet per iam dicta.

Arca distinctionez tricesimam octauam queritur utrum scientia dei sit causa rerum. Videtur quod non. quia tunc res essent per intellectum diuinum quod est falsum. cum intellectus sit principium representatum et non elicatum. Ad oppositum est magister in littera. Ad questionem dicitur quod sic. cum magistro. et commentatore duodecimo methaphysice. dicentes quod scientia dei est causa rerum. Sed circa hoc dico duas conclusiones. Prima quod deus est causa rerum per intellectum

sive per scientiam et voluntatem. Que conclusio probatur sic. **N**ud quod non producit per intellectum et voluntatem refertur relatione reali ad suum productum. sed deus non refertur relatione reali ad res. ergo deus producit per intellectum et voluntatem. Item sic dicit sanctus doctor. sicut se habet deus ad res creatas. sic artifex ad artificia. Sed artifex producit artificium per intellectum et voluntatem. igitur deus producat res per intellectum et voluntatem. **S**ecunda conclusio quod deus principalis est causa rerum per voluntatem et per intellectum quod probatur sic. Quando aliqua sic se habent quod unum est principium representatiuum. et aliud est principium elicitiuum et productiuum. principalis est principium productiuum et representatiuum. sed intellectus est principium creaturarum representatiuum. voluntas autem est principium elicitiuum et productiuum. ergo voluntas est principalis principium et intellectus. Item in omni ordine causarum illa est principalior que est domina sui effectus. sed voluntas est huiusmodi. ergo voluntas est principalior causa. **A**d arguendum in primo respondetur per secundam conclusionem.

Arca distinctionem tricesimam anno

nam queritur utrum deus habeat noticiam determinatam omnium rerum et tempus ad omnes conditiones existentie. sic quod illa noticia sit infallibilis. Videtur quod non. quia deus prenucciavit per Isaiam mortem Ezechie que non euenit Isaie. 28. et tamen loquebatur ex parte dei. **A**d oppositum Damascenus. 33. Deus eterne qui absconditor es et cognitor. qui nosti omnia ante et fiant. **I**n hac questione ponuntur tres opiniones ad videndum quomodo certitudinaliter deus cognoscit omnia. Prima opinio est Boncuventure li. 1. di. 35. et dicit. quod si habet infallibilem noticiam est propter ydeas. Secunda est sancti Thome prima parte summe. q. 14. arti. 9. et 13. dicentis quod totus defluxus temporis. presens est eternitati. et sic quod deus cognoscit futurum contingens non solum ut est in causa sua. sed etiam ut existens ex eo quod futurum coexistit nunc eternitati. Tertia est eius sancti Thome prima parte summe. q. 14. arti. 13. in solutione principali. Et argumentorum Godofredi quia possunt esse necessaria creata respectu diuine essentie et tamen contingenter respectu secundarum causarum. **I**n speciali autem dum venit ad soluendum quoniam que est. an deus necessario sciat omnem conditionem existentie omnium. ponit solutionem sancti Boncuventure li. 1. di. 38. arti. 2. q. 2. distinguens istam. deus necessario scit secundum propositionem et diuisionem. **A**lii dicunt quod deus cognoscit futura contingenter.

gentia. ideo quia cognoscit cursus causarum secundarum et naturalium. **S**ed reprobatis his opinionibus est opinio doctoris et haec quod intellectus diuinus ab eterno cognoscit futura contingenter cognoscendo determinationes sue voluntatis. ubi primo supponitur quod prima causa totius contingencie est voluntas diuina. Ex quo arguitur sic. Intellectus diuinus ab eterno cognoscit determinationem voluntatis diuine. et non impedibilem. sed voluntas diuina cum sit prima causa totius contingencie ab eterno determinat omnia futura contingenter. ergo ab eterno intellectus diuinus cognoscit futura contingenter cognoscendo determinationem voluntatis sue. **S**ed hic sunt duo dubia. Primum quod videtur ex dictis quod deus determinet voluntatem meam ad actum meritorium qui actus est contingens. et sic tollitur libertas voluntatis. Dico quod licet deus determinet illum ad bonum non propter hoc tollitur libertas voluntatis eius. nam illa determinatio est de inesse. et necessaria de inesse. tamen cum illa stat contingenter de possibili. **S**ecundum dubium quare magis determinat ad vitam Petrus et Martinus cum merita non precedant. Dicitur quod predestinationis non est causa nisi sola voluntas dei. quia sic ei placet. **A**d arguendum in primo dicitur quod pronunciauit cum conditione.

Secunda questio tricesimenone di

stinctionis ubi queritur utrum in vniuerso eueniant aliqua contingenter. Videtur quod non. quia non videtur proportio mutabilis obiecti et immutabilis scientie. nam scientia requirit obiectum immutabile. sed deus habet scientiam. ergo immutabilem. **A**d oppositum est si des quod determinat quod est contingenter in rebus. **C**irca hoc est vna opinio probata falsa. quod nihil euenit contingenter. sed omnia necessario. nam aliter scientia dei falleretur. Sed ista opinio est falsa et contra sanctos. Et probatur eas improbat. 2. per armenias. Et potest sic improbari. Nullus laudatur vel vituperatur de his que necessario faciunt. Sed homines laudantur et vituperantur de his que faciunt. ergo non necessario faciunt. maior et minor habentur a. 3. ethi. Item si omnia euenirent necessario non esset consilium. sed consilium ponitur ab Aristotele. 3. et. 6. ethi. 6. et. Sed pro maiori declaratione duo faciam. primo dicas ad punctum quoniam. 2. ponas aliquas interrogationes quas aliqui committere faciunt. **Q**uantum ad primum breuiter dicitur quod in rebus est contingenter. nam qui non ponit contingenter tollit a rebus iusticiam. Sed iusticia non est tollenda a rebus. ergo in rebus est contingenter. maior pars nam ad iustum pertinet quod remuneret merentem. et puniat demerentem. **S**ed meritum et demeritum ad contingenter pertinent. ergo et.

Quantum ad secundum articulum ponuntur aliquae interrogationes. Prima cur creauit deus animam meam. si sciuit eam esse damnandam. Dicunt aliqui quod propter decorem vniuersi. alii ut iniusticia dei ostenderetur in malorum punitione et bonorum retributione. Secunda interrogatio quare deus predestinauit istum et illum presciuit. dicitur quod non est causa predestinationis ut supra dixi licet bene prescitionis. nam quare figulus ex eadem massa facit unum vas cum quo quis seruiat regi. et ex eadem massa aliud contumeliosum. Dicitur quod non est causa nisi sola voluntas artificis. sic in proposito. Tertia interrogatio. Si deus creauit me damnandum si debeo sibi dare gracias. dicitur quod sic. quia secundum Scotum melius est esse et damnatum. quam non esse. cum non esse nihil sit. Quarta interrogatio. cur deus permittit tantum malum postquam potest tollere. dicitur quod bene potest de potentia absoluta. sed de potentia ordinata aliqui dubitant dicendo quod oportet quod eueniant ne iniusticia sua euanescat. vel ut in eo reluceat iniusticia. Quinta interrogatio. quare deus non facit nos in peccabiles. dicitur quod ut non essemus similes animalibus brutis. habemus enim liberum arbitrium quod bruta non habent. Sexta interrogatio. quare oportet laborare illum qui predestinatus est nam faciat quicquid voluerit saluabitur. dicitur quod ut det gracias deo de tanto beneficio. Sed quid dicitur de damnatis quare facient bona postquam debent damnari. Dicit sanctus doctor quod ut allevietur pena. Sed hoc non valet. nam deus iam scit punctum pene sicut scit esse damnatum. ideo oportet dicere quod oportet bona facere propter exercitium virtutis. et propter bonum virtutis quod in ipsa relucet ad quod naturaliter sumus inclinati. p. 2. ethi.

Septima interrogatio. quare deus reprobauit Judam vel alium damnatum. Petrum vero predestinauit. hic dicitur quod deus sciuit ab eterno quod Petrus et Judas debebant peccare. sciuit quod Petrus resurgeret a peccato Judas vero non. ideo deus damnat hominem quia scit eum damnandum. Nota hic quod licet deus habeat scientiam malorum et bonorum et sciendorum. sed deus non est causa nisi bonorum. nam malorum deus non est causa. sed eorum durities. Et si dicatur deus habet noticiam infallibilem necessariorum et contingentium. ergo illa contingentia necessario venient. Dicitur quod deus habet noticiam contingentium quod contingenter euenient. sed non quod necessario. Alii aliter respondent quod deus non habet scientiam necessariam de contingentibus necessitate absoluta vel simpliciter. sed habet scientiam necessariam de contingen-

tibus necessitate suppositionis vel conditionata. quod pro eodem accipio. Sed hic est magnum dubium quomodo voluntas dei indeterminata ad opposita ab eterno potest se determinare ad alterum istorum sine sui mutatione. Doctor noster dicit quod sic. Et quod simile est de voluntate nostra. nam voluntas nostra est in potentia ad actum. sic quod precedit actum. Item est in potentia passiva ad diuersos et oppositos actus. Tertio voluntas nostra per diuersos actus determinat se ad diuersa obiecta. Quarto voluntas nostra ut tendit in diuersa obiecta producit diuersos effectus. quia vero duo prima dicunt imperfectionem ideo non ponuntur in deo. accipiendo autem tertium et quartum dicitur dicit quod sicut voluntas creata per diuersos actus potest se determinare ad plura. ita quod per actum nouum determinat se ad aliquod nouum. ita voluntas diuina per unum actum illimitatum continentem virtualiter omnem actum potest se determinare ab eterno ad hoc vel ad illud. ita quod voluntas diuina per unum actum illimitatum potuit facere quicquid posset fieri per omnes actus formales in creaturis. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

circa quadragesimarum distinctionem

queritur utrum predestinatus possit damnari. Videtur quod non. omne preteritum simpliciter est necessarium. quia secundum philosophum. 6. ethicorum. hoc solo priuatur deus infecta facere quecumque facta sunt. Ad oppositum. nam si hoc esset verum non esset suadendum alicui de obseruantia preceptorum et consiliorum etc. In hac distinctione non sunt opiniones ideo respondendo affirmatiue dico quod predestinatus potest damnari. quod patet Apocalipsis. 3. ubi dicitur. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Et ideo circa hoc videbimus duo. Primum si predestinatus possit damnari. Secundo si deus potest aliquem de nouo predestinare. Quantum ad primum articulum dico quod loquendo in sensu composito predestinatus non potest damnari imo est impossibile. et hec compositio est sic intelligenda. Quem deus predestinauit predestinat et predestinabit non potest damnari. Loquendo autem in sensu diuisionis predestinatus potest damnari. hoc patet sic. Predestinatio dicit actum voluntatis diuine quo ordinatur creatura rationalis ad gratiam et gloriam. sed voluntas diuina ordinat istam creaturam ad gratiam et gloriam contingenter. quia ad nihil extra necessario se habet. non autem ordinat eas contingenter nisi posset eam non predestinare. igitur predestinat

potest non predestinari. et per consequens damnari. non quod ambo ista ponantur simul cum sint opposita. nec successiue quia non succedunt instantia in eternitate. ponitur autem utrunque diuisim in instanti eternitatis. Sed aliquis diceret. si deus scit quod damnabitur quare predestinat eum. Dicitur quod ad hoc ut bonitas dei videatur. et malicia creature et sua inconstantia damnetur. Exemplum aliquis dominus diligit aliquem dicit ei. ecce do tibi istam gratiam ut scias dilectionem et bonitatem meam. serues eam ne perdas. sin autem cruciaberis. si illa vero perdit et crucietur digne illud fit. et in illo demonstratur benignitas domini et ingratitude serui. et ideo si punitur iuste punitur. Sic in proposito. Quantum ad secundum articulum. an deus possit aliquem de nouo predestinare sunt opinioniones contrarie. Una dicit quod sic. quia plus potest voluntas increata sine sui mutatione quam voluntas creata absque omni mutatione. sed eadem volitione qua vult finem potest de nouo velle aliud ad finem voluntas creata. gratia et diuina. Alia opinio dicit quod non quia quicquid potest voluntas determinate velle potest intellectus intelligere. sed intellectus diuinus non potest aliquid de nouo intelligere alias ante fuisse imperfectus. gratia voluntas non potest aliquid de nouo predestinare. De his opinionibus tene quam volueris. Sed circa istas materiam quis diceret. Ex quo deus me determinauit saluandum illa determinatio est necessaria. et si necessaria necessario veniet. dicitur quod est necessaria necessitate de inesse. id est necessitate determinationis sed non est necessaria de possibili. id est non est necessaria necessitate executionis. Et hoc sonat quod cum determinatione de inesse stat contingetia de possibili. Ad argumentum in principio dicitur quod illa predestinatio non transit in preteritum licet coexistat preteritis et ceteris.

Circa distinctionem quadragessimam

primam queritur utrum predestinationis et reprobationis sit aliquod meritum. Videtur quod sic causa predestinationis. nam dicitur in Apocalypsi. ideo regnat cum deo. et Augustinus dei cum illis est illatio effectus ex causa. Ad oppositum est Augustinus in libro retractationum. In principio ponitur opinio Augustini super epistolam ad Romanos. quod si bona opera non sunt in presentia dei respectu predestinandi bene tamen fides. quam opinionem postmodum in libro retractationum retractat. Secunda opinio est magistri dicentis. nullum fore meritum predestinationis vel reprobationis. Et arguit contra se magister ex illo Augustini. octuagintatium questionum. quod 9. et 68.

ubi dicitur quod predestinatio venit de occultissimis meritis. Et respondet magister istam auctoritatem Augustinum retractasse in simili. sicut illam ad Romanos. Sed contra obicit doctor quidam scilicet Denricus quodlibeto. 8. quod 5. in fine. quia librum super epistolam ad Romanos edidit quando solum erat presbiter. librum autem octuagintatium quod nonum quando erat episcopus. non est verisimile quod si retractat aliquid de illis libris quos fecit quando erat minus sciens quod etiam aliquid retractet de illis quos fecit quando erat magis sciens. Tertio ponitur opinio sancti Thome prima parte summe. quod 23. articulo. 5. quod ex parte dei nulla est querenda ratio quare hunc predestinauit et illum reprobauit nisi voluntas siue beneplacitum. Extrinseca autem potest poni ratio scilicet preces auctorum vel ratio manifestationis misericordie diuine in bonis et iusticia in reprobis. Contra istam positionem arguit doctor solennis quodlibeto. 5. quod 5. et quodlibeto. 8. quod 5. Ex eo quod nullus deus factus culpe aut pene est de perfectione vbi quod tamen exigeret si ad manifestationem diuine iusticie reprobi damnarentur. Et ideo idem Denricus aliter dicit quodlibeto. 4. quod 14. et ubi supra. actus diuinus potest accipi dupliciter. vel ut est a deo et sic actionis diuine non est ratio. vel ut terminatur ad aliquod passum et sic bene.

Sed veniendo ad questionem dicitur quod non est meritum predestinationis nisi sola voluntas diuina. nam Augustinus ad Romanos. dicit de Jacob et Esau cum nondum nati essent nec aliquid boni aut mali egissent ex deo vocante dictum est. maior seruiet minori.

Sed multum has causas inquirere est difficile ideo Augustinus in epistola ad Romanos clamat in fine huius tractatus. O altitudo diuiciarum scientie et sapientie dei quam incomprehensibilia et cetera. Item Augustinus super Iohannem. quare hunc trahat et illum non noli diudicare si non vis errare. Et magister dicit in littera. in hoc melior est fidelis ignorantia quam temeraria scia. Et propheta dicit. Iudicia dei abissus multa. id est deo timendum est ne curiose querentes hunc abissum demergantur in abissum. Sed reprobatis superioribus opinionibus est opinio Scoti que stat in duabus conclusionibus. Prima conclusio quod predestinationis nulla est causa. Secunda quod reprobationis est aliqua causa. Prima probatur sic. Deus solo beneplacito suo determinat hunc hominem ad esse. gratia solo beneplacito suo determinat hunc ad bene esse. id est ad gratiam et gloriam. Secunda persuadetur sic. Damnatio non videtur bona nisi quia iusta. vnde Augustinus super Beneficia. Non prius deus fit ultor quam aliquis sit peccator. sed reprobatio siue damnatio non esset iusta nisi subesset causa. ergo reprobationis est aliqua causa.

Sed Scotus notat q̄ in reprobatione ⁊ predestinatione non est similis ordo. nam in predestinatione deus primo vidit Petrum in primo signo. in secundo signo vult sibi vitam eternam. in tertio signo vult sibi ea que sunt necessaria ad hoc consequendum. sicut gracia ⁊ bona opera. Sed in reprobatione est alius ordo. q̄ in primo signo occurrit Judas. in secundo signo videntur mala opera eius. in tertio signo determinatur ad penā eternam. Et hec signa omnia intellige in intellectu speculativo anteq̄ veniat voluntas. sic q̄ quando voluntas determinavit Petrum damnandum iam intellectus speculativus ostendit voluntati Petrus ⁊ eius damnationem in diversitate signorum. Ad argumentū in principio dicitur q̄ non est causa simpliciter.

Circa distinctionē quadragesimaz

secundam queritur vtrum deum esse omnipotentem possit probari ratione naturali. Videtur q̄ sic. nam dicit Ricardus de trini. primo. 12. c. q̄ ad omnia que fide tenemus sunt rationes necessarie. Ad oppositum. nulli phi vtentes naturali ratione. etiam quantumcunq; perfecte considerent deum sub respectu efficientis concesserunt eum esse omnipotentem secundum intellectum catholicorum 3. q̄. 2. In hac questione respondendo ad argumentum principale cum dicitur. notam esse omnipotentiam proprie sumptam. q̄ omnis probatio probans impossibile sequitur ex ea est sophistica. Respondet Egidius de Roma quodlibeto 5. q. 7. q̄ illa ratio est sophistica. nec potest solui per naturales rationem. q̄ vt dicitur sophistica et peccans in materia est habens aliquam premissam falsam. et non potest solui nisi per interemptionem illius premissæ. que tamen non potest cognosci interimenda per rationem naturalem. Circa istam questionem ē vna distinctio premittenda de omnipotentia. deinde soluetur questio

Quantum ad primum dicitur q̄ omnipotentia accipitur dupliciter. vno modo accipitur mediate inquantum per omnipotentiam agens potest in omne possibile mediantibus causis secundis. Alio modo accipitur omnipotentia immediate sc̄z quando agens ex se circumscripta quacunq; causa secunda potest in omne possibile. De omnipotentia primo modo loquuntur phi. sed de omnipotentia secundo modo loquuntur theologi. Sed veniendo ad propositum dico duas conclusiones. Prima q̄ omnipotentia dei primo modo dicta potest demonstrari de deo ratione naturali. et hoc si dei infinitas est naturaliter demonstrabilis. nam phi. 8. phicoz ⁊ 12. metha. per motum infinitum concedunt potentiam infinitam

et deum infinitum. ⁊ sicut concedunt deum infinitum ita omnipotentem. q̄ potest in omne possibile mediantibus causis secundis

Secunda conclusio q̄ deum esse omnipotentem. omnipotentia immediate sumpta sicut intelligunt eaz theologi. non potest probata isto demonstrari ratione naturali. tum q̄ est articulus fidei tum q̄ sic probaretur q̄ deus continet causalitatem causarum secundarum. Sed hoc non valet apud phos. q̄ si sol contineret causalitatem bouis non propter hoc concederent phi q̄ sol posset producere bouem immediate. tum q̄ phi non poterunt concludere ratione naturali deum posse contingenter causare. ergo non poterunt concludere naturaliter deum posse immediate in omnes effectum siue in quodcunq; in quod potest mediantibus causis secundis. Ad Ricardum in principio dicitur q̄ si sint necessarie rationes ad probandam omnipotentiam. non tamen sunt euidenter necessarie.

Circa distinctionē quadragesimaz

tertiam queritur vtrum prima impossibilitas rei fiende sit ex parte dei vel ex parte rei factibilis. Videtur q̄ impossibilitas sit ex parte dei. nam magister arguit distinctione sequenti q̄ vniuersum potuit fieri melius si deus posset sibi dare maiorem capacitatem. Ad oppositum est Anselmus de casu dyaboli. c. 3. q̄ deus dedit perseverantiam bono angelo ideo bonus angelus habuit ⁊ non. q̄ deus non dedit malo angelo. ideo non habuit. sed quia malus non accepit ⁊. In hac questione ponitur pugnant contra opinionem eiusdem opinantis. illud q̄ in quodlibeto. 6. q. 3. Henricus dicit de rerum impossibilitate vnde surgat aut ex deo vt sit bona consequentia. Deus non potest facere. 3. q̄ non potest fieri vel econtra q̄ ex rei impossibilitate dicatur deum non posse. Et ibidem determinat q̄ ex rei impossibilitate debet argui deum non posse non econtra vt sit consequentia econtrario non in ipso 3. q̄ phi p̄ thopicoz. Affirmatiue siquidem arguimus. de hoc potest. 3. q̄ est possibile. Negatiue aut econtrario. h. q̄ non potest fieri. 3. q̄ deus non potest. Oppositum manifeste dicit quodlibeto. 8. q. 3. ita q̄ patet. ibi est consequentia in ipso non consequentia econtrario. ita q̄ sicut affirmatiue sequitur. deus potest hoc. igitur est possibile. sic in eodem ordine sequitur. deus non potest hoc. ergo non est possibile. q̄ manifeste oppositum dicitur in 6. quodlibeto. 10. q. 3. Unde ad declarationem questionis ⁊ argumentorum hic positorum notandum q̄ 3. q̄ ipsum quodlibeto. 6. q. 3. sunt conside

randa in affirmatiuis & quantum ad propositum dum affirmatiuum principale dicit perfectionem simpliciter quatuor signa. Primum est in quo consideratur ipsa perfectio simpliciter secundum se ut in proposito potentia actiua secundum substantiam et ut quoddam absolutum. Secundum signum in quo consideratur potentia passiuua sibi correspondens secundum substantiam et ut aliud absolutum. ita quod in duobus signis primis correspondet absolutum absoluto. In tertio signo refertur potentia passiuua ad potentiam actiuam. & possibile ad potentem relatione reali & secundum esse. In quarto signo potens ad possibile. & potentia actiua ad potentiam passiuam relatione rationis. & solum sicut dicitur & habet in affirmatiuis. In negatiuis autem inquit isto modo non proceditur ut in proposito. quia impotentia non dicit nec perfectionem simpliciter nec imperfectionem aliquam. ideo primo deo non attribuitur ut dicatur aliquid possibile quod deus non potest. sed primo impotentia impossibili donatur & ex hinc non posse deus dicitur. hec ex illo. 6. quodlibeto. Sed quid ex his concludimus. dico quod deus non potest facere si natura rei non potest pati. et impotentia non est ex parte dei sed ex parte rei fiende. nam deus me angelum facere non potest. quia natura humana non est illius nature capax. Ergo quid dicemus ad hoc quod communiter dicitur deus est omnipotens. hic dicitur a sancto doctore prima parte summe. q. 25. articulo. 3. in corpore questionis quod deus est omnipotens quia habet vim productiuam respectu possibilium effectibilium & non effectibilium. ideo quia infinitus. sed hoc doctor improbat. Et Scotus dicit ad hoc quod deus non est omnipotens. quia habet vim productiuam respectu impossibilium. sed quia habet vim productiuam respectu possibilis & factibilis. Et illud respectu cuius habet vim productiuam habet esse in deo in potentia obiectiua. sicut rosa que non est modo actu tamen est producibilis. et circa talia possibilium produci est omnipotens et non respectu chimere que chimera non habet potentiam obiectiuam in deo. cum chimera nihil aliud sit quam quoddam impossibile deo. Sed deus potest facere aliquid impossibile. dicitur quod duplex est impossibile. scilicet sicut quid & simpliciter. Impossibile sicut quid deus potest facere ut quod duo corpora sint in eodem loco et dicitur impossibile sicut quid eo quod est impossibile naturaliter. sed non supernaturaliter. Sed impossibile simpliciter est quod nec est possibile per naturam nec supra naturam. ut quod preteritum non sit preteritum. Et illud deus non potest facere ut inquit Agaton. 6. ethicox. sed primum. i. impossibile sicut quid bene potest facere. Ad arguendum in principio dico quod magister supponebat quod mundus potuit esse maior

perfectionis capax. quia tunc melior fieret si daret sibi illa capacitas:

Circa distinctionem quadragésimam
 quartam queritur utrum deus potuit res melius facere quam fecit. Videtur quod non. quia tunc posset facere res inordinate. ut in prima factione non se habuit perfecte quod falsum est. Ad oppositum res aliter fieri quam facte sunt non includit contradictionem nec est necessarium. Ad quod dicitur quod sic auctoritate magistri & Augustini super Genesim ad litteram inquit Augustinus. potuit deus facere homines meliores qui non peccaret nec peccare potuisset. Circa istam quod dicitur oportet duo videre. Primum si deus potuit res & mundum meliorem facere quantum ad naturas creaturarum. Secundo si deus potuit meliorem facere quantum ad ordinem. Quod ad primum articulum dicitur a quibusdam negatiue. & habet quantum ad esse subale creaturarum. quia est subale cuiuslibet consistit in indiuisibili. & sic non recipit magis & minus. Alii dicunt quod deus potest facere mundum meliorem quantum ad esse subale. & quantum ad esse accidentale creaturarum. nam potest esse eorum libere creature habeat latitudinem & non consistat in indiuisibili. Et confirmat hoc quia totum uniuersum fuit melius in statu innocentie et sibi crit melius post diem iudicii. Item omnes anime sunt eiusdem speciei. & tamen una est melior altera etiam in partibus naturalibus. nam dicere animas christi non esse meliorem anima Jude est erroneum ut patet per articulum parisiensis condennatum. Quod ad secundum articulum. i. de ordine dicitur quod deus non potest facere mundum meliorem quantum ad ordinem creaturarum ad deum. nec quantum ad ordinem creaturarum inter se. nam quilibet ordo est optimus. & optimo non datur melius. Et hec est opinio aliquorum. Sed est opinio alterius doctoris quod deus potuit facere mundum meliorem tamen quantum ad esse subale. & quantum ad esse accidentale creaturarum et tamen in ordine creaturarum ad deum & in ordine creaturarum inter se. Sed omnibus his dicit quidam quod deus non potuit ullo modo meliores res facere quam fecit applicando eas per quibus fecit. Nam Beatus Iacobus vidit deus cuncta que fecerat & erat valde bona. valde bono nihil maius nam & ginem in ordine maternitatis non potuit meliorem facere quam fecit. se cuius esset si ea ordinasset in filium dei. vel quod erant bona res & mundus & cetera ista in suis speciebus. vel quoad illud necessarium mundo. scilicet non quod ad se quod non possent esse meliora. Ad arguendum in primo dicitur quod ratio illa ut illud antecedens si ponitur est falsum. quomodo vide in questione.

Circa distinctionem quadragésimam
 quintam queritur utrum deus velit alia a se. Videtur quod non. quia tunc in voluntate diuina fuisset relatio realis ad creaturas. & sequens est falsum & contra dicta & cetera. Ad oppositum. nam si non voluit ab eterno & nec modo vult de nouo. quia tunc esset mutabilis. ergo nihil vult.

Ad questionem dicitur quod sic scilicet Apollonius epistola prima. Nec est voluntas dei sanctificatio vestra. Sed posito et processu quod in deo est voluntas est videndum. Si deus vult alia a se. ideo est notandum quod creature habent duplex esse. vnum in quantum sunt obiecta cognita a deo ab eterno. aliud esse habent extra in quantum sunt producta. Et sic dico duas conclusiones. Prima quod deus necessario et ab eterno vult creaturas in quantum sunt obiecta cognita. Cuius ratio est. quia eadem necessitate vult deus creaturas ut obiectum cognitum qua necessitate vult se perfecte intelligere. Sed deus ab eterno vult se perfecte intelligere omne intelligibile. ergo ab eterno vult creaturas in esse cognito. Sed hic est dubium de malo quomodo deus malum cognoscit ut ponitur obiectum cognitum. ideo dicendum quod in deo ponitur duplex noticia. vna simplicis apprehensionis. alia approbationis. deus autem non cognoscit malum noticia approbationis. sed bene noticia simplicis apprehensionis. Secunda conclusio quod deus vult creaturas ut sunt extra contingenter tantum et non necessario. Cuius ratio est. quia si deus vult alia a se vult illa ut habent esse extra et per quem modus producit illa. sed producit se contingenter. ergo vult ea contingenter et non necessario. Ad argumentum in principio dicitur quod voluntas diuina sub ratione absoluta terminat respectum voluti ad ipsam et non sub ratione respectiva et c.

Intra distinctionem quadragesimam

sextam queritur utrum voluntas beneplaciti dei semper impleatur. Videtur quod non prima ad Timotheum. 2. deus vult omnes homines saluos fieri. non tamen omnes erunt saluati. 2. ad oppositum ad Romanos. 9. voluntati eius quis resistet. Ad questionem dicitur quod sic. ut habetur in psalmo. Omnia quecumque voluit deus fecit. Sed hic declarabuntur aliqua ad voluntatem diuinam pertinentia. Primo quid sit voluntas signi et quid voluntas beneplaciti. Ad quod dicitur quod voluntas beneplaciti est voluntas dei efficacis respectu cuiuscumque effectus producibilis vel producti. Sed voluntas signi est voluntas dei. non efficacis respectu eorundem. et cuius vna semper impletur ut voluntas beneplaciti vel efficacis. alia scilicet signi non semper impletur sequitur quod ista distinguantur scilicet voluntas signi et voluntas beneplaciti. Sed hic sunt quatuor difficultates. Prima si distinctio ista est omnino eadem cum distinctione illa de potentia ordinata et absoluta. et dicitur quod non. quia tam voluntas signi quam beneplaciti

placiti respiciunt potentiam ordinatam. Secunda difficultas. si ista distinctio est eadem cum illa de voluntate condicionata et absoluta. dicitur quod sic. nam voluntas signi videtur voluntas condicionata. sed voluntas absoluta videtur voluntas beneplaciti. Tertia difficultas est. que sunt signa voluntatis diuine dicitur quod plura ponuntur. videlicet. preceptum. eius prohibitio. consilium et monitio. et ista pertinent ad voluntatem signi. Sed permissio et impletio pertinent ad voluntatem beneplaciti. et sic velle efficacis. Quarta difficultas. si diuina permissio sit actus voluntatis posituus. dicitur quod sicut in nobis est duplex actus. vnus qui est velle efficacis. qui perficit rem cum potest. alius non efficacis qui non perficit. ita est nolle duplex scilicet efficacis qui prohibet rem. et non efficacis qui permittit et non prohibet. Sic est dicendum de deo suo modo.

Sed est dubium utrum permissio sit actus posituus. Dicunt aliqui quod permittere non est nisi non prohibere. Alii dicunt quod est actus posituus et quod deus concurrat ad actum peccati. id est ad posituum vel ad materiale quod pro eodem accipitur licet non ad difformitatem vel ad formale. Sed quomodo distinguantur voluntas antecedens et consequens. dicitur quod voluntas antecedens est que firmatur super regulas iusticie legalis in vniuersali. voluntas vero consequens dicitur illa que fertur super huiusmodi regulas in particulari. Exemplum voluntate antecedente deus vult omnes homines saluos fieri. sed voluntate consequente quia talis peccauit vult eum punire volitione efficacis. Ad argumentum in principio patet per ea que ponuntur in littera:

Intra distinctionem quadragesimam

septimam queritur utrum permissio diuina sit aliquis actus voluntatis diuine vel si vult mala fieri. Videtur quod sic. quia aliter non videtur deus hunc certitudinaliter scire peccatorem et c. Ad oppositum. permissio connumeratur cum aliis signis voluntatis diuine. sed preceptum non est aliquis actus elicitus voluntatis diuine. ergo multo magis nec permissio et c.

Circa istam materiam est primo vna distinctio premitenda. secundo est questio soluenda. Quantum ad primum articulum dico quod malum est triplex scilicet malum nature ut dum quis nascitur cecus. secundo est malum pene ut quo quis punitur. tertio est malum culpe quo quis reprobatur. Quantum ad secundum articulum dico tres conclusiones. Prima quod deus non potest velle malum absolute loquendo de ratione mali quia illud non potest

esse volitum quod est extra formalem rationem obiecti voluntatis. Sed malum sub ratione mali est extra rationem formalem obiecti voluntatis. ergo &c. Secunda conclusio quod malum nature et malum pene potest deus velle per accidens. nam illud potest esse volitum a deo per accidens unde provenit uniuerso malus bonum. Sed ex malo nature et malo pene potest venire uniuerso malus bonum. minor patet quantum ad malum nature. quia ex corruptione unius sequitur generatio alterius in uniuerso. Similiter probatur de malo pene eo quia provenit uniuerso manifestatio diuine bonitatis. Tertia conclusio est malum culpe potest deus velle fieri. Sed est opinio Dugonis quod malus culpe potest esse volitus a deo per accidens. quia malum pertinet ad decentias uniuersi. Alia est opinio magistri quod non. quia illud non potest esse volitum a deo nec per se nec per accidens. quod non potest habere bonus recompensans. Sed malus culpe non potest habere bonus recompensans. ergo &c. Est tertia opinio aliquorum modernorum que dicit quod deus non vult malum culpe voluntate efficaci. sed vult illud voluntate permissiua. Et ratio est quia permittit illud vel pro correctione facientis vel pro correctione recipientis. Et hanc bunc modum potest teneri tertia conclusio. Ad arguendum in primo patet per secundum articulum.

Intra distinctionem quadragesimam

octauam queritur utrum voluntas creata conformis voluntati diuine semper sit recta. Videtur quod sic. veritas intellectus creati est quandoque conformatur intellectui increato. ergo a simili de voluntate creata. tunc est bona quando confirmatur voluntati increate. Ad oppositum. iudei voluerunt christum pati et mori quod et christus voluit et tamen ipsi peccauerunt. nam de his dixit christus pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Ad quod dicitur quod non. nam deus voluit pati christum. et iudei siue crucifixo voluerunt pati christum. sed voluntas iudeorum fuit peruersa licet conformaretur voluntati diuine. Sed pro declaratione est aduertendum quod voluntates creatas esse conformes voluntati increate potest intelligi dupliciter. quia vel quoad ad volitum vel quoad hoc quod est regula volendi per modum precepti.

Deo habitis dico quod si quis utrum voluntas creata sit recta. si est conformis diuine voluntati in voluto dico quod non. ex hoc quod voluntas diuina est causa bonitatis in obiecto siue in voluto. nam ex hoc quod deus vult aliquid illud est bonum. voluntas autem creata eaduerso. quia voluntas creata non est causa bonitatis in obiecto. sed eaduerso. quia obiectum est bonum ideo voluntas illud vult. Si autem quis utrum voluntas creata conformis diuine voluntati per imitationem in se est regula volendi per modum precepti sit bona. dico quod sic

de necesse est deuenire ad aliquam volitionem. et ad aliquam voluntatem omnino inobliquabilem. sed hoc non potest esse nisi voluntas dei ergo si nostra voluntas ipsi conformetur non per similitudinem tantum. sed per imitationem ex eo quod sequitur ipsam per modum precepti ut est regula. est bona siue recta. Ad argumentum in principio dico quod non est simile quia veritas intellectus dependet a solo obiecto. bonitas autem voluntatis non dependet a solo obiecto sed ab aliis omnibus circumstantiis et potissime a fine. ergo ethicorum.

Secunda questio ultime distinctionis

et ultima est ubi queritur utrum in deo potentia volitiva et executiva distinguantur. Videtur quod non. nam dicitur in apocalypsi quod per diuinam voluntatem dicuntur omnia creata. ergo ipsa est principium creationis. Ad oppositum respectu aliquorum est voluntas respectu quorum non est potentia executiva. nam dicitur in Genesi. nolo mortem peccatoris. tamen multi moriuntur &c. Ad questionem dicitur quod sic. nam potentia volitiva est contingens quia libera. sed potentia executiva necessaria. Sed aliqua videbuntur. Primo inuestigabitur punctus questionis. secundo ponentur conclusiones. tertio an voluntas dei concurrat ad effectum immediate. Quantum ad primum articulum est opinio Thomae quod potentia volitiva et executiva non distinguantur. improbat. Est alius modus quod distinguuntur patet. quia unum est principium ad intra. scilicet voluntas. aliud ad extra ut potentia executiva. nam potentia executiva est principium ad extra. scilicet respectu creature. sed voluntas ad intra est principium spiritus sancti.

Quantum ad secundum articulum. sit prima conclusio quod in brutis iste due potentie distinguuntur quia habent distincta organa. nam executiva habet pedes pro organo. sed appetitiua corpus. Secunda conclusio quod in homine etiam distinguuntur executiva et appetitiua patet. nam appetitiua non impeditur. executiva aliquando sic. igitur distincta. Tertia conclusio quod etiam in angelo distinguuntur per rationem datam in secunda conclusione. Quantum ad tertium articulum an voluntas concurrat ad effectum immediate dicitur quod non. quia tunc non essent necessaria agentia secunda et cause secunde. nec oporteret poni illa. sed sunt ponenda per Augustinum. qui dicit quod res quas deus condidit sic administrat ut proprios motus agere sinat. Ad argumentum in principio dicitur quod licet per voluntatem omnia dicantur creata non per hoc tollitur distinctio ut patet in scriptura. Et hec de questionibus supra primum Scoti dicta sufficiant.

Tabula.

**Incipit tabula primi Scoti pauperum
in qua talis ducitur ordo. nam primo ponuntur
distinctiones. secundo questiones. tertio quoniam
articuli. et aliquando nonnullae difficultates.**

In Prologo.

**Utrum homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam
specialem supernaturalem inspirari ad quam non possit attinge
re lumine naturali intellectus agentis.**

Secunda questio prologi.

**Utrum cognitio supernaturalis necessaria viatori tradita sit suffi
cienter in sacra scriptura. hic habes multa contra hereticos.**

Tertia questio prologi

**Utrum theologia sit de deo ubi tres ponuntur questiones. Pri
ma dicta. secunda si est theologia de deo sub aliqua ratione speciali.
tertia si omnia ad illud subiectum attribuuntur.**

Quarta questio prologi

**Utrum theologia sit scientia. hic tres quoniam ponuntur. prima dicta:
secunda utrum ad aliam scientiam habeat habitudinem scilicet sub
alternantis vel subalternate. tertia utrum ad theologum pertines
ant tam contingentia quam necessaria.**

Quinta questio prologi

**Utrum theologia sit scientia practica ubi sunt quatuor articuli. primus
quid sit praxis. secundus quod sit differentia inter habitum practicum et specula
tiu. tertius unde habitus dicatur practicus. quartus responsiuus quoniam:**

Distinctio prima

**Utrum obiectum per se fruitionis sit finis ultimus. hic sunt tres arti. pri
mus de obiecto fruitionis ordinate. secundus de obiecto fruitionis in com
muni. tertius quomodo intelligitur fruitionem esse circa finem.**

Secunda questio

**Utrum ultimus finis habeat tantum unam rationem fruibilita
tis. hic ponuntur quatuor articuli. Primus de fruitione viatoris
quantum ad possibilitatem. secundus de fruitione comprehenso
ris loquendo de potentia dei absoluta. tertius de fruitione comp
rehensoris loquendo de potentia creature. quartus de potentia et frui
tione viatoris et comprehensoris de facto.**

Tertia questio

Utrum fruitio sit actus voluntatis. hic ponuntur tres articuli. primus

Tabula. 464 . 1

**Si dilectio et delectatio sunt idem realiter. secundus si fruitio est di
lectio vel delectatio. tertius responsiuus questionis.**

Quarta questio.

**Utrum ultimo fine apprehenso per intellectum possit voluntas non
velle illum. ubi ponuntur quatuor articuli. Primus de fine obscu
re apprehenso in vi. secundus de fine obscure apprehenso in particulari
tertio de fine clare viso in habente voluntatem perfectam per habitum
caritatis. quartus de fine clare viso in non habente habitum supernaturalem.**

Quinta questio

**Utrum deo conueniat frui. hic sunt quinque quoniam. prima dicta. se
cunda utrum viator fruatur. tertia utrum peccator fruatur. quarta utrum
bruta fruatur. quinta utrum omnia fruatur.**

Distinctio secunda.

**Utrum aliquid sit in entibus actu infinitum. hic ponitur alia que
stio scilicet utrum deum esse sit per se notum.**

Secunda questio

Utrum tantum sit unus deus. hec veritas probatur Septem viis.

Tertia questio

**Utrum communitate diuine essentie sint tres persone. hic sunt quatu
or quoniam. prima dicta. secunda utrum sint tres persone in essentia di
uina. tertia utrum in diuinis possit esse aliqua productio intrinseca
quarta utrum sint ibi tantum due productiones intrinsece.**

Di. tertia

**Utrum deus sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu viatoris.
hic habes aliam questionem scilicet utrum deus sit primum cognitum
a nobis naturaliter pro statu isto.**

Secunda questio

Utrum deus sit obiectum adequatum intellectus viatoris.

Tertia questio

Utrum verum sit obiectum intellectus nostri.

Quarta questio

**Utrum veritas creata et sincera possit naturaliter cognosci ab intel
lectu viatoris absque lucis in create speciali illustratione.**

Quinta questio

**Utrum in creatura sit vestigium trinitatis. hic ponuntur tres articuli
primus quid sit vestigium et quomodo distinguitur ab ymagine. secun
dus in quo existit et respectu cuius in deo sit ratio vestigii in cre
atura. tertius in quo fundetur respectus vestigii.**

Sexta questio

**Utrum in parte intellectiva proprie sumpta sit media bene species intelligibilis
h. . 2.**

Tabula.

Septima questio

Utrum memoria intellectiva sit conservativa speciei intelligibilis cessante actu intelligendi.

Octava questio.

Utrum in intellectu nostro sit noticia genita.

Nona questio.

Utrum intellectus sit causa totalis et activa actus intelligendi. vel si requiritur obiectus.

Decima questio

Utrum principalis causa noticie genite sit obiectum in se vel in specie presente vel ipsa pars anime intellective.

Undecima questio.

Utrum in mente sit ymago trinitatis. hic sunt quatuor articuli. primus quid sit ymago. secundus respectu cui in divinis sit ymago tertius qualiter sit in mente in nobis et in quibus actibus. 4^o si illa in quibus est differunt realiter inter se et ab essentia anime

Distinctio. 4.

Utrum hec sit vera deus genuit alium deum.

Secunda questio

Utrum ista sit vera Deus est pater filius et spiritus sanctus.

Distinctio. 5.

Utrum essentia divina generet vel generetur. hic sunt tres articuli. primus utrum essentia divina generet. secundus utrum generetur tertius quomodo concurrat essentia divina ad generationem.

Secunda questio

Utrum filius generetur de substantia patris.

Distinctio. 6.

Utrum deus pater genuit deum filium voluntate. hic ponuntur quatuor articuli. primus quid sit necessitas. secundus utrum pater producat filium necessitate. tertius ubi ponuntur conclusiones. quartus utrum pater filium producat naturaliter.

Distinctio. 7.

Utrum potentia generans in patre sit aliquid absolutum vel relativum.

Distinctio. 8.

Utrum deus sit summe simplex. hic habes quatuor articulos. primus in quo solvitur questio. secundus utrum cum summa simplicitate stet non ydemptitas vel distinctio. tertius utrum cum summa ydemptitate stet distinctio. quartus quot sunt modi ydemptitatis in divinis.

Secunda questio

Utrum aliqua creatura sit simplex.

Tertia questio

Utrum posito quod deus sit simplex. si deus vel aliquid dictum de

Tabula. hby .1.

deo sit formaliter in genere.

Quarta questio

Utrum cum summa unitate possit stare distinctio perfectionis essentialium precedens aliquomodo actum intellectus. hic ponuntur tres articuli. primus quid sit unitas. secundus est declarativus aliquarum conclusionum. 3^o utrum attributa distinguantur per intellectum.

Quinta questio.

Utrum solus deus sit immutabilis.

Distinctio. 9.

Utrum generatio filii sit eterna. hic ponuntur quatuor articuli. primus sub qua ratione ponitur generatio in divinis. 2^o si illa generatio est eterna. 3^o si est eadem eternitas patris et filii. 4^o si in illa eternitate est aliqua prioritas patris ad filium.

Distinctio. 10.

Utrum spiritus sanctus producat per modum voluntatis. hic ponuntur quatuor articuli. primus si in deo est voluntas. 2^o si in deo est voluntas sub ratione principii productivi. 3^o si spiritus sanctus producat per actum voluntatis. 4^o est dubiorum solutivus.

Distinctio. 11.

Utrum spiritus sanctus procedat a patre et filio. hic ponuntur quatuor articuli. primus positivus questionis. secundus utrum spiritus sanctus procedat a patre per filium. tertius quid sit principii productivi spiritus sancti. 4^o quid sit terminus formalis spirationis active

Secunda questio

Utrum si spiritus sanctus non procederet a filio posset stare distinctio realis ipsius a filio. vel si distingueretur ab eo.

Distinctio. 12.

Utrum pater et filius spirant spiritum sanctum in quantum omnino unum vel in quantum aliquo modo distincti. hic ponuntur quatuor articuli. primus si pater et filius sunt unus principius spiritus sancti. secundus si principiant ipsum in quantum sunt unus vel in quantum distincti. tertius si principiant ipsum uniformiter quartus si spiratio activa terminatur ad suum oppositum.

Secunda questio

Utrum pater et filius possint dici duo spirantes vel duo spiratores.

Tertia questio

Utrum pater et filius spirant uniformiter spiritum sanctum.

Quarta questio

Utrum per eternam primam origine producat vel spiret spiritus sanctus et filius. hic ponuntur 4. arti. primus si in divinis est ordo originis. 2^o si in divinis per prior origine filio. tertius si in illo priori quo per procedit filius patri

Tabula.

opetit aliqua operatio. vel si pater pri^o origine spirat spiritus sanctus & filius. quart^o si pater origine pri^o producit filium & spiritum sanctum
Di. 13.

Utr^o productio spiritus sancti sit generatio vel distinguatur ab ea.
Di. 14. & 15.

Utr^o quelibet persona diuina mittat quacumque personam vel mittat
Secunda questio

Utrum aliqua persona diuina mittat seipsam. hic primo queritur quid sit missio & quot modis capitur. secundo quomodo sunt aliqua essentialia & aliqua notionalia. tertio respondet questioni.

Tertia questio

Utrum relatio quecumque possit fundare respectum. hic ponuntur quatuor articuli. primus si relatio immediate possit fundare substantiam. secundus ut relatio immediate possit fundare relationem. tertius ut spiratio passiva possit fundare respectum. quartus utrum relatio diffiniatur per aliquid sui generis.

Distinctio. 16.

Utr^o in missione visibili spiritus sancti spiritus sanctus referatur ad creaturam. hic ponuntur tres articuli. primus de puncto questionis. secundus ut deus referatur ad creaturam per actum nostre rationis. tertius ut illa signa in quibus apparuit spiritus sanctus fuerint vera signa
Distinctio. 17.

Utrum in mente sit ponere caritatem. hic ponuntur tres articuli. primus utrum sit necessarium de potentia dei absoluta ponere caritatem creatam in anima nostra. secundus utrum deus possit de potentia absoluta aliquem acceptare sine caritate. tertius utrum necessario diligat hominem existentem in caritate.

Secunda questio.

Utr^o caritas vel quicumque habitus sit principium actuum respectu actus. ponit quatuor articulos. primus quid sit caritas infusa & quid acquisita. secundus ad quid ponitur caritas acquisita in anima. tertius ad quid ponitur caritas infusa in nobis. quartus si homo existens in caritate possit scire habere caritatem infusam.

Distinctio. 18.

Utr^o tota caritas persistens corrumpatur dum fit augmentum. hic ponuntur quatuor articuli. primus posito quod caritas augmentetur an augmentum sit per gradus. secundus respondet questioni. tertius posito quod illi gradus non corrumpantur utrum sint distincti vel idem realiter. quartus quomodo isti gradus faciunt unum.

Secunda questio.

Utr^o illud positum caritatis persistentis quod manet in aucto sit

Tabula. hbi 1.

tota essentia caritatis. hic habes quatuor. primum quid sit causa susceptionis magis & minus. 2^o si sit augmentabilis sui essentia 3^o per quem modum est caritas augmentabilis. 4^o si gradus sunt diuisibiles
Tertio questio.

Utr^o caritas augeatur per extractionem partis noue de potentia ad actum. & determinata ista questione ponit. si caritas in infinitum sit augmentabilis. & ponuntur tres articuli. primus ubi sunt aliqua dicta. secundus respondet proposito. 3^o si intellectus diuinus producit caritatem in esse cognito.

Distinctio. 19.

Utr^o persone diuine sint equales secundum magnitudinem. hic sunt quatuor articuli. primus quid est fundamentum equalitatis tam proximum & remotum. 2^o si persone diuine sunt equales. 3^o si equalitas dicitur relationem positiuam. 4^o si equalitas plurificatur in diuinis.

Secunda questio

Utrum una persona sit in alia per circumincessionem.

Distinctio. 20.

Utrum tres persone sint equales in potentia. hic ponuntur tres articuli. primus de distinctione potentie. secundus an persone sint equales in potentia. 3^o ad quid se extendit illa potentia in qua sunt equales.

Distinctio. 21.

Utr^o ista propositio sit vera solus pater est deus. hic sunt tres articuli. primus si unum relatiuum est de primario conceptu alteri. 2^o si dictio exclusiua addita uni relatiuo excludat aliud. 3^o de principali quesito.

Distinctio. 22.

Utr^o deus sit notabilis ab homine viatore aliquo nomine proprio.

Distinctio. 23.

Utrum persona secundum quod dicit aliquid commune patri & filio & spiritui sancto dicat precise aliquid secunde intentionis.

Distinctio. 24.

Utr^o in diuinis sit numerus. hic ponuntur quatuor articuli. primus utrum numerus sit ens reale vel rationis. 2^o si est forma absoluta vel respectiua. 3^o in quo ponuntur aliquae conclusiones. 4^o responsus questionis.

Distinctio. 25.

Utrum persona in diuinis dicat substantiam vel relationem.

Distinctio. 26.

Utrum persone diuine constituentur in esse personali per relationes originis id est per rationes proprias.

Secunda questio.

Utr^o relatio in creatura differat realiter a fundamento. hic ponuntur quatuor articuli. primus si in creaturis relatio est ens reale vel rationis. secundus utrum relatio creature sit idem suo fundamento

Tabula.

tertius a quo effectiue causatur relatio in creaturis. quartus per quem modum causatur relatio in creaturis.

Distinctio. 27.

Utrum verbum mentis create sit intellectio actualis. hic sunt duo articuli. primus si verbum quod foris sonat significat conceptum mentis. secundus questioni responsiuus.

Secunda questio

Utrum verbum in diuinis dicat proprie persone genite.

Tertia questio.

Utrum verbum diuinum dicat respectum ad creaturam.

Distinctio. 28.

Utrum ingenitum sit proprietas patris. hic sunt duo articuli. primus quomodo ingenitum conuenit patri. 2^o quodnis responsiuus

Secunda questio.

Utrum innascibilitas sit proprietas constitutiua patris.

Tertia questio

Utrum diuina persona constituatur in esse personali aliqua relatione positua ad secundam personam.

Distinctio. 29.

Utrum principium vno modo dicatur de principio sumpto personaliter notionaliter et essentialiter.

Distinctio. 30.

Utrum aliqua relatio dicatur de deo ex tempore. secunda questio utrum dei ad creaturam possit esse aliqua relatio realis.

Distinctio. 31.

Utrum ydemptitas similitudo et equalitas sunt relationes reales in deo. In hac questione ponit duos articulos. primus si equalitas dicit relationem in creaturis. secundus si dicit relationem realem in diuinis.

Distinctio. 32.

Utrum pater et filius diligant se spiritu sancto.

Secunda questio

Utrum pater sit sapiens sapientia genita. primo declarat questionem. secundo soluit eam.

Distinctio. 33. et 34.

Utrum persona sit idem quod essentia. sunt quatuor articuli. primus si essentia diuina distinguitur a proprietate relatiua circumscripto actu rationis. secundus quod essentia diuina et persona distinguntur ex natura rei. tertius quod persona et proprietas distinguntur ex natura rei. quartus mouet dubia.

Secunda questio

Tabula. li. 69. 1.

Utrum in deo sit distinctio. hic sunt quatuor articuli. Primus in quo ponuntur preambula. secundus vbi ponuntur septem veritates tertius responsiuus quodnis quomodo inuelligatur distinctio aliquorum

Tertia questio

Utrum in deo sint ponende formalitates. hic sunt quatuor articuli primus quid sit formalitas. secundus quid realitas. tertius si formalitas sit adequata realitas. quartus questionis responsiuus.

Quarta questio

Utrum in deo sint intellectus agens et possibilis. hic ponuntur quatuor articuli. primus si in deo sit potentia intellectiua. 2^o si in deo est intellectus agens. 3^o si in deo est intellectus possibilis. 4^o utrum intellectus possibilis producat actum intelligendi.

Distinctio. 35.

Utrum in deo sint relationes eterne ad omnia scabilia quidditatiue cognita. hic sunt quatuor articuli. primus quid sit ydea. secundus si sunt ponende ydee. tertius in quo sunt principaliter ponende. quartus qualiter sunt ponende.

Secunda questio

Utrum omnia cognita habeant ydeam in ipso deo.

Distinctio. 36.

Utrum fundamentum relationis eterne ad deum ut cognoscentem habeat vere esse essentie ex hoc quod est sub tali respectu. hic ponuntur quatuor articuli. in primo ponuntur conclusiones. secundus est responsiuus questionis. tertius utrum essentia rei creabile sit necesse esse. quartus utrum sit aliquod reale ex natura rei creabile.

Secunda questio

Utrum creatura in esse suo quidditatiuo seu obiectiui distinguitur ex natura rei a deo. hic ponuntur quatuor articuli. primus de puncto quodnis. secundus positiuus conclusionum. 3^o positiuus veritatum. 4^o utrum producibilitas creature sit per intellectum nostrum.

Distinctio. 37.

Utrum deus sit vbiq. hic ponuntur quatuor articuli. primus quodnis responsiuus. 2^o per quid est formaliter vbiq. tertius si esse vbiq. est proprius dei. quartus quibus modis generaliter loquedo est vbiq.

Distinctio. 38.

Utrum sciencia dei sit causa rerum.

Distinctio. 39.

Utrum deus habeat noticiam determinatam omnium rerum et quantum ad omnes conditiones existentie. sic quod illa noticia sit infallibilis.

Secunda questio

Utrum in vniuerso veniant aliqua contingenter. Dic ponuntur

duo articuli. primus questionis responsiuus. secundus interrogatorum rusticorum solutiuus.

Distinctio. 40.

Utrum predestinatus possit damnari. hic ponuntur duo articuli primus si predestinatus possit damnari. secundus si deus potest aliquid quem de nouo predestinare.

Distinctio. 41.

Utrum sit aliquod meritum predestinationis et reprobationis.

Distinctio. 42.

Utrum deum esse omnipotentem possit probari ratione naturali hic ponuntur duo articuli. primus positiuus distinctionis. secundus responsiuus questionis.

Distinctio. 43.

Utrum impossibilitas rei fiende sit ex parte dei vel ex parte rei factibilis. hic habes duo. primo respondetur questioni. secundo mouetur an deus possit facere aliquod impossibile.

Distinctio. 44.

Utrum deus potuit res melius fecisse quam fecit. hic ponuntur duo articuli. primus si deus potuit res et mundus meliores facere quantum ad naturas creaturarum. secundus si deus potuit meliorem facere quantum ad ordinem.

Distinctio. 45.

Utrum deus velit aliud a se. hic habes quomodo deus malum cognoscit.

Distinctio. 46.

Utrum voluntas beneplaciti dei semper impleatur.

Distinctio. 47.

Utrum permissio diuina sit aliquis actus voluntatis diuine vel si vult mala fieri. ponit duos articulos. primus distinctionum declaratiuus. secundus questionis solutiuus.

Distinctio. 48.

Utrum voluntas creata conformis voluntati diuine semper sit recta.

Secunda questio

Utrum potentia dei volitiua et executiua distinguantur. Dic ponuntur tres articuli. primus de puncto questionis. secundus positiuus conclusionum. tertius an voluntas concurrat ad effectum immediate.

Sequitur liber Secundus sententiarum.

Tractatus secundum librum Scoti

pauperum sit hec prima distinctio. Utrum primaria causalitas respectu omnium creabilium de necessitate sit in tribus personis. Videtur quod non Ricardus de trini. li. 3. c. 16. dicit si tantus esset vna persona adhuc esset in ea plenitudo potentie et sapientie. ergo posset producere omne possibile. Ad oppositum plus conueniunt tres persone in diuinis quam substantia et virtus in creaturis. sed ista non possunt separari in creaturis in operatione. ergo nec persone in diuinis. Ad questionem dicitur quod sic. Sed immediate ponitur opinio Denrici quodlibeto. 6. q. 2. Et dicit quod sic. Et illa opinio ponitur in aliquibus libris. in aliis vero non ponitur. Et Scotus et Denricus bene concordant in conclusione. sed differunt in modo. Nam Denricus vult quod verbum et spiritus sanctus sint rationes proxime creandi. vel quod aliquomodo compleant creabilitatem patris. Sed Scotus dicit illud esse falsum nam eadem creabilitas ita eque perfecta est in patre sicut in tribus et sic non completur illis. Sed pro maiori declaratione tria videbuntur. Primo si creabilitas inesse reali sit in tribus. Secundo si creabilitas inesse voluto vel cognito sit in tribus. Tertio si per impossibile non esset nisi vna persona. si posset esse in ea perfecta creabilitas respectu omnium creabilium.

Quantum ad primum articulum dicitur

quod illa creabilitas necessario est in tribus quod sic probatur. Omne principium contingens presupponit necessarium. sed principium necessarium ad intra comunicatur tribus scilicet. omnis secunditas que eis non repugnat. et sic comunicatur eis illud quod est principium productiuum communicationis ad extra. et sic in illo instanti in quo erit proximum principium in deo ad producendum aliquid quod contingens ad extra illud comunicabitur tribus. et sic creatio conueniet tribus. Quamuis ad secundum articulum dicitur quod sic. Et est intentio doctoris quod si pater filius et spiritus sanctus comparentur ad obiectum in quantum habent intellectionem voluntionem respectu illius in eodem instanti nature. et eque et equaliter volunt et intelligunt. Si vero comparentur in secundo instanti. id est. non quo ad obiectum volitum. sed ad volitiones inter se potest esse ordo. nam pater habet volitiones a se. filius et spiritus sanctus non a se sed a patre. et ideo erit prioritas originis.

Quantum ad tertium articulum dicitur quod si per impossibile

poneretur vna persona absoluta consequenter esset dicendum q̄ in tali persona absoluta similiter esset talis creabilitas perfecta. Et ista creabilitas perfecta ex ratione illius termini non videtur necessario includere q̄ ipsa sit in tribus personis. Sicut nec ex ratione istius termini includit rationes productionis ad intra licet illa in re necessario presupponeretur sibi. sicut nec posse ignire ex ratione sui includit necessario posse calefacere licet in re presupponatur. Sed productio mundi vel creabilium presupponit productiones intrinsecam verbi et spiritus sancti. Et si sic quomodo. Dicitur q̄ quatuor se habent per ordinem. Primus q̄ in diuinis possumus intelligere duplex instans vel signum. primum est instans nature secundum est signum vel instans originis. primum est q̄ in priori instanti vel signo nature pater intelligit essentiam suam antequam creaturas quas intelligit per essentiam suam sicut per suus primum obiectum adequatum. nam semper potentia prius fertur in suus primus obiectum q̄ in secundum. Secundum est q̄ in signo primo nature q̄ pater intelligit essentiam suam producit verbum q̄d patet. q̄ pro quocumq; signo nature habetur memoria perfecta in patre gignitur verbum. tum et q̄ relatiua sunt simul natura. ita q̄ in illo signo priori nature sunt plura signa vel instantia originis signata. Primum in quo pater habet in se memoriam perfectam. secundum in quo per vim memorie cōdicat filio gignendo ipsum. Aliud signum est q̄ in signo secundo nature quo pater intelligit creaturas in essentia sua in eodem cōmunicat filio cognitionem creaturarum in quo signo habet illam. et sic hoc productio verbi ut verbum est precedit cognitionem creaturarum in patre prioritate. Et in signo nature cōmunicatur in filio a patre producto. cognitio creaturarum quasi superueniens sibi iam producto in esse substantiali verbi et personali. alioquin si in priori signo pater haberet memoriam et noticiam creaturarum ut puta lapidum verbum gigneretur de materia lapidum q̄d falsum est. q̄ solum est verbum dei. ita et q̄ in isto signo secundo nature in quo pater intelligit creaturas in esse priori cognita sunt plura instantia originis signata. Primum in quo pater habet a se noticiam perfectam creaturarum. Secundum in quo eam cōdicat filio. et sicut dictum est ex parte intellectus in patre respectu productionis verbi et cognitionis creaturarum intelligendus est. ita ex parte voluntatis in patre et filio respectu dilectionis creaturarum et spirationis spiritus sancti. Ad argumentum in principio patet per tertium articulum.

Secunda questio prime distinctio

nis vbi queritur utrum deus possit aliquid creare. Videtur q̄ non habebatur. 2^o de generatione. idem manens semper est natum facere idem. 3^o non erit aliqua variatio in effectu nisi prius naturaliter ponatur in causa. Ad oppositum est fides. Ad quod dicitur q̄ sic Joban. 6. in principio. creauit deus celum et terram. Sed in hac questione ponitur opinio vel ratio Egidii et Roma quodlibeto. 6. q. 4. Et incipit. Pro ista opinione sic intēta arguitur sic. Et concludit q̄ ideo q̄ deus est agens perfectissimum nihil presupponit ad agendum. Sed doctor dicit q̄ illa probatio non concludit q̄ deus possit producere nouum propter hoc q̄ deus nihil presupponat in productione de quo producat. Et ideo pro ly nihil dicit doctor q̄ nihil potest capi dupliciter. vno modo pro nihilo secundum esse essentie. alio modo secundum esse existentie. Et iuxta hanc distinctionem dicit doctor solennis in summa arti. 2^o q. 23. et 24. q̄ capiēdo primo modo nihil. nihil potest creari. q̄ deus nihil potest producere q̄d non est possibile produci. capiēdo autem secundo modo nihil pro existentia potest aliquid creari.

Sed pro maiori declaratione duo sunt videnda. primum an esse a primo sit prius non ens formatum q̄ ens. secundum si creatio possit demonstrari. Quantum ad primum dicitur q̄ ens productum prius intelligi non ens q̄ ens. potest intelligi dupliciter. vno modo q̄ sic sit ex se non ens. i. q̄ ipsa non entitas sit formaliter de rei intraneitate. Et hic intellectus est falsus. Alio modo q̄ ens productus ante productionem non sit ens a se licet sit ens ex se. quia ex se dicit et includit entitatem ex quo productum est licet illam a se non habeat. Et iste intellectus est verus. Quantum ad secundum. si creatio potest demonstrari. dicitur q̄ creatio potest accipi tripliciter. vno modo pro productione non ex aliquo. et tunc dicitur q̄ potest demonstrari per rationes quodnis precedentis. Alio modo pro productione alicuius ab aliquo ita q̄ sic ordinatur ex non ente prius natura licet non duratione. Et isto modo non potest demonstrari. Tertio modo potest accipi pro duratione alicuius de nihilo ita q̄ illud nihil vel non ens sit prius q̄ ens duratione saltem. Et sic diceret philosophus q̄ productum ex tempore cuius scilicet esse precessit non esse duratione impossibile est esse eternum. et sic demonstratur. Sed posset demonstrari eternitas ut impediretur creatio. Ad hoc dicit sanctus Thomas prima parte. q. 45. articulo. 2^o q̄ Aristoteles non probauit. Alii pro parte Aristotelis solunt auctoritate sancti doctoris. Sed dimissis illis quatuor sunt motiua que Aristoteles mouerunt ad ponendum eternitatem. Primum si mundus factus fuit de nouo. ergo materia precessit. sed non informis. 3^o illud ens non fuit factum.

sed eternum. Secundum motus est eternus. sed motus non est sine mobili. ergo mobile eternum. et sic mobile eternum. ergo mutatio eterna. Tertium ex parte temporis. nam si mobile eternum et motus. et si motus eternus et tempus. Quartum ex parte agentis agens quod non habet impedimentum. et aliquando agit aliquando non mutatur. sed deus non mutatur. g. 24. Sed dico quod sicut fide teneo quod mundus factus est ex tempore et quod non fuit ab eterno. ita teneo rationes Aristotelis non esse demonstrationes. Et sic omnes maiores Aristotelis quatuor fundamentorum sunt negande vel antecedentia. si sint consequentia. Ad argumentum in principio dicitur quod Aristo. intelligit de agente naturali ut patet per eum ibi.

Tertia questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum sit possibile deum producere aliquid aliud a se sine principio. Videtur quod non. nam nulla productio potest esse ex nihilo. ergo omnis erit de subiecto. antecedens quia si producitur de nihilo. vel sicut de subiecto vel sicut de opposito. non sicut de subiecto quia ex nihilo nihil fit. nec sicut de opposito. nam vnum oppositum non fit ex alio sed corrumpitur illo. hec est ratio commentatoris. 8. phisicorum. commento. 4. Ad oppositum est Aug. 12. confessionum. fecisti domine de nihilo celum et terram 24. Ad questionem dicitur quod sic. Sed in hac questione introducuntur duo doctores contendentes ad inuicem. Primus sanctus Thomas prima parte summe. q. 44. articulo. 2. dicens quod deus potuit aliquid aliud a se producere sine principio. Secundus est Henricus quodlibeto. 1. q. 7. et quodlibeto. 9. q. 17. dicens. impossibile est aliud a deo esse sine principio. Et probat hoc dupliciter. Secundo probat hoc idem quodlibeto. 1. q. 8. Ex eo quod omnes species sunt equaliter in potentia. et ita sol potuit esse ab eterno. et asinus potuit eam generare. Et tunc deducit quod asini geniti usque nunc nec erunt finiti nec infiniti propter inconueniens. Tandem ostendit doctor quod neutra opinionum concludit. non quod opinio sancti doctoris non sit vera. sed quod non concludit secundum modum arguendi.

Sed pro maiori declaratione duo videbuntur. Primo quod aliqua productio est que non presupponit subiectum. Et hoc demonstrat primo ex parte producti. nam si productio materie presupponit subiectum et illud aliud. esset processus in infinitum. vel oporteret stare ad aliquod productum quod non presupponit subiectum. Secundo ex parte producentis. nam quod agens non agat sine subiecto ideo est. quia non continet totum effectum in virtute sua. Sed deus continet totum effectum scilicet materias et formam et oppositum

ergo non presupponit subiectum. Quantum ad secundum videndum est quod omne ens aliud a deo sit ab ipso tanquam a causa agente et hoc sentit Aristoteles. De primo arguitur sic. Primus principium est primum agens in vniuerso. Sed primum agens est causa agens omnium aliorum agentium aliquid in mundo. g. 24. maior patet. quia quod habet primam rationem actiuam est primum agens. aliter ista potentia esset ociosa. Sed primum principium habet primam potentiam actiuam quod patet dupliciter. Primo per rationem. quia primum principium est purus actus. sed per hoc quod est primus actus et purus habet primam rationem actiuam vniuersi cuiusque. ergo ei competit potentia agendi secundum quod est in actu. Secundo patet auctoritate. 8. phisicorum. cuius vltima conclusio sua est quod primum est potentie infinite. sed minor patet scilicet quod primum agens est causa agens omnium agentium. quia in ordine causarum finalium primum finis est causa finalis omnium finium. ergo in ordine agentium primum agens est causa agens omnium agentium. Et hec ratio tenet. quia primum in quolibet ordine causalitatis est causa omnium que sunt in illo ordine scilicet istam rationem causalitatis. Quod hoc sentiat Aristoteles patet. 12. metheor. dicit quod ab hoc principio dependent celum et tota natura. Et commentator expresse. 12. metheor. commento. 49. dicit quod sua scientia est causa entis. Nec potest dicere quod per modum finis quia statim in commento subiungitur. sicut res est causa scientie nostre. res aliquo modo sunt cause agentes scientie. ergo 24. Ad argumentum in principio dico quod fit ex nihilo non quod nihil sit subiectum. sed ex nihilo. id est post nihil. et sic ly ex dicit ordinem.

Quarta et quinta questio prime distinctionis

vbi in quarta queritur vtrum creatio angeli sit idem angelo. et in quinta vtrum relatio creature ad deum sit idem fundamento. Videtur quod non. nam angeli creatio non est nisi in primo instanti nature quando angelus accepit esse. sed angelus manet post primum instans et nihil manet sine eo quod est idem sibi realiter. ergo 24. Ad oppositum si est aliud ergo creator quod non conuenit. quia creatione noua aut medium inter creatorem et creaturam quod non conuenit. quia nullum est medium. aut posterius re creata quod non conuenit. quia est quasi via ad esse creature. ergo est idem. Primo respondet quinte questioni. et ponitur opinio Henrici quodlibeto. 5. q. 6. et 7. et quodlibeto. 7. q. 1. et quodlibeto. 9. q. 3. dicentis quod omnis relatio est eadem fundamento.

Tandem doctor disputando de relationibus in communi contra Denricum descendit et petit in speciali de relatione creature ad deum. Et ponitur opinio Denrici quodlibeto. 3. q. 9. dicentis quod relatio est idem fundamento. et hoc in quantum fundamentum nihil aliud est nisi quedam relatio ad deum. Hac improbata ponitur secunda opinio que est eiusdem Denrici quodlibeto. 9. q. 3. circa medium questionis in qua dicitur quod relatio angeli ad deum differt realiter ab existentia angeli. Sed opinio doctoris est quod relatio in creaturis differt realiter a fundamento contra Denricum. et sua datur sic. nam que ita se habent quod unum potest produci sine alio illa realiter distinguuntur. sed ita se habent relatio et fundamentum. nam si deus unam solam albedinem crearet nulli esset similis saltem formaliter que forte sic fundamentaliter. et sic esset fundamentum similitudinis sine similitudine formali. Quod etiam differant potest demonstrari. primo per viam causalitatis sic. Omnis effectus differt realiter a sua causa. cum nulla res se ipsam causare possit ex Aug. p. de trini. sed relatio aduenit de nouo fundamento et datur fundamentum sine illa. ergo et. Secundo via generationis. nam fundamentum generatur non generata relatione. g. et. Tertio per viam corruptionis. nam potest corrumpi relatio manente fundamento. ergo distinguuntur. Quarto per viam separationis. Etiam doctor confirmat suam conclusionem quod relatio distinguatur a fundamento per auctoritates. primo per Aug. 5. de trini. c. 5. In rebus creatis que non secundum substantiam dicuntur restat ut secundum accidens dicantur. ubi expresse vult quod relatio sit accidens in creatura. et si hoc non habet intelligi de relatione creature ad deum quia forte ibi esset dubium. tamen certum est quod de relatione illa que amitti potest manente fundamento et secundum veritatem et secundum intellectionem suam. Item Ambrosius p. de trini. c. 5. Si prius erat deus et postea pater generationis accessione mutatus est. Auertat deus hanc amentiam. ergo per solam accessionem relationis realis fieret mutatio in persona diuina secundum ipsum quod non esset nisi illa relatio esset res aliqua alia a fundamento. eo quia fundamentum preexistit. Item Hilarius 13. de trini. renasci quod erat. iam non tantum nasci est. sed se ipsum demonstrare nascendo. Et loquitur de natiuitate filii dei. et ibi nasci dicit relationem nouam. Item philosophus in predicamentis. Ad aliquid sunt quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. ergo relationes aliorum dicuntur. Sed fundamenta aliorum non dicuntur. quia sunt absoluta. ergo et. Sed diceretur ab aduersario concedo quod non sunt realiter idem fundamento. sed

nego quod sint res. nam sunt per actum intellectus comparantis. Contra hoc doctor ponit multa inconuenientia quibus dimissis narro unum. Primum quod sic ponendo ab anima destrueretur unitas vniuersi. quia secundum philosophum. 13. metaphisicorum. unitas vniuersi est in ordine partium ad se inuicem et ad primum. sicut unitas exercitus est in ordine partium exercitus inter se et ad ducem. Et hoc est contra negantes relationem esse rem extra actum intellectus. contra quos potest dici verbum. 13. methaphisicorum. quod tales qui sic dicunt inconuenientiam faciunt vniuersi substantiam. Sed quid dicendum erit de relatione creature ad deum. dicitur quod de ista aliter est dicendum quod de superiori. quia ista non potest separari a creatura. ideo est conclusio doctoris quod talis relatio creature ad deum est idem realiter fundamento non tamen idem formaliter. nec precise idem omni ydemptitate adequata. sic quod fundamentum sit relatio formalis

Ad primam questionem que quarta
in ordine dicebatur de creatione angeli dicitur quod creatio non videtur importare relationem ad deum in ratione cause efficientis. sed et respectum ad non esse precedens et hoc in ordine durationis ut proprie accipitur creatio. Sed iste ordo potest intelligi vel ad non esse precedens immediate. vel indistincte. primo modo dicitur tantum res creari in primo instanti. secundo modo potest dici res specialiter esse creata dum manet. Si loquamur de prima relatione scilicet ad causam efficientem patet solutio ex precedenti questione de creatione. id est quod creatio angeli est idem angelo maxime sumendo relationem pro respectu dependentie sine quo dependens non potest esse. nam ille respectus ad deum non tantum manet in primo instanti. sed semper dum res manet. Si loquamur de secunda relatione videtur quod illa non sit eadem fundamento. nam in primo fundamentum manet relatione non manente. sed manens et non manens non sunt idem. ergo et. Nota in quarta questione ad tertium argumentum quod eadem creatio numero non potest reparari in quantum dicit ordinem immediatum ad non esse. sed bene in quantum dicit respectum ad causam unde idem respectus potest reparari. nam eadem maternitas fuit in matre christi ad ipsum post resurrectionem que ante fuit. Ad argumentum in principio dicitur quod respectus ad deum non tantum manet in primo instanti. sed semper dum manet res et

Extra questio prime distinctionis
ubi queritur utrum angelus et anima differant specie. Videtur quod non. nam Aug. 3. de libero arbitrio dicit sic. angelus et anima sunt natura pares et officio ipares. sed paritas in natura non est in

differentibus specie. ergo qd. Ad oppositum anima plus dif-
fert ab angelo q̄ sensituum in brutis differat a sensituo in ho-
mine. sed sensituum in brutis et in homine differunt specie. g. qd.

Conclusio est certa q̄ differunt specie. sed ratio queritur. dicit
dominus Bonaventura li. 2. di. 1. in secunda parte articulo. 3. q.
1. q̄ ratio est vnibilitas et non vnibilitas. quia anima est vnibilis
corpori et angelus non. frater Alexander de ales prima secunde
collatione de substantia angeli. q. 5. dicit q̄ gradus maior et mi-
nor in inclinatione. nam angelus intelligit sine discursu anima cū
discursu. ideo differunt specie. Intentio tamen est doctoris q̄
angelus et anima non differunt per vnibilitatem q̄ ista posteriora
sunt. nec per inclinationem. nam etiam ista posteriora sunt. S3
differunt q̄ angelus ē talis natura ad se et anima talis natura ad
se. ideo a priori et per suas rationes formales distinguuntur specie.
Dicit ulterius q̄ nō distinguuntur specie sic q̄ sint due species. sed
sicut species et pars speciei. quia anima proprie non est species sed
pars speciei. i. hominis. et tamen ipsa est prima ratio distinguēdi
suam speciem cuius est pars ab angelo. ideo prima ratio distincti-
onis specificæ ex parte speciei sue ē anima. Sed hic est vna dif-
ficultas. si angelus et anima differunt specie quomodo potest ani-
ma eleuari ad eandem operationem specie circa obiectum vltimum
que est ipsa beatitudo vtputa ad visionem cum angelo. Dic pos-
set dici q̄ visio anime beate quā habet de diuina essentia et visio
ipsius angeli differunt specie licet obiectum idem et sub eadem ra-
tione sit. nec est inconueniens quia potentia est alia specie. Alii di-
cunt q̄ sunt eiusdem speciei quia actus sumunt speciem ab obiecto.
6. et bicozum. et licet iste actus primus et ille differant specie
vt considerantur absolute et in se non tamen secundum illam per-
fectionem quam virtualiter continent secundum quam sunt prin-
cipia actuum secundorum postq̄ sunt circa obiectum eiusdem ra-
tionis. Et hec est doctoris. Ad argumentum in principio
dicitur q̄ illa auctoritas intelligitur q̄ sunt natura pares idest q̄
non quietantur nisi in infinito obiecto. sed cum hoc differunt.

Arca secundam distinctionem que
ritur vtrius in existentia actuali angeli sit aliqua successio
formaliter. Videtur q̄ non. quia quantitas non potest
recipi in non quanto. ergo nec successio potest recipi cum sit quā-
titas in existentia angeli que indiuisibilis est. Ad oppositum
nō est necesse deum creare vnū angelū q̄ creat alius. g. successio

In ista questione introducuntur duo doctores pugnantes. Primus
est doctor sanctus Bonaventura li. 2. di. 2. articulo p. q. 3. qui di-
cit q̄ in actuali existentia angeli ē successio. Et probat quadripli-
ci via. Alius doctor ex aduerso est doctor solennis quodlibeto. 5.
q. 13. dicens. implicare contradictionem in actuali existentia ange-
li fore successionem. quia ibi non est nec prius nec posterius. Et p-
bat idem quodlibeto eodez. et quodlibeto. 9. q. 7. Et quomodo
differt eum dupliciter vt medium a tempore et eternitate et extre-
mis. Primo q̄ eternitas permanens mensurat sine possibilitate
mutationis. Tempus vero est mensura motus. Eum sic mensu-
rat permanens vt mutabilitatem non ambigat. Secundo q̄ eter-
nitas mensurat indeficiens et indefectibile. tempus deficiens et de-
fectibile. eum vero medians. q̄ mensurat indeficiens. sed tamen
defectibile idest potens deficere. Ad questionem dicit doctor
q̄ nulla est necessitas ponendi aliquod nouum vel successiuum in
angelo qd̄ sit in eo formaliter. nam quicquid est ibi potest mane-
re idem. sicut natura manet eadem et per consequens quilibet res-
pectus. consequens absolutum. vnde non videt necessitatez qua-
re oporteat ponere necessitatem nunc cui defluere a preterito in fu-
turum. cum omnia saluentur eque bene ponendo vnum eum si-
cut plura. Sed pro declaratione huius materie s3. Aug. in li.
de ciui. dei. eternitas est mensura esse permanentis non compassi-
entis secum mutationem. tempus est mensura motus rei seu essen-
tie mutabilis. eum est mensura esse permanentis compassientis
secum mutabilitatez in operibus suis. Alio modo eternitas ē mē-
sura non solum esse indeficientis sed indefectibilis. tempus defi-
cientis et defectibilis. eum non deficientis sed deficere potens.
Ad argumentum in principio dicitur q̄ non est intelligenda
in angelo talis successio realiter sed modo ymaginario.

Secunda questio secunde distincti-
onis vbi queritur vtrum in angelo actualiter existente ne-
cesse sit ponere aliquid mensurans existentiam vel duras-
tionem existentie eius aliud realiter ab ipsa existentia. Videtur q̄
sic. nam tempus differt realiter a motu per hoc q̄ mensurat ipsum
sicut probat pb̄s. 4. phicoz. et per hoc q̄ tempus non est velox
vel tardum. motus autem dicitur velox vel tardus et per alias ra-
tiones. ergo a simili aliud erit angelus et eius mēsurā. Ad op-
positum. mensura est quantitas. s3 in angelo nulla est talis. g. qd̄
In primo articulo ponitur opinio doctoris solennis quodlibe-
to. xi. q. xi. dicentis. ex multis eius indiuisibilibus multorum an-
l. 2.

gelorum eiusdem rationis componi vnus eorum quod est quantitas discreta in euiternis. sicut in corporalibus ex multis vnitatibus numerus resultat. improbat. Ad istam questionem dicit doctor quod in actuali existentia angeli non oportet querere aliquam mensuram intrinsecam a natura ipsius rei. quia nihil est ibi aliquid realiter a natura rei mensurate. mensura autem est natura rei aliud est a mensurato. et patet quia si poneretur in angelo aliqua mensura non poneretur in eo excedens nec excessa. sed equalis. nec enim illa existentia videtur posse esse mensura sui ipsius sicut in aliis quantitas ut distincte cognita potest concipi per partes in se confuse. et esse mensura ipsius secundum partes suas confuse cognitas. non ita est hic. cum ista existentia angeli sit indiuisibilis non potest concipi per partes confuse in se. quia eas non habet. igitur non est necesse in angelo existente ponere aliquid aliud ab actuali existentia quod sit mensura existentie actualis illius. et non solum autem non est necesse ponere absolutum aliquid pro mensura. sed nec relationem aliquam. quia non est necesse hic aliam relationem ponere quam illam que est ad causam efficientem vel conseruantem. et illa non est aliud a fundamento ex questione vltima prime distinctionis huius secundi. Ad argumentum in principio negatur quod in existentia angeli ponatur talis mensura que sit quantitas ut patet.

Tertia questio secunde distinctionis

vbi queritur vtrum omnium euiternorum sit vnus eorum
Videtur quod non. Eorum est passio euiterni. sed passio numeratur numeratione subiecti. cum ergo sint plura euiterna. ergo plura eua. Ad oppositum vnus est tempus omnium temporalium. 4. phisicorum. ergo vnus eorum omnium euiternorum.

Dic ponitur opinio Denrici quodlibeto. 5. q. 5. dicentis quod tot sunt eua quot euiterna. ita quod in quolibet euiterno sit aliquod indiuisibile proprium pertinens ad genus quantitatis. et ex multis talibus potest constitui numerus vnus. improbat. Opinio doctoris dicentis quod sicut dicitur de tempore. sic potest dici de eua. vno enim modo potest dici tempus duratio intrinseca motus cuiuslibet forme in mora existentis. et sic accipiunt aliqui grammatici tempus. et dicunt quod est mora motus rerum mutabilium. vel mora rei in motu vel quiete. Secundo modo potest dici tempus pro duratione mensurante motus. primo modo est in omni motu. secundo modo est tantum in motu primi mobilis secundum Aristotelem. 4. phisicorum. ita etiam potest dici de eua quod potest dupliciter accipi. vno modo pro duratione substantie immaterialis. seu pro duratione euiterni. et sic dicitur

quod tot sunt eua quot euiterna. alio modo potest dici euum pro duratione mensuratiua aliarum durationum. et sic dico quod est vnus secundum speciem omnium aliorum a primo quia alia mensurat. Sic ergo dico quod est vnus eorum mensuratiuus tantum. quia primum euiternum est vnus. vnus dico saltem secundum speciem. si ponantur plures angeli in suprema specie quibus per rationem specificam in suis durationibus conuenit ratio mensure ut supra dictum est. Euum autem in quantum dicit passionem vel proprietatem vel durationem multipliciter dicitur. sicut euiternum. Vel quidam soluit sic. Teneo igitur quod est dare ibi durationem que est mensura ex natura rei aliarum durationum. vtrius autem ratio mensure sit vna numero vel specie non intromitto me modo. cum non videatur ad presens quod oporteat mensuram esse vnam numero solum in vna specie. quia credo quod ratio mensure attenditur secundum rationem specificam. sicut albedo ex ratione sue speciei est mensura colorum non a qua dependet in essendo sed in cognoscendo. rationem enim mensure in creaturis saltem accidit vnitas vel pluralitas numeralis et potest stare cum vtraque. Sed nunc eui vel instans eui differt realiter ab eua. dico quod non. quia in mensura vel duratione simplici et indiuisibili non habente partem. et partem impossibile est quod nunc illius durationis differat ab ea realiter. sed est idem realiter cum ista duratione. sed duratio angeli est simplex sicut probatum est supra non habens partem et partem. ergo id. Quomodo ergo differt. potest dici quod modo ymaginario. et secundum compositionem ad diuersa. quia in quantum duratio angeli coexistit vel nata est coexistere cum toto tempore dicitur euum. sed in quantum potest coexistere cum nunc temporis dicitur nunc eui. Si vis quod aliter differant bene potest dici. nam aliqui dicunt quod formaliter. alii vero ex natura rei. alii ut dictum est supra solummodo ymaginario. Accipe quod melius est. Ad argumentum in principio patet in responsione questionis.

Quarta questio secunde distinctionis

vbi queritur vtrum operatio angeli mensuretur Eua
Videtur quod non. quia Aristoteles in li. de causis dicit sententialem quod operatio angeli mensuratur momento temporis et non eui. Ad oppositum operatio angeli non mensuratur tempore nec eternitate. ergo eua. Ponitur in principio opinio Denrici quodlibeto. 12. q. 8. dicentis operationem intrinsecam angeli tempore discreto mensurari. doctor improbat. Ad questionem dicit doctor quod cum operatio angeli non mensuretur eternitate cum eternitas sibi non conueniat. nec tempore cum successuum ut est tempus non subiectetur in permanente ut in angelo. cum non restet nisi euum. sequitur quod mensuratur eua.

Sed pro maior declaratione dico q̄ angelus potest habere triplicem operationem. vnam in corpore assumpto ⁊ circa corpus. secundam non in corpore tamen circa corpus. tertiam nec in corpore nec circa corpus. Prima operatio sc̄z quando angelus mouet corpus assumptum. q̄ talis motus est continuus. mensuratur ⁊o tempore vt quando mouetur de celo ad terram. Secunda operatio que est circa corpus non tamen in corpore vt cum angelus facit se in aere nec hic nec ibi. q̄ hoc potest facere continua operatione ⁊ discreta vt aliqui dicunt. si hoc faciat operatione continua mensuratur tempore. si discreta mensuratur quadam alia mensura que dicitur tempus discretum. licet hoc non placeat doctori. Tertia operatio est sua intellectio vel volitio. Et hec duplex. vna beata ⁊ vt dicitur cōmuniter. hec mēsuratur euo. alia naturalis eo modo quo ex propriis naturalibus cogitat. aliquando ⁊ hoc aliquando de alio. Et de tali operatione intrinseca variabili ⁊ non eterna. A parte post querit questio. si tales variabiles operationes mensurentur tempore vel euo. Et de hac dicit Dēricus vbi supra q̄ tempore discreto. doctor tamen dicit q̄ euo. nam q̄ diu est operatio angeli habet vniformem modum essendi. sicut existentia angeli habet etiam moram indiuisibilem totam simul licet defectibilem. ergo ⁊ vniformem mensuram essendi. Aduertendum tamen q̄ quinqz se habent in entibus per ordinem. primū est fluxus forme. secundum forma sc̄z quaz actualiter est fluxus. tertium est forma sc̄z quā potest esse fluxus. quartum est forma permanens in qua non est natus esse fluxus partium. tamen necessario habet formam consequentem in qua natus est esse fluxus vt sunt forme substantiales. quintuz in quo nō potest esse fluxus nec in aliquo consequente ipsum naturaliter. tria prima non mensurantur euo. quartuz per se mensuratur euo vt substantia generabilis ⁊ corruptibilis licet per accidens. hoc est sc̄z qualitatem naturalem consequentem eam mensuratur tempore. Aliis tamen videtur et mihi q̄ semper tempore mensuretur. quintum est qd̄ mensuratur euo ⁊ nullomodo tempore nec sc̄z se totuz nec sc̄z partem nec sc̄z se nec per accidens vt angelus. et per consequens sue operationes.

Ad argumentum in principio dico q̄ intelligitur de operatione extrinseca angeli de qua verum est vt patet in questione.

Quinta questio secunde distinctio
nis vbi queritur vtrum Angelus sit in loco. Videtur q̄ angelus non sit in loco. nam Boecius de ebdomadibus inquit. cōmunis animi conceptio est incorporalia in loco non esse

Ad oppositum est magister in littera. di. 37. In principio ponitur opinio Thomae prima parte summe. q. 51. articulo. 1. ⁊. 2. ⁊. 2. centis. Angelum esse in loco per operationem simpliciter. Et precise probat auctoritate Damasceni dicentis. Incorporea natura vbi adest ibi operatur. Sed hec opinio est improbata per articulum parisiensem. Ponit secundam opinionē. que opinio nō vult vti verbis suspectis vt dicat angelum esse in loco precise per operationem. sed dicit ipsum esse in loco per applicationes eius ad locum. Sed reuera isti in idem incidunt. quid enim est ista applicatio nisi angeli operatio. Et hec opinio est Rodofredi quodlibeto 8. q. 13. Ad questiones dicit doctor q̄ angelus est in loco nō sic in loco circumscriptiue. i. q̄ circumscribatur aere circumdante. et q̄ occupet locum. sed est in loco diffinitive q̄ sic est in hoc loco q̄ non in illo. vt aliqui glosant ly diffinitive. Et si dicatur est alia qua causa intrinseca quare angelus sit in loco. dicit doctor q̄ nō q̄ nulla est. sed est in ipso potentialitas passiuā qua potest esse in loco q̄ non repugnat sibi. et ideo non oportet querere q̄ sit in loco actu q̄ non oportet q̄ sit in aliquo continente diuisibili vt in diuisibili actu existente. non enim facit latera continentis distare ideo non facit superficiem continentem esse in actu. Et si queratur quomodo ergo est in loco. dico q̄ sic q̄ totus est in loco ⁊ totus in qualibet parte. et hoc ideo est per suam simplicitatem. Sed postq̄ locum non occupat quare postq̄ est hic non est alibi. dicitur q̄ propter sui limitationem. nam esse vbiqz conuenit illimitato. Et q̄ angelus sit in loco est intentio Damasceni. c. 12. q̄ celum est continentia visibilium ⁊ inuisibilium creaturarum. Sed quid est angelum dici in loco dico q̄ nihil aliud q̄ angelum esse presentem huic loco. ⁊ ille respectus presentialitatis immediate fundatur in substantia angeli. Sed per quid est formaliter in loco. dico q̄ presentialitate ad locum. Et hec est ratio formalis essendi in loco sicut similitudo est formalis ratio essendi simile. Sed quomō ē in loco effectiue. dico q̄ primum locum habuit a causante ipsum. sed in alio loco est actiue sua voluntate faciente ipsam presentialitatem. q̄ mouet ad istam presentialitatem acquirendam. Sed doctor mouet aliam questionē posito q̄ angelus sit in loco si potest esse in loco quantumcūqz magno vel paruo. dicit q̄ tenetur cōmuniter. q̄ non potest esse in loco quantumcūqz magno q̄ hoc est proprium dei. nec in loco quantumcūqz paruo ex. 37. primi Euclidis. vult enim euclides ostendere demonstratiue q̄ quodlibet locabile habet determinatum locum. et intelligit sic doctor q̄ angelus habet determinatum locum. in determinate tamē hoc modo

quia est aliquis locus quo maiores non possent habere. et aliquis quo non possent habere minorem loquendo de loco continuo licet forte possent esse in puncto. Utrum angelus determinatum locum requirat et determinate ita quod habens tantam virtutem si est presens loco de necessitate est presens tanto loco. nec in potestate sua est ut sit presens maiori et minori loco. sicut est de corporibus. quia corpus necessario est in loco sibi equali. et anima etiam intellectiva est necessario in loco totius corporis animati. ita quod non est in potestate eius esse in loco maiori vel minori. Dicit Scotus quod hoc est dubium quod non videtur faciliter probari una pars nec alia necessario. Ad argumentum in principio dicitur quod intelligitur quod non est in loco circumscriptive.

Secunda questio secunde distinctionis

vbi queritur utrum vnus angelus possit esse in pluribus locis. Videtur quod non. quia tunc differet a se. sicut locus distat a loco. consequentia probatur ex opposito consequentis. quia illa que sunt simul alicui tertio sunt simul in se. Ad oppositum est Dugo de sacramentis. Ad istam questionem in qua non sunt opiniones alique nisi sola opinio Scoti dicit cum Damasceno. c. 33. et 26. quod de facto non est in duobus locis simul. quia secundum eum cum sunt in celo non sunt in terra. nec e contra. Et hoc de facto. sed de possibili. cum idem corpus numero possit esse in duobus locis miraculose ut patet de beato Frontonio qui eade die et hora qua celebrabat missam interfuit sepulture sancte Martine. Et si hoc potest corporibus conuenire multo magis et angelis. sed quia hec materia habet specialem difficultatem in. 4. in materia de corpore christi ideo dimittatur usque ad illum locum. Ad argumentum in principio dicitur quod tenet naturaliter non supranaturaliter. vel de facto et non de possibili.

Septima questio secunde distincti-

onis vbi queritur utrum duo angeli possint esse simul in eodem loco. Videtur quod non. nam plures anime non possunt esse simul in eodem corpore. ergo nec plures angeli. Ad oppositum per euangelium legio est que erat scilicet in corpore vno. Argumento facto in pede questionis dicit quod non. ex hoc quod due cause totales nequeunt esse respectu eiusdem effectus. et angelus est totalis causa respectu sue operationis. Secunda ratio additur ex Rodofredo quodlibeto. 6. q. 5. quia que habent eundem modum essendi in loco nequeunt esse simul. patet de duobus corporibus gloriosis que non possunt esse simul naturaliter in eodem loco.

angeli autem habent eundem modum essendi in loco. Sed dicit doctor quod in ista questione non est veritas ita clara de facto sicut in questione precedenti. quia Ricardus. 4. de trinita. dicit demones non habere corpora per hoc quod legio fuit in corpore. Et per consequens si haberent corpora non simul fuissent in eodem loco. ergo per oppositum videtur sentire quod ex quo non habent corpora non est inconueniens eos esse simul in eodem loco. Item si vnus angelus esset in medio celi et alius missus de celo ad terram non est inconueniens quod transiret per locum alterius. et quod primus non faciat cessionem quamvis transiret per lineam alterius angeli et sic plures in eodem loco. et hoc non repugnat angelo postquam non sit in loco circumscriptive nec locum occupet. Ad argumentum in principio dico quod non est simile. quia anima est incorporea per informationem. non sic angelus.

Tercia questio secunde distinctio-

nis vbi queritur utrum angelus possit moueri de loco ad locum motu continuo. Videtur quod angelus non mouetur nam indiuisibile non mouetur. 6. philosophorum. angelus est indiuisibilis. ergo etc. Ad oppositum videtur esse Damascenus. c. 13. et 16. quod non sunt simul in celo et in terra. et quod mittuntur ut patet per scripturam. Et proposito quod continuum non potest componi ex minimis venit Egidius Romanus quodlibeto. 4. q. 6. et quodlibeto. 6. q. 17. Et distinguit de minimo secundum materiam. et de minimo secundum formam. Et dicit quod est dare minimum secundum formam non tamen secundum materiam. Et consequenter distinguit ad solutionem argumentorum principalium. Et respondendo prime consequentie secundi argumenti et antecedenti dicit frater Rogerius Baconis in opere minori ad Clementem papam quartum quod licet possibile sit continuum posse diuidi secundum omnem signum non tamen possibile est diuisum esse. quia ista diuisio est in potentia et in fieri et nunquam tota in facto esse est possibilis esse. Et sic est intentio Egidii per multos textus Aristotelis quod angelus quia est indiuisibilis non potest localiter moueri. Sed doctor tenet oppositum. Et per parte sua ducit auctoritatem Damasceni. c. 13. et 16. vbi vult quod non sunt simul in celo et in terra. et quod frequenter mittuntur in terram per scripturam. Res sic demonstrat. De receptiuum formarum alie generis quod non est esse determinatum ad aliquam vnam illarum. nec est illi mitatum ad illas potest moueri siue mutari ab vna illarum formarum ad aliam. Ista propter patet per se. quia subiectum includit predicatum. scilicet angelus est receptiuus aliorum vbi. diffinitive et non circumscriptive sicut demonstrat

fuit prius in prima questione de locatione angeli. nec est illimitatus ad omnia ubi quia non est immensus. g^o potest continue mutari ab vno ubi ad aliud ubi. et q^o continue patet. quia inter duo ubi. sunt infinita ubi media. et hoc est credibile. **¶** Non frequenter missi sunt sine corpore. sicut de illo missio ad Joseph. et de conceptu beate Marie. Sed q^o pro altera parte sunt auctoritates pro illis soluendis. dico q^o successio in motu causatur tripliciter. vno modo ex parte termini. q^o terminus nō est natus acquiri indiuisibiliter. sed pars post partem. et sic est in quantitate molli. Secundo ex resistentia medii et sic fit successio a Cholofana ciuitate ad ciuitatem Sefaragustanā. Tertio ex parte subiecti quoniam subiectus non est natus recipere terminum a quo et terminum ad quem simul. et hoc propter sui limitationem. et hoc modo est successio in motu angeli. Aliqui ponunt quartum modum q^o mobile est diuisibile. et q^o habet partem extra partem ideo est successio in motu. q^o vna pars primo acquirit terminum q^o alia. Ad argumentum in principio dicitur q^o intelligitur de indiuisibili de genere. quantitatis non substantie sicut est angelus.

¶ Una questio ubi queritur vtrum

angelus possit se mouere. Videtur q^o non. nihil idē potest esse simul in potentia et in actu. sed idem secundum q^o mouens est in actu. secundum q^o motum est in potentia. ergo nihil mouet se. Ad oppositum. homo potest se mouere. ergo angelus per precedentem questionem. Post multa dicta de leui et graui et eorum motu venit Godofredus volens graue se mouere sic q^o graue generans existens in graui generato mouet graue generatum et sic mouet se. et hoc habet quodlibeto. 8. q. 2. Sed contra hoc est doctor dicens q^o graue sicut potest moueri naturaliter et se potest mouere naturaliter. et non ab alio graui. Sed veniendo ad questionem dicit doctor q^o sicut angelus potest moueri localiter ex precedenti questione et non a corpore effectue ut videtur. nec tantum miraculose a deo imo a se ipso q^o non est incōueniens q^o se possit mouere. et sententia rationis Scoti est ista. quia cuiuscunq^o inest potentia passiuā ad aliquid acquirendum vel habendum per motum non est imperfectionis in eo q^o habeat potentiam actiuā per quam possit illud acquirere. maxime cum sit perfectio in grauib^{us} et leuib^{us} talis potentia actiuā non debet angelo negari cum quicquid perfectionis est in imperfectione debet attribui perfecto remota imperfectione. Et sic concludit q^o angelo conuenit se mouere naturaliter. Ad argumentum in principio dicitur q^o nihil idem potest esse in potentia et in actu eodem

modo. sed bene diuersimode.

¶ Ecima questio secunde distinctio

nis ubi queritur vtrum angelus possit moueri in instanti. Videtur q^o non. quia tunc maior virtus posset in minori q^o in instanti. consequentia tenet. 6. pbicorum. q^o si maior virtus mouet in tempore et maxima in instanti. Ad oppositum. illuminatio medii est in instanti. g^o et motus angeli multo fortius potest esse in instanti cuius in eo sit maior virtus mouentis et minor resistentia medii. Post argumentum habitum in pede questionis immediate dicit. hic dicitur q^o angelus potest moueri in instanti. sed nō in instanti temporis continui. sed discreti. quod probatur Et in libris correctis nihil aliud habetur. Est autem opinio Thomae prima parte summe. q. 53. articulo. 3. Cuius ratio est ut arguit idem Thomas contra quandam opinionem dicentem q^o angelus per totum tempus precedens quiescit. et in ultimo instanti illius temporis mouetur ut patet in illuminatione et generatione que sunt fines motus et fiunt in instanti. Sed sanctus Thomas dicit h^o esse impossibile. q^o quicquid quiescit in tempore toto quiescit et in ultimo instanti illius temporis. q^o quiescere est eodem modo se habere nunc et prius. ideo loquendo de tempore continuo nō est possibile angelum quiescere per totum tempus precedens et moueri in ultimo instanti illius temporis. nec in consequente. q^o inter duo instantia temporis nostri est semper tempus medium. ideo si moueatur in instanti illud instans est instans temporis discreti non continui. cum non sint nisi duo tempora. et sequitur post in textu. Alius doctor de isto tempore discreto dicit. quare quere. et non amplius. Et si ibi in libris antiquis sit spacium non est defectus. Et est ille doctor Henricus quodlibeto. 13. q. 7. Est autē opinio eius q^o angelus potest moueri et in instanti temporis nostri et temporis discreti. Et ymaginatur ibi duplicem actum angeli. Primum perfectum cuiusmodi est intellectio et volitio et hunc dicit mensurari tempore discreto se habente ad modum orationis. ideo sibi correspondet non instans temporis nostri solum. sed tempus nostrum cum multis instantibus habet enim talis actus moram. Et secundo alius actus angeli imperfectus cuiusmodi est moueri. Et hic mensuratur secundum eum indiuisibili seu in instanti temporis discreti cui in instanti correspondet in tempore nostro nō iam tempus. sed instans. Et hoc tempus discretum assimilatur numero in quo sunt simplices unitates non orationi cuius partes moram habent maxime vocalis orationis. Et quo inferitur secundus

eu: n rore tuo tempora discreta in angelo. Secundo infert angelum posse moueri tam in instanti temporis continui & discreti. iuuat ad materiam hanc concipiendam quodlibetum eius. 12. questione octaua. Tertio ponit hic doctor quietez mediaz inter duo instantia temporis discreti qd accipit motum angelicum. Et hanc mensuraz dicit moraz intellectionis angelice. Quarto ponit vnū solum instans reale in motu angeli licet multa fantastica de vbi.

Sed circa hoc est intentio doctoris q non est necessitas q debe at poni tempus discretum. sed vt diximus in quarta questione. si est operatio ad intra mensuretur euo. si ad extra vt motus. dicitur q potest mensurari mensura temporis nostri & continui. nam non est inconueniens ponere angelum in quantum participat conditionem corporalem que potest esse eiusdem rationis aliquomodo in ipso & in corpore quod & participet corporis mensuram aliquomodo in ipso. in quantum autez mouetur localiter participat vbi quod est passio corporis. et aliquomodo est eiusdem rationis in ipso. & in corpore. ergo et potest mēsurari mensura primi corporis moti. Ad argumentum in principio dicitur q ratio Ansto. tenet in mensura diuisibili qualis non est hic.

Ad decima questio secunde distinc

tionis vbi queritur vtrum angelus possit ab extremo in extremum mutari non pertranscundo medium. Videtur q sic. quia corpus xpi prius exiēs in celo empireo nunc est in altari & non transit medium. ergo hoc poterit angelus. cuz tamē corpus magis videatur sequi leges loci q spiritus. Ad oppositum nulla pars potest ipertransiri a futuro in preteritum nisi per presens. sed iste ordo est inter partes loci sicut temporis. ergo rē.

Ad questionem dicit q non. & probat sic. Nulla pars temporis potest pertransiri a futuro in preteritum nisi per presens. Sed iste ordo videtur inter partes loci sicut inter partes temporis. gº non potest pertransiri ab extremo in extremum nisi per medium. Et nota q in hac questione non sunt opinionones. Sed pro maiori & claratione attende q si angelus mouetur, de extremo in extremum, mediatum dico q oportet q pertranseat per medium. si vero transeat de extremo ad extremum immediatum. sic non oportet q trāseat per medium. nisi acciperes sic illud medium idest q non simul est in termino a quo & in termino ad quem. sed hoc non est medium. nec potest accipi medium idest q partim sit in termino a quo et partim in termino ad quem. quia angelus est indiuisibilis et non habet partem et partem. & sic concluditur q si angelus moue

tur de celo ad terram transit medium. et si transiret per vacuum hoc est si per impossibile daretur vacuum dicitur q transiret p medium equiualens. licet non per medium reale. Ad argumentum in principio dico q non est simile. quia corpus xpi potentia infinita est presens in altari. non sic angelus.

Irca distinctionē tertiam queritur

vtrum materialis substantia ex se siue ex natura sua sit in diuidua. Videtur q sic. nam pbūs. 7. metha. contra platonem probat q substantia cuiuscunq; rei est propria illi cuius ē & non inest alii. Ad oppositum quicquid inest alicui ex ratione sua per se inest ei in quocunq;. ergo si natura lapidis de se ē hec vbiunq; esset natura lapidis de se esset hec qd est falsum loquendo de singularitate determinata. Dic dicit frater Adam ex primo di. 33. q. 8. articulo. 1. q sicut natura ex se formaliter est natura. ita ex se singularis ita q non oportet aliam causam singularitatis querere. Duius intentionis sunt etiam nominales.

Sed doctor ostendit q natura de se non sit hec. sed per aliqd additum. et demonstrat sex vias. Prima nam habetur. 10. metha. In omni genere est vnū quod est mensura omnium que sunt illius generis. sed illud non est singulare. quia vnū singulare non mensurat aliud. ergo vniuersale. sed hec vnitas est realis. quia intentionale non mensurat reale. ergo vniuersale reale. Secūda via 7º pbificorum in specie atthoma est comparatio quia est vna natura non sic in genere. sed in quo comparantur debet esse commune. sed comparantur realiter in specie. ergo species vel fundamentum eius est commune reale. Tertia via. 5º metha. e. de ad aliquid idem simile & equale fundantur super vnū. ita q licet similitudo habeat pro fundamento rē de genere qualitatis. relatō tamen non est realis nisi habeat fundamentum reale. sed illud ē commune. ergo commune reale. Quarta via vnius oppositionis realis sunt duo extrema realia. Contrarietas est oppositio realis patet. quia realiter vnū extremum destruit aliud. Sed illa duo opposita realia sunt duo opposita sub illo cōmuni. gº oportet q sit reale maxime per textū Aug. q quecunq; plurali numero numerantur habent cōmune id quo tali nomine numerantur rē. Sed illa sunt duo realia. ergo numerantur in illo vno reali. et sic illud reale cōmune. Quinta via potentia realis debet habere obiectum reale. sed potentia visiva est realis. ergo suum obiectum sed obiectum est color. ergo color realis. Sed illud non est singulare. quia tunc alia visa continerentur sub illo. et album sub

nigro quod est falsum. Sexta via si omnis vnitas realis est numeralis. ergo omnis diuersitas realis est numeralis. sed consequens est falsum. consequentia tenet. qz vnum et multa idem et diuersum sunt opposita. 4. metha. c. 5. Et quociens dicitur vnum oppositum totiens et reliquum ex p^o thopicoz. ergo cuilibet vnitati cor^o respondet sua diuersitas. sed diuersitates sunt reales scz generica. specifica et numerica. ergo et vnitates. et sic tenendum est cu^o Scoto q^o est vniuersale reale contra aliquos dicentes non esse de intentione Scoti ponere vniuersale reale. Et dicunt q^o Scotus non ponit vniuersale reale. Et dico q^o verum dicunt. tamen Scotus ponit naturam realem comunem a qua oritur hec secunda intentio vniuersale. Et sic licet non vocetur vniuersale reale tamen dicitur natura comunis realis. Et de illa querunt scotiste et non de secunda intentione. Nota hic magnum dubium. et a paucis solum Scotus dicit q^o est danda natura cōis realis. Deinde dicit in primo q^o essentia nō distinguitur ab existentia. Tūc sic. si essentia est idem qd existentia. que sunt in existentia sunt singularia et non communia. et sic nō dabitur illud comune imo contradicet sibi ipsi. et venit opinio nominalium dicentiu^o q^o omne qd est ideo est quia vnum numero et singulare est. Ad istud dubium dicit quidam q^o natura comunis capitur dupliciter. vno mō pro natura in se considerata. alio mō pro natura que adducit ad esse id est que intrat indiuidua de qua dicimus q^o per accidens generatur et corrumpitur. Si consideratur natura vel essentia in se. illa distinguitur ab existentia. si vero natura que conducit ad esse. illa ē idē realiter cum existentia. et in hoc concordat franciscus di. 42. in illa questione. vtrum esse essentie realiter differat ab esse existentie. Et dicit q^o non. vbi videtur contradicere sibi ipsi et fundamentis suis. ideo vt non contradicat dicit sic et ponit tria. primo quidditates ab eterno increabiles. secundo essentias rerum que bedicantur ad esse. tertio existentia. et sic tum dicit q^o essentia non differt ab existentia. intelligit de essentis creabilibus. et de his que bedicantur ad esse et non de quidditatibus. Nota q^o in illa questione inuenies q^o vniuersale in deo est vnum numero vel natura communis pluribus plurificata. est vna numero. Sed non sic in nobis. nam comune pluribus plurificatum non est vnus numero. s3 vnū genere vel specie vel transcendentem. Ad argumentum in principio dicitur q^o Aristo. intelligit de subā individuali q^o qua ē verx.

Secunda questio tertie distinctionis
vbi queritur. Vtrum substantia materialis per aliquod

principium intrinsecum sit indiuidua. hoc est querere an indiuiduum sit indiuiduum per negationem. Videtur q^o sit per negationem. nam indiuiduum est indiuiduum formaliter per indiuisiōem: sed indiuisio est negatio. ergo rē. Ad oppositum positium nō constituitur per negationem. sed indiuiduum est positium. ergo non constituitur per negationē. Dūc questionē respondet Dēricus quodlibeto. 5. q. 8. et 15. q^o nullo positio sit materia. sit forma. sit absolutum. aut per respectus indiuiduatur indiuiduum. sed negatione duplici et indiuisiōe duplici scz per se et per accidens. vel indiuisiōe contra diuisiōem generis et indiuisiōe contra communicationem speciei vel negatione duplici. qz secundum actū et potentiam. improbat doctor. Sed intentio est doctoris q^o indiuiduatio non fit per negationem. nam aliter negatiuum esset q^o intrinseca ratione positium quod est inconueniens. Et pro parte sua ducit rationem sic. Prima substantia per se generatur. 7. metha. et per se operatur p^o metha. Et in hoc distinguitur a secunda cui neutrum conuenit. ergo si ista conueniunt prime substantie per illud qd addit supra secundam substantiam non autem conueniunt ista alicui formaliter per negationem. ergo prima substantia non addit negationem supra secundam. Concedit ergo conclusionē q^o necesse est per aliquid positium intrinsecum huic lapidi tanq^o per rationes proprias repugnare sibi diuidi in partes subiectiuas et illud positium erit quod dicit esse per se causam indiuiduationis. qz per indiuiduationem intelligo illaz indiuisibilitatem siue repugnantiam ad diuisibilitatem. cuius indiuisibilitatis substratum intelligo esse positium. Ad arg^o in prin^o d^o q^o hic q^o de fundamento illius negationis qd fundamētū ē positium.

Etia questio vbi queritur vtrum

subā materialis sit indiuidua per actuale existentia. Videtur q^o sic. qz. 7. metha. actus distinguit et dterminat. sed vltim^o actus est per existentiam g^o rē. Ad oppositum. existentia ē accidens in creaturis et aposteriori. ergo per illam non constituitur a priori rē. Dic ponitur vna opinio dicens q^o indiuiduatio fit per actuale existentiam. et est opinio Turonen^o. siue Nicolai boneti iuxta sua principia sue metha. li. 8. de separatis vniuersalibus iuxta per ypotheticorum dicta. improbat. Est intentio doctoris q^o indiuiduatio non fit per actuale existentiam. Et probat sic. naz in coordinatione pdicamentali sunt oia q^o per se pertinet ad illaz coordinationē circūscripto quocūqz qd nihil ē illi^o coordinatōis qz s3^o p^o p^o posterioz. status ē in quolibz pdicamēto in sursum

et deorsum. igitur sicut inuenitur supremum in genere precise considerando illud sub rōe essentie inuenientur genera intermedia. et species et differentie et infimum. i. singulare absqz oī existentia actuali qđ patet euidenter. qz hic hō qui ponitur in pdicamēto nō plus includit formaliter existentiam actualez qđ hō. Docēfirmitur qz in quolibet pdicamento est deuenire vsqz ad singularia illius predicamenti. et per consequens in genere substantie erit deuenire vsqz ad singularia substantialia. et hoc ante quolibet alterius pdicamenti. cuz substantia sit prior quolibet accidente. natura. tempore et diffinitione. 7. metha. sed existentia est accñs. g. ante existentiam substantia iam erat indiuiduata et habebat suū esse cum prius. i. substantia nō habeat esse per posterius. i. per existentiam. et sic substantia non indiuiduabitur per actualem existentiaz

Ad argumentum in principio dico qđ eo mō quo est actus de terminat. sed existentia ē actus accñtal. g. determinat accñtaliter.

Quarta questio tertie distinctionis

vbi queritur vtz substantia materialis sit per quāitates indiuidua. Videtur qđ sic. qz p. pbicoz. diuisio et indiuisio primo quantitati congruunt. Ad oppositum quantitas ē accñs et posterior. et prius non constituitur essentialiter per posterius quare etc. Dic dicit Godofredus quodlibeto. 6. q. 16. et quodlibeto. 7. q. 5. qđ substantia materialis est singularis et indiuidua per quantitates. qz diuidi in partes primo puenit quantitati primo pbicoz. Contra quā opinionem doctor arguit quinque viis. inter tertiam viam et quartam ponit aliam opinionem de indiuiduatione per quantitates que est Egidii de Roma quodlibeto. 1. q. 5. dicentis substantiam materiale indiuiduari per solam significationem causatam a quantitate. que tñ significatio est eadē cuz substantia materiali. Et sequenter propter argumenta doctoris infra dicit idem Egidius quodlibeto. 2. q. 5. qđ quantitas nō tantū precedit incorrupto genitum. sed precedit naturaliter formam generati. alioquin generans in instanti in quo inducit formam induceret in non quantum qđ videtur falsum. qz agens particulare nō attingit materias nisi in qđ materia ē quanta. Et postea dicit doctor noster qđ ista rō nō debz hic adduci. qz fundator. s. Godofredus vbi supra videtur tenere contra hoc adductus. tenet enim qđ quantitas nō sit primus actus materie nec aliqua forma corporeitatis manet eadē ingenito et corrupto loquendo de corpore illo in genere subē dicit nullaz quātitatē manere eandē numero ingenito et corrupto. Sed doctor improbat istas opiniones tenendo

qđ indiuiduatio non sit per quantitates. et arguit illo argumento quo arguebat in illa qđne scda de priuatiuo sic. prima subā p se generatur et p se opatur p Aristo. vbi supra. et hoc in qđtum distincta a secunda cui illa nō cōueniunt p se. sed illa nō cōueniunt enti per accñs cuiusmodi est quantitas. de generari patet. 4. metha. De operari patet qz vnus per se agens est vnum p se ens. et hoc in vno ordine cause. sed illa nō cōueniunt quātitati. g. etc. Itē vt dictum fuit in pcedēti qđne subā ē prior accñte. 7. metha. g. primo indiuidua qđ quanta. ergo nō primo indiuiduatur per quātitatē Itē omne accñs p̄supponit subiectū. et hoc accñs hoc subiectus ergo hec quātitas hanc subāz. et sic primo erit subā qđ recipiat accidēs. maior et minor possunt haberi p Aristo. vbi supra. maxime tenēdo qđ vtz ē qđ quātitas sit accñs cuz ens diuidatur in ens p se et in ens p accidens. et ens per accidens in nouē pdicamēta. 5. metha. Ad arg. in prin. dicit qđ diuisio quātitatiua ē p quantitates non tamen essentialis de qua querit questio.

Quinta questio tertie distinctionis

vbi queritur vtz subā sit hec et indiuidua p materiam. Videtur qđ sic. 8. metha. pluralitas plurius indiuiduoz sub eadē spē p̄tētoz ē pluralitas prius i materia. Ad opp. 2. metha. in fundamēto nature nihil ē distinctū. s. qđ nō ē distinctū nō pōt esse prima regula distinctiōis. g. cū materia sit fundamētum nature nō pōt esse prima cā distinctiōis. Dic ē opio scri Thome prima pte summe. q. 49. arti. 4. et dicit qđ indiuiduatio fit p materiam. et adducit multas Aristotelis auctoritates. et ante qđ soluat quintaz qđnes mouet sextā. Vtz subā materialis sit indiuidua per aliquā entitatē positiuaz p se determinantem naturaz ad singularitatem. Sed ante qđ veniā ad determināduz qđne ponā vnū notabile qđ ponitur ab aliquib. Et ē illud. qđ hoc indiuiduum naturale ē ppositū ex hac materia et ex hac forma. et ex istis resultat tertius. s. ppositū et illud tertū ppositū ē ex natura et tali differentia que vocat gradus ypostatic. Alii dicūt qđ duplex est indiuiduū. s. materie et nature. indiuiduū materie ē ex hac materia vt sunt partes materiales. sed indiuiduū nature ē ex natura et differentia indiuiduali vt ex gradu ypostatico. sed indiuiduū p̄bicoz ē ex hac materia et ex hac forma. Tunc dicit ad ambas questiones cuz intētionē Scoti. primo ad primā qđ indiuiduatio nō fit p materiā. naz. 2. metha. s. antiquā trāslationē i fundamēto nature nihil ē distinctū. i. materia prima nullā facit distinctiōne. s. qđ nō ē s. se distinctus nō est rō distinctiōis prime. g. materia

prima non potest esse ratio distinctionis in individuo. Itz quia forma distinguit et non materia. ergo constitutio et distinctio formalis non est a materia cum eadem sint principia efficiendi et distinguendi. et metha. Ad secundam quod dicit doctor quod individuatio fit per entitatem positivam. nam quolibet entitatem consequitur sua propria unitas. igitur entitatem generis unitas generica. et entitatem specificam unitas specifica. pariformiter unitas individualis consequitur entitatem individualem. ergo oportet quod entitas individui sit alia ab entitate specifica cum eum sequatur alia unitas. et sic individuum erit per aliquam unam rationem aliam a ratione generis et speciei postquam aliam habet unitatem. Itz omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diversa alioquin non esset status in differentibus. sed individua sunt differentia ergo reducuntur ad primo diversa. sed primo diversa non est natura. quia in illa conveniunt individua. ergo oportet quod sint differentie individuales. sed iste differentie non sunt negationes ex secunda questione. nec aliqua accidentia ex quarta questione. ergo sunt entitates positivae per se determinantes naturam. Sed nota per solutionem rationum sancti doctoris quod cum superius dixerim quod triplex est individuum scilicet materie nature et philosophicum. quod auctoritates adducte a sancto doctore habent verum de individuo materiali. id est de partibus materie quarum quilibet est distincta ab alia et non nisi per materiam. et non habent verum de individuo nature de quo intelligunt Scotifantes. Ad argumentum in principio dico quod intelligitur de individuo materiali et non de formali.

Septima questio tertie distinctionis

ubi queritur utrum sit possibile plures angelos esse in eadem specie. Videtur quod non. quia deus posuit omnes angelos in ordine. sed inter individua eiusdem ordinis non est ordo. metha. ergo non creavit plures in una specie. Ad oppositum aie assumuntur ad locum angelorum. aie sunt eiusdem speciei. ergo et angeli. Dicit doctor quod sic. Sed ponit Egidius quodlibeto. 2. q. 7. respondens negative. id est quod non potest esse plures angeli sub eadem specie. Itz Thomas 2. scripti de. 3. q. 4. Sed doctor arguit contra istos. quia deus potest unum angelum annihilare et post unum in eadem specie facere. sed non primum scilicet eos quia idem habet scilicet eos non posset resurgere idem numero nisi anima intellectiva remaneret eadem numero. Thomas in. 4. di. 44. q. 1. et sic si idem non fiet a deo ergo alius. et si alius ergo plures in eadem specie quod est oppositum. Itz deus creat distinctas animas solo numero trinitates sub eadem specie aie. et tamen non distinguit per materiam cum in animabus non sit materia scilicet

cos et nos. et sic cum tam angeli quam anime sint immateriales si ibi plures in eadem specie et alibi. forte dices quod non est simile quia anime habent habitudinem ad corpora angeli vero non. Contra hoc non valet. quia habitudo est posterior et prius non variatur per posterius. Itz scilicet philosophus et theologos species in genere est. genus autem non descendit in individuum nisi mediante specie ex hoc sic. nature generis repugnat determinari ad unam speciem tantum ergo et nature speciei. consequentia tenet per earum definitiones nam si aliter esset periret tota logica maxime Porphyrii definitio apud omnes concessa scilicet. Species est que predicatur de pluribus actu vel aptitudine. Sed scilicet sanctum Thomam species angeli non predicatur actu vel aptitudine de pluribus. ergo illa definitio communissima falsa. vel opinio sancti doctoris falsa. sed definitio non ergo opinio. Ad istam conclusionem quas teneo sunt expresse tres articuli. Primus est ideo. quia intelligentie non habent materiam deus non potest plures eiusdem speciei facere. error. Secundus articulus est quod forme non suscipiunt divisionem nisi per materiam. error. Tertius articulus est et ponitur sub. 69. quod deus non potest multiplicare individua sub una specie sine materia. error.

Sed aliquis diceret. si sunt duo sub una specie quomodo distinguuntur dico quod similiter possum querere quomodo differunt due intellectiones de eodem subiecto. oportet enim quod tu dicas quod se ipsis formaliter hoc est per aliquid formale intrinsecum sibi. ita dico hic. Sed sunt omnes angeli eiusdem speciei mihi videtur quod nihil possit hic probari. Sed sicut credo quod est possibile esse plures in eadem specie rationabiliter. hic persuaderi potest quod non omnes sunt eiusdem speciei. sed sunt sibi distincte species. probo quia tunc bonitas divina magis apparet in diversis gradibus. Itz aliqui sunt assistentes et aliqui ministrant ut dicitur infra. quod arguit distinctione diversarum specierum. et sic licet quilibet non faciat suam speciem tamen possibile est quod plures sint sub eadem specie.

Sed in hac materia aliqui volentes indeizare dicunt quod non reperitur in sacra biblia quod sint nisi tres angeli. Sed ego dico quod illud est falsum. unde reperitur in Daniele. Mille milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant. Itz Job. 2. nunquid est numerus militum eius. quasi dicat non. In nouo testamento sunt multe auctoritates illas non credunt dimitto. Ad argumentum in principio dico quod non est ordo inter individua quantum ad naturam substantialem. potest tamen esse ordo quantum ad proprietates accidentales.

Quarta questio tertie distinctionis

vbi queritur vtrum angelus possit cognoscere se per essentiam suam ita q̄ essentia sua sit ratio cognoscendi sine alio quo representante precedente actum naturaliter. Videtur q̄ non. quia oportet cognoscens esse denudatum a cognito. 2^o de anima sed essentia angeli non est denudata a se ipsa. ergo r̄. Ad oppositum angelus vult assimilari primo q̄ non esset nisi se ipsum cognosceret. voluntas enim non cadit nisi super cognitum secundum Aug. In principio ponitur opinio Thomae in prima parte summe. q. 56. articulo. 1. dicit q̄ licet in actione transeunte obiectum sit separatum ab agente. tamen in actione immanente oportet obiectum esse vnitum ipsi operanti. et vt vnitum est ratio talis operationis immanentis sicut species visionis in oculo. Sic in proposito de essentia angeli iuncta intellectui angelico respectu intellectionis. Postea est opinio Soudensis quodlibeto. 5. q. 14. q̄ angelus non cognoscit se per essentiam suam. sed per habitum scientiam. De ista opinione determinatur ad longum. q. 10. Tandem descendit ad soluendum argumenta principalia. et soluendo secundum dicit q̄ vnus doctor. ponit q̄ singulare potest intelligi per se sed non singulare materiale. qz singularitas nō prohibet sed materialitas. Dic doctor est Thomas prima parte summe. q. 56. articulo. 1. in solutione secundi argumenti. Alius dicit q̄ nec se nec alia angelus intelligit sub ratione singularis materialis vel immaterialis. sed vniuersalis quod est per se obiectum intellectus. Et hic doctor est Henricus quodlibeto. 5. q. 15. et 26. et quodlibeto. 8. q. 13. et quodlibeto. 5. q. 9. Sed intentio est doctoris q̄ angelus potest se cognoscere per essentiam suam. et probat sic. Aliqua forma est ratio agendi secundum essentiam suam. sicut calor in igne ad calefaciendum. aut saltem aliqua in communi aut esset processus in infinitum in materialibus formis. igitur cum immaterialia sint magis actiua q̄ materialia forma immaterialis erit per essentiam suam ratio agendi actionem suam sibi competentem. et sic angelus per suam essentiam se cognoscat. Item in intelligibilibus habentibus species intelligibiles ille species virtute obiectorum cum intellectu causent intellectionem in quo tamē obiecta habent esse diminutum. si igitur in se et in essentia sua habent tale esse absolutum et esse simpliciter scz actu intelligibile possent verius causare eundem effectum. qz quicquid potest causari ab aliquo diminute tali in aliquo esse virtute alicuius simpliciter et ab ipso simpliciter potest causari simpliciter. Sed essentia angeli vt in se est presens in

tellectui suo. que quidem essentia est simpliciter tale in actu intelligibile in se et secundum quid in specie. g^o melius et simpliciter intelligitur per essentiam q̄ per speciem. Sed pro maiori declaratione dico q̄ deus intelligit se et alia a se per essentiam suam. angelus vero se per essentiam suam. omnia vero superiora per essentias superiorum. sed intelligentias inferiores et materialia per species concretas. nos vero intelligimus per species infusas. Et hec est intentio Procli in li. de causis. S33^o Scotum licet angelus intelligat inferiora per species concretas. species dico specierum. tamen potest intelligere per species acquisitas. nō dico per species specierum. sed per species individuorum. i. q̄ potest habere noticiam individuorum per species acquisitas. Sed angelus simul potest se per essentiam cognoscere et per speciem. s̄ q̄ non cum sint rationes opposite. s. presentialitas et non presentialitas. Ad argumentum in principio dico q̄ intelligitur auctoritas. s. recipiens deus denudari a recepto. i. debet esse alterius rationis a recepto quod verum est

Quinta questio tertie distinctionis vbi

queritur vtrum angelus habeat noticiam naturalem distinctionem essentie diuine. Videtur q̄ non. qz intelligentia nihil cognoscit extra se vt videtur dicere commentator. 12. metha. sed deus est extra intellectum intelligentie. ergo r̄. Ad oppositum naturaliter desiderat illi assimilari. sed naturale desiderium cognitionis presupponit cognitionem aliam que ex naturalibus potest haberi ergo r̄. Post argumenta in pede quoniam dicit q̄ in hoc concordat aliqui in ista negatiua. s. q̄ angeli nō habent distinctam noticiam essentie diuine naturaliter. Et primo probatur hoc inducitur. Dicitur quodlibeto. 3. q. 3. et quodlibeto. 4. q. 7. q̄ angelicus intellectus nō potest per se attingere diuinam essentiam. nec per essentiam propriam potest ipsam cognoscere. propter inproportionem. nec per quamcumque speciem creatam potest diuinam essentiam distincte naturaliter cognoscere vt ex intentione probat quodlibeto. 4. q. 9. Thomas vero prima parte summe. q. 12. arti. 2. eandem negatiuam probat. qz omnis forma creata est determinata. Diuina autem essentia indeterminata ideo nō est proportio. Et si queratur qualiter ergo naturaliter potest cognosci deus. Respondet Thomas. q. 56. arti. 3. q̄ angelus naturaliter nō cognoscit per aliquam speciem nec per creaturas inferiores loquendo de cognitione distincta. sed medio modo per suam essentiam vt est ymago dei vt verius dicatur. noticia specularis q̄ noticia distincta. Doctor has improbat opiniones. Est opinio doctoris affirmatiua in hac questione. Et probatur sic. Noticia angeli naturaliter desiderat assimilari deo. s. naturale desiderium

cognitionis presupponit cognitionem aliam. nam ex naturalibus potest haberi. ergo id. Confirmatur. Angelus naturaliter se potest dirigere in ultimum finem. ergo potest ipsum naturaliter aliquo modo cognoscere. qz aliter minus perfecta esset sua cognitio qz nostra qd est falsum. Sed in hac conclusione qz angeli deū cognoscant omnes doctores conueniunt. in modo autem cognoscendi differunt. Dimissis igitur variis modis dico et pono tres conclusiones. Prima conclusio qz angelus potest habere naturaliter speciem concreatam sibi que sit ei ratio cognoscendi. et ducat immediate in cognitionem diuinam. Secunda conclusio qz in hac specie potest cognosci distincte essentia diuina. Tertia conclusio qz de facto videtur data fuisse talis species nature angelice. Prima conclusio sic patet. qz nō repugnat nec ex parte dantis nec recipientis talis species. nec ex parte status. Secunda conclusio probatur qz cum species sit essentia potest ducere in cognitionem cuius est. Tertia conclusio probatur. naz probabiliter creditur qz deus dedit illi nature quicquid possibile fuit circa beatitudinem. et sic videtur qz illam dederit. Sed sunt aliqua dubia. Si angelus habuit illam speciem et illa potuit vti quomodo potuit peccare. dicitur qz talis cognitio erat abstractiua. et non beatifica. et sic non tollit potestatem peccandi. Secundum dubium qz essentia vt essentia est infinita. ergo si est species talis essentie est infinita. et sic talis species ducet in noticiam essentie sub ratione infiniti. et sic angeli erunt naturaliter beati. Ad hoc potest dici qz nō est inconueniens qz cognoscant essentiam dei vt infinitam abstractiue. et talis fuit eis data. Tertium dubium quia videtur qz in essentia diuina cognoscant omnia alia cum essentia diuina representet omnia alia. Ad hoc potest dici primo qz conclusum est verum. vnde et beatus Aug. videtur dicere super Genesim ad lram. qz angeli vident in verbo creaturas anteqz fierent. vel dicamus vti diximus in primo qz vident ea que deus vult eis representare. Quartum dubium quid factum est in demonibus. de ista specie potest dici qz non retinent illam speciem nec in eis remansit ex demerito culpe. vel si retinent qz cognitio eorum est obnebulata et impedita ne possent exire in actum per illam speciem. vel qz si per illam diuinam essentiam cognoscunt est eis magis ad penam qz ad leticiam. Ad argumentum in principio dico qz commentator est ibi negandus.

Ecima questio tertie distinctionis
vbi queritur vtrum ad hoc qz angelus cognoscat distincte quidditates creatas alias a se requiratur necessario qz

habeat proprias distinctas rationes cognoscendi eas. Videtur qz non. qz eadem ratione posset cognoscere omnia indiuidua contenta sub speciebus et per consequens haberet infinitorum cognitionem. qz indiuidua sunt infinita. Ad oppositum angelus cognoscit per species concreatas. ergo oportet qz habeat aliorum similitudines. Dic est opinio Henrici quodlibeto. s. q. 14. qz angelus omnes quidditates cognoscit per vnum habitum scientialem. Et doctor ponit modum ponendi huius doctoris vbi dicit. modus ponendi est ille. Et ducit quinque rationes pro parte Henrici. Prima s. 3. p. 1. 2. ethicorum. in anima non sunt nisi tria scilicet passio potentia et habitus. Sed ratio intelligendi in angelo non potest esse sola potentia. qz sic naturale esset sufficiens principium representandi omnia cognoscibilia. nec sola passio certum est ergo habitus. Secunda ratio talis. in intellectu non habente habitus potest generari habitus per frequentes actus elicitos. igitur si in angelo non esset concreatus habitus scientialis ad cognoscendum posset in se generare talem habitum. et sic esset in potentia essentiali ad actus non solum secundum. sed etiam primum. sicut intellectus noster quod est inconueniens. Tertia ratio quia Dionysius de diuinis nominibus. c. 7. dicit qz connexio vniuersi consistit in hoc qz summum inferioris coniungitur cum infimo superioris. sed summum in cognitione humana est qz prompte cognoscat per habitum scientialem. igitur huiusmodi cognitio ponenda est in angelo. Quarta ratio. si nulla ratio esset nisi qz species nō sufficit sine habitu ad perfectam cognitionem. et habitus perfectus sine specie sufficit frustra. igitur ponitur species propter actum intelligendi. Quinta ratio in voluntate non ponuntur aliqua plura vt principia volendi diuersa obiecta. ergo nec in intellectu oportet ponere diuersa principia intelligendi. sed sufficit vnus habitus in intellectu perfectus ad representandum quecumqz naturaliter sunt cognoscibilia. Secundo ponitur opinio Thomae prima parte summe. q. 55. articulo 3. dicentis qz non oportet ponere in angelo proprias rationes respectu singularium quidditatum creaturarum. qz angelus inferior licet per plures rationes cognoscendi cognoscat plures quidditates. superior tamen potest cognoscere per alias vniam rationem. Sed doctor improbat has opiniones mirabiliter dando responsiones quas breuitatis causa dimitto. Sed opinio doctoris et reueritas est qz angelus intelligit inferiora non per vnum habitum vt dicit Henricus. nec per vniam rationem vt dicit sanctus doctor. sed intelligit per plures species simul cum eo concreatas sic intelligendo qz dum angelus creatus fuit. simul cum eo concreata

fuit species hominis bouis et leonis. dico species specierum. Et sic per illas venit in cognitionem individuorum non negando quin possit individua cognoscere per species acquisite. In secundo per prima opinione habes quod angelus non potest generare aliquem habitum. habitum dico qui sit alia res a specie. Et ratio est quod habitus non generatur in naturaliter inclinatis. sicut non generatur in graui per quotienscumque descendere. sed generatur in potentiis de se indeterminatis ad actum. Sed aliquis diceret. si angelus non potest generare habitum ex actibus ideo quod intelligit per species concreatas ad quas naturaliter est inclinatus tamen poterit habere habitum individuorum. De quibus secundum Scotum potest habere species infusas. Dicitur a filio cuiusdam quod nec de indiuiduis habebit habitum. et causa est. quoniam ratione perspicuitatis ingenii in primo actu habet perfectam noticiam. et habitus non generatur nisi ab imperfecto ad perfectum. vel generatur ex vno actu qui actus est post plures actus et ex illo inclinante ad talem actum generatur habitus. et sic in angelo cum non sint tales discussus ab actibus ad habitum modo dicto non generatur habitus. Ad argumentum in primo dicitur negando infinitatem in diuiduorum. sed conceditur finitas in infinitum.

Intra distinctiones quartam et quintam.

In quarta queritur utrum inter creationem et beatificationem angeli boni fuerit aliqua mora. Et in quinta querit utrum angelus prius meruit suam beatitudinem quam eam acceperit. Videtur quod non. quia Augustinus ponit. 12. de ciuitate dei. c. 9. Deus simul est condens naturam et largiens gratiam: ergo statim habuit angelus creatus gratiam et beatitudinem. Ad oppositum est Augustinus super Genesim. primo factus est in formis. 2. lux ergo etc. Quintam primo soluit. et repudiata opinione magistris sententiarum ratione multiplici dicentis. Angelos primo recepisse et postea meruisse. et dicit duo. Primum quod angeli suam beatitudinem meruerunt secundum quod prius meruerunt quam eam receperunt. Secundum probat Thomas prima parte summe. q. 62. arti. 4. dicens. quod meritum est ex gratia imperfecta. premium autem est ex gratia perfecta. Soluendo questionem quartam de moris distinguit et dicit quod possunt poni due morae. vna. scilicet in qua sunt in termino. et alia sola precedens in qua sunt in via. Et ponit quidam doctor quod simul erant omnes in gratia creati in primo instanti. et in illo nihil meruerunt. in secundo instanti isti meruerunt et non illi. quod posuerunt obiectionem ita quod si non posuissent fuissent premiati

sicut et alii. Dic doctor est Thomas prima parte summe. q. 63. articulo. 5. in solutione ultimi argumenti. Improbatur. Secundo possunt poni tres morae. et hoc tripliciter. Primo quia in prima mora omnes fuerunt in naturalibus suis. in secunda mali in peccato. iusti in merito. in tertia mali in pena. et iusti in gloria et premio. et hec via videtur esse magistri dicentis quod mali demeruerunt apponi sibi gratiam quando apponebatur bonis quasi iam peccassent. In secunda mora antequam in tertia gratia apponeretur bonis in tertia simul duratione boni habuerunt gratiam et gloriam. Secundo ponendo tres moras ita quod in prima omnes fuerunt in naturalibus. in secunda boni in gratia et merito et mali in demerito. et in tertia isti et illi in termino. Tertio ponendo tres moras ita quod omnes in prima mora fuerunt creati in gratia et meruerunt. in secunda soli boni steterunt in merito et mali ceciderunt. in tertia isti et illi in termino. Tertio possunt poni quatuor morae. et hoc dupliciter. Primo quia in prima mora omnes fuerunt in puris naturalibus. in secunda mora mali peccauerunt et boni steterunt in tertia bonis apposita est gratia et meruerunt. in quarta boni premiati sunt et mali condemnati. Quarto quod in prima mora omnes fuerunt in naturalibus. in secunda omnes in gratia. in tertia boni steterunt et meruerunt et mali delinquerunt. in quarta hi et illi in termino. Et nota quod de intentione doctoris est ponere quatuor moras vel ad minus tres. Et ille quatuor sunt ille ultime cum magis rationabiles sint et magis capaces. Sed si aliquis querat que sunt ille morae. aliqui dicunt quod sunt diuersa instantia temporis. Sed doctor dicit quod ille morae sunt diuersa nunc eui. Sed circa istam materiam quis posset querere duo. Primum. si Angeli fuerunt creati in gratia. secundum si fuerunt creati in beatitudine. Ad primum dicitur quod sic secundum Augustinum de ciuitate dei libro secundo. Erat deus condens naturam et largiens gratiam. Secundo hoc idem videtur dicere Hieronimus super Osee. Demones in magna pinguedine spiritus sancti sunt creati. Ad secundum de beatitudine dicitur quod duplex est beatitudo. vna que potest haberi secundum exigentiam status naturalis ut puta cognitio et dilectio primi principii possibilis secundum naturalia. Est alia beatitudo supernaturalis. nunc si loquamur de beatitudine primo modo. sic dico quod in illa fuerunt creati. et ratio huius est quod creati fuerunt in gradu propinquiori ad illam supernaturalem beatitudinem unde fuerunt creati in statu in quo est mediata dispositio ad gloriam sed si loquamur de beatitudine secundo modo dicta dicendum est quod non. quod si leges diuinas gloria non datur nisi ex meritis. et ideo decuit ut prius

mererentur. Ad argumētū in principio dicitur q̄ non fuit mo-
nula in beatitudine naturali sed bñ in beatitudine supranaturali

Arca sextam distinctionez queritur

vr̄um angelus malus potuit appetere equalitatem dei.

Videtur q̄ non. nam intellectus intelligendo summū ve-
rum non errat. g^o nec voluntas amando summū bonum peccat
ergo angelus in primo actu peccandi nō potuit appetere summū
bonum. Ad oppositum est magister in littera. Thomas pri-
ma parte summe. q. 63. articulo. 3. dicit q̄ non. Ad questionē
dicit doctor cum auctoritate magistri q̄ potuit appetere equalita-
tem dei. Et probat sic. nam voluntas habet duplicem actū amā-
di sc̄ amore amicitie. et actum concupiscendi aliquid amanti. et se-
cundum vtrūq; actum habet totum ens pro obiecto. ita q̄ sicut
quodcūq; ens potest ipse amare amore amicitie. ita quodcūq;
ens potest concupiscere sibi. Igitur cum angelus potuit se amare
amore concupiscencie et potuit sibi concupiscere quodcūq; bonū
concupiscibile. Et sic cum equalitas dei sit bonum quoddam con-
cupiscibile s̄ se sibi potuit illud bonum concupiscere. Preterea
si equalitas dei esset concupiscibilis angelo posset angelus illam
concupiscere sibi hoc est planus. sed impossibilitas huius nō pro-
hibet quin posset angelus hoc velle. nam voluntas potest esse im-
possibile s̄ ph̄. 3^o ethicoz. Confirmatur q̄ damnati odit
unt deum ex illo psalmo. Qui te oderunt etc. Odiens autem vult
oditum non esse s̄ ph̄. 2^o ethicoz. quare ergo voluit deus nō
esse. sed hoc est impossibile. igitur impossibilitas istius appetibi-
lis non prohibet quin posset appeti a voluntate peccante. Sed
pro vno verbo qd̄ dicit de odio dei. dicitur q̄ ille psalmus est in-
telligendus. Qui te oderunt. i. noluerunt. nam odium dei est sim-
pliciter malum et illud non cadit sub obiecto voluntatis. 3^o ethi-
coz. Et huius intentionis est franciscus prima di. in illa questi-
one. si apprehenso vltimo fine. Sed angelus potuit peccare. dicitur
q̄ sic Job. 5. in angelis suis reperit prauitates. Ratione quia
voluntas angeli potuit esse difformis regule sue maxime ex affec-
tione cōmodi in qua difformitate stat peccatum. Sed quomo-
do peccauit dico q̄ peccare potuit et peccauit ex libertate sue volū-
tatis. nam respuit qd̄ faciendus erat s̄ dictamen rationis. Sed
potuit peccare in primo instanti. magister dicit q̄ non. Alii dicūt
q̄ potuit peccare in primo instanti. sed non peccauit. Sed ē inten-
tio Scoti in tertio di. 19. q̄ potuit peccare in primo instanti. S̄
aliquis diceret in primo instanti angeli naturaliter fuerunt incli-

nati ad bonum in naturali inclinatione. nec in eis nec in nobis ē
error. ergo quomodo potuerunt peccare. Dicit hic quidam mora-
lis q̄ in primo instanti potest cōsiderari naturalis inclinatio et ac-
tus elicitus illius naturalis inclinationis in naturali inclinatione
non est error. sed in actu elicito illius potest esse error. et sic in an-
gelis. Ad argumētū in principio dico q̄ angelus intelligens
summū bonū nō errauit. s̄ intelligēs sibi d̄bere applicari errauit

Secunda questio septe distinctionis

vbi queritur vr̄um primum peccatum angeli fuerit forma-
liter superbia. Videtur q̄ sic. Aug. 14. de ciui. dei. c. 5. vi-
detur velle hoc exponēs illud ecclesiastici. 16. Inicium omnis pec-
cati est superbia. Ad oppositum peccatum suū fuit maximus
sed superbia non est maximum peccatū sed dei odium. In prin-
cipio secundi articuli ponitur opinio beati Boneuēture li. 2^o di.
5. articulo. 1. q. 5. dicens q̄ sic. Et probat ex dicto Aug. Doctor
dicit q̄ in ista questione tenetur cōmuniter pars affirmatiua prop-
ter articulum pro ista parte. Sed ad videndum veritatem questi-
onis. primo ē ostendendum que fuit malicia in primo angelo pec-
cante. secundo ad quod genus peccati pertinebat illa malicia.

Quantum ad primum dicit doctor q̄ simpliciter prim^o actus
voluntatis inordinatus fuit primum velle amicitie respectu eius
cui voluit bonum. hoc autem obiectum non fuit deus q̄ deum
non poterat inordinate amare cum sit summe amandus. Sed pri-
mus actus inordinatus fuit actus amicitie respectu sui ipsius. et
hoc est quod dicit Aug. 14. de ciui. dei. hoc est qd̄ facit duas ci-
uitates. ciuitatem dei amor dei vsq; ad contemptum sui. et ciuita-
tem dyaboli amor sui vsq; ad contemptum dei. Quantum ad
secundum articulum dicitur q̄ fuit superbia. Et hec videtur esse in-
tentio Aug. 14. de trini. vbi vult q̄ presumptio est nimis placere
sibi ideo superbi in scriptura dicuntur sibi placentes. igitur cū ista
inmoderata dilectio sui habuerit inmoderatam complacentiam
sui fuit superbia et sic presumptio. Sed noster doctor dicit q̄ eam
appetuit sub ratione qua bonum delectabile. et ideo videtur sibi
q̄ suum primum peccatum non fuit superbia. sed libido et luxuria
magis. hoc sic declaratur. Angelus appetuit beatitudinem prin-
cipaliter sub ratione boni principaliter delectabilis. sed hoc ē for-
maliter luxuria. ergo etc. antecess probatur tripliciter. quia sicut
habemus ex sacra scriptura iam degustauerunt delicias beatitudi-
nis naturalis in deliciis paradisi fuisse etc. Et ideo videtur q̄ illas
delicias appetierit in complemento sui pro bono delectabili. Sed

cundo q̄ sicut dictum est sua voluntas mouebatur ex affectione cōmodi. sed talis voluntas sic mota mouetur sub ratione boni & lectabilis. ergo r̄d. Item appetitus quē habuit in quo primo peccauit fuit proportionatus visui. ergo appenit bonum pulchrum in quo delectabatur. ergo suum peccatum fuit magis libido q̄ superbia. sed est v̄z q̄ appetiuit beatitudinē sub rōe boni delectabilis. Notandum etiam q̄ bene potuit esse q̄ appetierit bonum excellens in quo alios excelleret & beatitudinē inq̄tum bonuz telectabile. sed adhuc potest dici magis peccatum suum libido for̄maliter q̄ superbia. Sed angelus q̄n peccauit fuit iter oēs alios primus. d̄ q̄ hec dubitatio nō ē aperte soluta per scripturas. S̄z beat⁹ Grego⁹. 12. moralū. O melia. 21. de decz ouibus. videtur dicere q̄ fuit primus angelus simplr. Huic r̄cordat Isidor⁹. 19. Quomō cecidisti lucifer qui mane oriebaris. licet ad lram dicat̄ de rege Babilonis. Et Ezechiel. 28. Tu gerub instans p̄pter pulcritudinē scie. licet ad lram dicatur de rege Tyri. Et in Apocalipsi videtur esse pugna cum angelo q̄ nō videtur si non fuisset dignioris & fortioris nature. Damascen⁹ li. 2. c. 3. videtur dicere q̄ erat de infimis. Et pro vtraq; parte sunt doctores. sed prima opinio magis placet. Sed peccatum primi angeli fuit alius causa peccandi. dico q̄ nō effectiue sed exemplariter. Et dicunt aliqui q̄ fuit causa non precedens tempore sed natura. Sed quomodo alii peccauerunt dico q̄ attendebant quid primus faceret. et in illud p̄sentierunt. Ad arg⁹ in prin⁹ dico q̄ beat⁹ Aug. accipit ibi superbiam pro inordinato amore sui que est presumptio.

Trca septimam distinctionē queri

tur v̄z angelus malus necessario velit male. Videt̄ q̄ non. Jacobi. 2. Demones credunt & tremiscunt ish sunt actus boni. Ad oppositū in psalmo. superbia eoz qui te oderunt ascendit semper r̄d. In cuius principio solutiōis ponitur opinio Tho. prima pte summe. q. 64. arti. 2. dicentis q̄ sic ex p̄formitate appetiue ad app̄bensiuz. App̄bēdunt aut̄ immobiliter ideo volunt immobiliter. Secunda ē opinio D̄rici q̄libeto. 8. q. xi. respōdētis q̄ sic. q̄ eni separata ē volūtas angeli cui se iungit immobiliter se iungit. Et in corpore q̄ōnis dicto de multiplici bonitate restat inquit nunc videre de bonitate morali & malicia sibi opposita. Et dicit Bonauētura li. 2. pte prima di. 7. arti. 1. q. 2. & 3. q̄ nō possunt habere volitionē moraliter bonā. q̄ omnē difformant ex alia circūstantia inordinata. Et tandē descendit ad soluē

duz argumēta principalia. Soluēdo v̄o primuz arg⁹ premitit solutionē beati Bonauētura vbi supra soluendo primū argumētuz secunde questionis vbi dicit q̄ licet mali angeli credāt. ille tamē acus credendi est in eis malus q̄ odiunt illud creditum. vel vt verius loquar nolunt. Sed veniendo ad decisionem questionis dicitur q̄ triplex est bonitas. Prima bonitas ex genere. Secūda bonitas virtutis siue bonitas ex circūstantia. Tertia bonitas meritoria. et tunc s̄z hoc dicit doctor q̄ de bonitate que dicit̄ bonitas ex genere non ē dubiuz quin habere possint & habeant multas volitiones transcuntes super obiectum conueniens tali actui v̄puta amando se. odiendo peccatum et sic de aliis multis. De aliis v̄ro duabus s̄z de bonitate moraliter dicitur q̄ nō possunt habere volitionem moraliter bonā q̄ bonitatem difformant. ex aliqua circūstantia inordinata transferendo illud inordinate ad amorem suum. Similiter habitus in eis est perfecte malus in termino ideo perfectissime inclinatur in malum. nunq̄ igitur bene volunt propter primum. sed semper male volunt propter secundum s̄z propter vebementem inclinationem in malum. De tertia bonitate s̄z meritoria clarē est q̄ non. q̄ nunq̄ facient bonū nec p̄ cōsequens merebuntur. Sed hic mouetur ista questio v̄z angelus boni habeant potentiā ad maluz & mali ad bonuz. doctor sanctus dicit q̄ non. sed veritas dubitationis est q̄ impossibile est beatum committere peccatum. Sed tamen ista impossibilitas non oriatur ex repugnantia terminoz q̄ termini repugnent. nec ē hec impossibilitas eo q̄ deficiat in actuum & passiuum. nec est hec impossibilitas ex sola visione. i. ob hoc soluz q̄ videatur de⁹. nec ex hoc q̄ faciatur appetitus vt dicit sanctus Thomas. Sed dico q̄ est ex ordinatione diuina que ordinauit hos nunq̄ dimittere laibi in peccatum et tenere eos in ordinata voluntate. vnde dicitur q̄ ista impossibilitas est talis sicut illa qua dicimus q̄ deus non potest facere aliter q̄ ordinauit. quia impossibile est deum agere opposituz illius quod ordinauit. ideo dicit Scotus q̄ angeli beati simpliciter loquendo possunt peccare nunq̄ tamen peccabūt multa enim sunt potentia fieri que nunq̄ fient. Et si dicatur ideo potentia frustra. dico q̄ non quia reducibilis est licet nunq̄ reducatur. Et de malis dic contrarium sicut de bonis idest q̄ habent potentiam ad bonum licet nunq̄ faciant bonum cum secundum Dionysium. naturalia in eis remanserunt integra. Ad argumentum in principio dicitur q̄ licet credant. tamen ille actus ē in eis malus quia odiunt creditum.

Ircia distinctionem octauam que

ntur utrum angelus possit assumere corpus in quo exercet opera vite. Videtur quod non. Nam tunc angelus esset perfectior anima. probatur cum anima uiuat et uiuificet et comunicet vitam que omnia hec angelus non facit. Ad oppositum est Genesis de tribus angelis apparentibus Abrae et Thobie per totum de Raphael. In hac questione non sunt opiniones idem videbuntur quatuor. primo utrum angeli habeant corpora naturaliter eis unita. secundo utrum habeant corpora voluntaria sumpta. tertio quas operationes possunt ibi exercere. quarto si sunt in corporibus illis sicut in loco. Quantum ad primum breuiter dicitur quod non habent corpora naturaliter eis unita. quod patet quoniam angelus non habet aliquam operationem quam non possit habere dato quod non sit forma corporis patet. nam uelle non dependet a corpore. similiter nec intelligere suum dependet a corpore. nec mouere se localiter. Quantum ad secundum an habeant corpora voluntarie sumpta. dicitur quod sic. quod patet ex pluribus locis sacre scripture ut patet in Genesis de angelis apparentibus Abrae. et postea de angelo habente gladium euaginatam super Iherusalem. 2. Regum. Item de angelo qui ibat cum Thobia. vniuntur autem istis corporibus non ut forma materie. nec ut suppositum nature assumptum. sed ut sistens ad operandum et ad apparendum. et hoc est assumere quasi ad se sumere. quia ad operationes sibi proprias explendas utitur illo sicut instrumento. Sed notandum est quod aliquando assumit corpora que non format. sicut cum intrat corpora mortua. aliquando corpus quod assumit format. Sed si corpus mortuum assumit quomodo non fetet. dicitur quod hoc est per vires herbarum applicando eas debitis passiuis. Quantum ad tertium articulum de operationibus quas potest exercere. dicitur ad presens quod sunt tres in genere. nam quedam sunt operationes potentie motiue. quedam sensituiue. quedam vegetatiue. de operationibus motiuis dico quod potest omnes exercere ut puta mouere corpus organice et non organice. et breuiter omnes que consistunt in motu. ut formare vocem similem eleuare palpebras. mouere oculos. Sed operationes sensituiuas non potest exercere in corpore. ratio est quia ad hoc requiritur anima sensituiua et organum perfecte unitum quod non est in angelo. ideo videre visione corporali non potest licet possit visione intellectuali. De operationibus vegetatiue dicendum quod illas potest que dicuntur motus. unde potest terere cibum masticare attrahere per vim herbarum decoqui aliquantulum imperfecte digerere. sed non potest nutrire et puertere

in substantiam aliam. Sed de generatione dicitur quod non potest directe et per se quia in generatione duo per se concurrunt scilicet ministrare semen a se. et hoc ex parte viri. et ex parte mulieris ministrare menstruum cum requisitis. Sed hoc non potest facere vere digere nec creare verum menstruum de quo formetur fetus indirecte vero potest. nam potest assumere corpus mulieris. et sic recipere semen ab aliquo homine. postea fiet succubus accedens ad mulierem. et sic virtute seminis viri potest generare. Sed utrum possit concipere et parere. doctores antiqui dixerunt quod non. tamen oppositum dicitur accidisse in Normandia de Werlino. Quomodo autem hoc potest esse dicitur a quodam quod si hoc est possibile esse factum quod oportet quod menstruum alicuius mulieris transeat ad vas consimile ut corpus formatur. et format in eandem qualitate qua formaretur in matrice mulieris. et fiat succubus alicui viro. Et faciat cum virtute herbarum applicatione ad constellationes que faciunt naturaliter ad conceptionem fetus et preservationem. Et que sic sunt potentia. possibile est ipsum fetum concipere vice mulieris cuius fuit menstruum ad hoc aliter non videretur. Et hoc intellige de malo angelo et non de bono. Quantum ad quartum articulum dico quod angelum esse in loco est in plus quod esse in corpore assumptum. quia quantum occurrit ad presens ubicumque est in corpore assumptum est sicut in loco eo modo quo contingit esse in loco ipsi angelo. Ad argumentum in principio dico quod vita uiuificans est perfectior huiusmodi quod non simpliciter vita in angelo est nobilior in se.

Ircia nonam distinctionem queri

tur utrum angelus superior possit illuminare inferiorem. Videtur quod non. omnis mutatio est inter opposita. ergo quod illuminatur primo fuit tenebrosus. sed in angelis bonis non est aliqua tenebra. ergo etiam. Ad oppositum est Damascenus. c. 7. et c. 18. In principio quod non articulat quasi quadruplici articulo. Et aulibet articulo inducitur Denricus quodlibeto. s. q. 15. et quodlibeto. 2. q. 8. Respondens ad primum dicit quod angelus cognoscit singulare non primo. nec per aliquam rationem propriam. sed per vniuersale concreatum suo intellectui. Et hanc quasi sententiam dicit in 2. et 3. articulis applicata angelis pro locutione eorum ut ponitur in questione venienti. postmodum a doctore multipliciter improbat. Sed pro ordine angelorum et eorum illuminatione dicitur quod in angelis est ordo. magister in littera dicit sic Ordo est multitudo celestium spirituum que inter se vno munere

gracie simulantur. Sed in illis beatis spiritibus sunt tales multitudine celestium spirituum que assimilantur in aliquo dono gratie quo conuenit eis aliquod officium vel circa ipsum deum vel circa reductionem ipsius in deum. ergo in illis est ordo. Deinde dico quod sunt nouem ordines angelorum. Nam in prima Hierarchia sunt Seraphin Serubin et Troni. In secunda Hierarchia sunt dominationes virtutes et potestates. In tertia Hierarchia sunt principatus archangeli et angeli. Nota quod tres primi ordines accipiuntur ex officio quem habent immediate circa principem. nam sicut in principatu regali aliqui sunt qui semper adherent regi. Alii qui bus secreta eius reuelantur. Alii qui ita familiares sunt regi ut regem recipiant. Sic a primo officio dicitur Seraphin. ex secundo actu dicitur Serubin. ex tertio Troni. Alii medie Hierarchie distinguuntur officio. nam aliqui reducunt uniuersum ad principem et isti dicuntur dominationes. Alii impediunt vires aduersariorum et isti dicuntur virtutes. Alii ordinare que distincta sunt ut in executione mandentur. et hoc pertinet ad potestates. Tres ordines ultime Hierarchie distinguuntur penes officia exercendo illa que dicta sunt per superiores. nam quidam ea exequuntur circa principes. Et dicuntur principatus quod principibus presunt. Quidam ea exequuntur circa prouincias. et dicuntur archangeli. Alii ea exequuntur circa singulares personas. et dicuntur angeli. Et ex hoc potest dici ad questionem quod superiores illuminant inferiores. Et hoc sentit Damascenus. c. 7. et c. 18. Et quod ista nomina sunt sic appellata habetur nomen Seraphin Isaie. 6. nomen Serubin in Ezechiele p. c. Troni ad colocenses p. Dominationes et virtutes principatus et potestates ad Ephesios. 2. nomen archangeli in canonica. nomen angeli in Daniele. et Job. 2. Et in multis locis scripture.

Sed quia principalis materia est de illuminatione. primo pono modos illuminationis secundum Henricum ubi supra. Ubi sciendum quod aliquid potest aliud illuminare quinque modis. Primo lumen in aliud inferendo ut sol illuminat aerem. Secundo lumen afferendo ut offerens candelam illuminat domum de nocte. Tertio obstaculum remouendo ut ille illuminat domum de die qui aperit fenestram. Quarto modo faciendo aliam dispositionem in ipso ad quam sequitur perceptio lucis et dispositionem contrariam remouendo ut sanans oculum vel rarefaciens medium. Quinto lumen siue vim intellectiuam confortando. sicut virtus imperfectioris corporis confortatur ex situati propinquitate corporis perfectioris ut minus calidum crescit in calore ex presentia

magis calidi. Sed ad propositum quomodo illuminat angelus superior inferiorem dico quod lumen afferendo. Et ille modus tenetur ab omnibus. quoniam angelus superior sic potest angelum inferiorem illuminare afferendo obiectum luminosum quod obiectum luminosum est veritas luminosa reuelata superiori angelo et a deo sibi impressa. Tunc autem illuminat inferiorem quando veritatem quam videt in verbo ostendit alteri angelo in seipso. Sed de modo per quem offert istud obiectum luminosum est diuersitas inter doctores. Sed est modus dicendi Scoti quod angelus superior habens noticiam creatam a verbo virtute memorie sue potest creare in intellectu inferioris angeli similes noticiam. et hoc est illuminare inferiorem angelum secundum eum. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Secunda questio none distinctionis

ubi queritur utrum angelus possit intellectualiter loqui alteri. Videtur quod non. nam locutio presupponit instrumenta ad loquendum. 2. de anima. sed in angelis non sunt talia instrumenta. ergo non possunt loqui. Ad oppositum est Apostolus ad Corinth. primo. In hac questione iam sunt posite opinioniones in superiori questione. ideo respondetur affirmative ad questionem cum Damasceno li. 2. c. 17. et 19. Et hoc est certum apud omnes doctores quod angeli loquuntur mutuo. et ad hoc est ratio. quia illud quod est perfectionis in nobis non debet eis denegari. Sed reuelatio veritatis agnita est perfectionis in nobis. ergo et cetera. Quod patet etiam auctoritate Apostoli ad Corinth. primo qui dicit. Si linguis hominum loquar et angelorum. Ex quo videtur quod loquantur ad inuicem. Hoc idem patet in Zacharia ubi dicitur ab uno angelo alteri. Vade et loquere isti puero. Sed est dubium apud doctorem de modo loquendi. Quidam dicunt quod nostri conceptus sunt aliis occulti duplici de causa. Prima propter grossiciem corporis. Alia propter obstaculum voluntatis. Et quod in angelis sunt occulti propter obstaculum voluntatis et ob hoc quod clauduntur solo beneplacito exprimuntur. et sic loquuntur. quia voluntas suam exprimit conceptum. Alii dicunt et est Henricus ubi supra quod angelus habet solum species specierum. habet deinde alios conceptus individuales. Primi iam sunt omnibus communes. Et de his non fit locutio. Sed est locutio ad exprimendum conceptus individuales. Unde secundum illos locutio nichil aliud est quam expressio particularis signati

per conceptum vagum. Isti duo modi reprobantur. Tertio modo est iste quod angelus virtute memorie sue potest imprimere in intelligentia sua propriam noticiam alicuius veritatis. noticiam dico actualem. Dicit secundo quod sicut virtus memorie sue potest imprimere in intelligentiam ipsam. ita potest noticiam eiusdem veritatis in intelligentiam alterius. Sed ex hac opinione sequuntur aliqua dubia. Quarta opinio que dicit quod ad locutionem requiritur quod angelus cui debet fieri locutio sit attentus. et hoc a voluntate sua vel superioris. Secundo requiritur formatio verbi in intelligentia angeli qui loquitur vel qui loqui vult ad hoc ut innotescat illi angelo attento. unde scilicet istam viam locutio nihil aliud est quam formatio verbi mentalis. Et differt iste modus a primo. quia ponit quod antequam formetur verbum in potentia angeli est ut videatur ab alio. sed postquam formatum est non potest per voluntatem suam occultare quin quilibet attentus angelus possit illud videre. et quantum ad hoc non concordat cum prima opinione imo discordat. Scotus vero dicit sic quod angelus loquitur angelo causando in eo immediate conceptum illius obiecti de quo loquitur. Sed si potest loqui in quodcumque distans. Thomas dicit quod sic in sua summa. Bonaventura dicit quod non. nam frustra descenderet de celo ad terras.

Ad argumentum in principio dico quod talia instrumenta sunt necessaria ad locutionem corpoream non ad locutionem spiritualem qualis est in angelis.

Arca distinctionem decimam que
 ritur utrum omnes angeli mittantur. Videtur quod non. Danielis. 7. c. Milia millium ministrabant ei. et decies centes. mi. assistebant ei. ergo si assistunt non mittuntur. Ad oppositum ad Ebreos primo omnes sunt administratores spiritus. Ad questionem dicitur quod sic. et habetur per Apostolum ad Ebreos primo Omnes sunt administratores spiritus. Sed absolute est concedenda auctoritas Apostoli. cum hoc est distinguenda de missione scilicet de missione intra et de missione extra. Secundum enim processum et ordinem communem revelantur superiora mysteria dei superioribus et priusquam revelentur inferioribus. et ita superiores mittuntur ad inferiores loquendo et illuminando eos interius. Et angeli inferiores mittuntur exterius ad illa revelata scienda vel exploranda. Et sic non omnes committere mittuntur extra. sed bene intra vel extra. Et sic ponit opinionem. sed brevissime cam transit. Ad argumentum in principio dico quod mittuntur ad intra vel extra.

Arca distinctionez vndecimaz que
 ritur utrum angelus custodit possit aliquid effective causare in intellectu hominis custoditi. Videtur quod non. illud quod immediate subicitur soli deo nihil recipit ab alio agente. quia si ab alio reciperet tam alteri subiceretur. Sed mens nostra soli deo subicitur. 8. 2d. Ad oppositum est Dionysius de divinis nominibus qui dicit quod revelationes divine veniunt ad homines per angelos. Collocatur in principio opinio Avicenne in 6. naturalium parte. 5. c. 6. dicentis quod intellectus superior est causa essendi et cognitionis anime intellective. ita quod anima solummodo intelligit per conversionem actualem ad illam intelligentiam. Contra banc opinionem arguit Thomas prima parte summe. q. 74. articulo. 5. quia tunc frustra uniretur anima corpori quia nullam perfectionem habitualement acquireret. sed solum ab intelligentia reciperet perfectionem. banc rationem improbat doctor quia tunc frustra in resurrectione anima uniretur corpori. Et preterea inquit secundum aliquos. eorum anima intelligit inquantum est supra corpus. hoc habet sanctus doctor in 4. sententiarum di. 50. q. 1. post in 2. articulo dum querit quid possit angelus in homine. dicit Egidius quodlibeto. 6. q. 16. quod potest facere spirituum et humorum motum localem. ad quem motum sequitur transpositio. et ordinata immutatio intellectus possibilis ab eis. Sed circa istam materiam est intentio Dionysii dicentis in libro de divinis nominibus quod revelationes divine veniunt ad homines per angelos. Sed revelare est aliquid causare. igitur aliquid causant. Sed circa modum tria videbimus. primo de aliquibus certis. secundo inquiretur modus per quem potest causare aliquam cognitionem in intellectu nostro. tertio per quem modum in voluntate possunt causare volitionem. Quantum ad primum articulum est unum certum quod quilibet homo habet unum angelum ad sui custodiam deputatum. hoc patet per illud Mathei. 18. angeli eorum semper vident faciem patris. Hoc etiam habetur ex sacra scriptura ut de angelo misso ad Christum dum fuit in agonia confortante ipsum. Item Isaie. 6. missus fuit unus angelus qui purgaret peccata Isaie. Et isti adhibentur ad custodiam non solum ut corpora custodiant. sed ut retrahant a peccato. quod angelus facere non posset nisi in mente aliquid agendo. Quantum ad secundum articulum dicitur quod angelus indirecte potest causare cognitiones inducentes ad bonum proponendo aliqua signa sensibilia. vel proponendo aliquid vo-

taliter in corpore assumpto sicut facit doctor respectu discipuli. s; potest esse causa cognitionis bone faciendo q; species que sunt in corporibus cristallinis refluant per motum locales vsq; ad organum sensus cōis vt relucet ibi. et hoc patet in somno. patet etiam in freneticis in quibus sunt tales species ita q; apparet eis se videre res presentialiter. vel potest dici s; doctorem q; angelus potest docere per sensibilia signa excellentius q; homo. nam amoto impedimento aliquid potest operari circa intellectum possibilem non immediate causando speciem intelligibilem vt totalis causa sed vt causa partialis per intellectum suum agentem coagens in intellectu agenti hominis ita q; illi duo intellectus agentes hominis et angeli qui sunt eiusdem rationis possent cum fantasmate efficacius operari q; solus intellectus hominis. et sic producere speciem intelligibilem pfectiorem et distinctius representantem quidditatem. Quantum ad tertium articulum si angelus potest causare volitiones in nostra voluntate dicitur q; potest immediate seu directe. sed bene indirecte. et ratio est. q; voluntas non est naturaliter mobilis nisi mediante intellectione. sed ordinem rerum non potest angelus immutare. igitur non poterit causare volitiones. s; angelus potest cognoscere cogitationes nostras intuitiue quia abstractiue non est dubium. Ad hoc dicunt aliqui q; indirecte. i. in effectu q; sic. et ratio est. nam interdum cognoscitur cogitatio per imitationem vultus. et medici aliquas cogitationes per pulsus cognoscere possunt et sic multo magis angeli. Alio modo per se et directe. et de his dicunt q; solus deus cognoscit. Sed Scotus non tenet istud. vnde dicit q; non videt rationem quare angelus relicti suis naturalibus non possit cognoscere intellectiones nostras. Et assignatur ratio. sicut color ad visum ita omne ens naturale extrinsecus ad intellectum angelicum. Et dico extra ens. sed naturaliter visus non impeditus potest ferri in omne qd; participat colorem d; occurrit. ergo ens naturale participans actu ens potest ab intellectu angelico intuitiue videri. nec videtur ratio cogens quin sicut naturaliter angelus potest videre essentiam alterius angeli. vt potencias intimas ipsi essentie cum sint accidentia secundum alios quos. quin et possit actu cognitionis cum se ad hoc applicauerit cognoscere omnes nostras volitiones. ergo quare non semper cognoscit dicitur q; ideo est quia impeditus. vel quia non attendit. vel quia deus ad hoc sibi non influit. Ad argumentum in principio dico q; non sic immediate deo subicitur quin angelus sit superior eo virtute.

Intra distinctionem duodecimam

queritur vtrum in substantia generabili et corruptibili sit aliqua entitas positiua distincta realiter a forma. Videatur q; non. nam si sic non esset intelligibilis. cum materia non intelligatur nisi per analogiam ad formam. Ad oppositum est entitas absoluta distincta essentialiter a forma. ergo potest intelligi sine illa maxime tñ si sit prior et. Post primum argumentum in pede qd; omnis dicit. dicitur q; materia est ens in potentia. hoc habet Ricardus de media villa commento tertio. q. 5. articulo. 1. Hoc idem in qd;one principali recitat de illa opinione que est illius fratris Ricardi. Secunda opinio est Alberti magni pronunciantis formam in materia. Sed in hac materia sunt multa dicenda. Dicam breuius quo potero. primo dicetur si materia est entitas positiua. nam materia et conceptus materie est medium inter nihil et ens vt patet per Aug. xi. confessionum. sed tale medium qd; est supra nihil incommensuratum aliquem gradum entitatis positiuum. g. et. hoc patet per Aristotelem in fine primi phisicorum qui reprehendit Platonem qui non distinguit priuationes a materia. Item commentator commento allegato dicit q; materia est subiectum individui sensibilis. sed talis non potest esse pura priuatio. nam substantia non componitur ex priuatione. Utrum materia sit distincta a forma dico q; sic. nam materia est per se vnum principium nature primo phisicorum. et est per se causa. 2. phisicorum. et 2. 5. metha. et est per se pars compositi. 7. metha. et est fundamentum formarum p. metha. Et s; commentator est in principio secundi. et est subiectum mutationum substantialium 5. phisicorum. et est per se primo terminus creationis vt dicit Aug. super Gen. ad lram. et xi. confessionum. Ex quibus bis sequitur q; dicit naturam positiuam distinctam contra omnem formam. Sed vtrum deus possit facere materiam sine forma. Et videtur q; sic nam o. prius in quantum prius distinctum realiter et essentialiter a posteriori et absolutum potest deus facere sine posteriori. Hoc est regula Scoti et vera. sed materia est h. m. d. minor est Aug. in pluribus locis. cum materia sit terminus creationis et forma terminus generationis vt supra visum est. Item plus videtur dependere accens a subiecto cum sit posterior illo q; materia a forma. sed deo facit sacramentaliter accidens sine subiecto. g. a fortiori materiam sine forma. Sed si potest dari materia sine omni forma dico q; sic sine forma absoluta. sed non sine forma respectiua. nam materia habet respectum ad creatorem creantem et seruantem et sine illo non potest dari. Sed materia sic separata esset alicui circumscriptiue. dico q; non quia esse

alicubi sic est per quantitates quas non habet. sed non habet partes dico quod sic partem et partem. sed non partem extra partem. sed ille partes sunt plures. pluralitas facit quantitatem que facit numerum dico quod partes materie sine forma faciunt numerum fundamentalem. sed non formalem et sic non faciunt quantitates. Sed posset moueri sine forma dico quod non. quia forma est principium motus. et philosophorum. Sed deus potest facere materiam cum formis accidentalibus sine forma substantiali. dicunt aliqui quod sic. nam potest illas formas accidentales facere sine subiecto. ergo multo fortius cum subiecto. Sed potest facere sine omni accidente absoluto dico quod sic per rationes superiores. scilicet omne prius in quantum prius absolutum distinctum essentialiter a posteriori et cetera. Sed utrum possint esse plures materie alterius rationis dicitur quod non. nam secundum Aristotelem. omnis potentia est contradictorium. unde de quod materia sit ad hanc formam determinate videtur repugnare potentie materie. quod tamen esset si materie essent alterius rationis. nam quelibet determinaretur ad suam formam. Sed in angelis est materia. dicitur quod in angelis non est materia proprie dicta que est altera pars substantie compositae. est tamen ibi materia eui uoce scilicet solum mutabile ad locum et ad aliquam qualitatem spirituales et ad intellectionem et illuminationem. unde Aristoteles in 12. metha. dicit indiuisibile esse quod non habet materiam ut huiusmodi intellectus. Ad argumentum in principio dicitur quod materia sine forma non intelligitur inesse formali. sed bene inesse entitati.

Arca decimam tertiam distinctionem

queritur utrum lux gignat lumen tanquam propriam speciem sensibilem sui. Videtur quod non. Augustinus super Genesim ait. anima ministrat corpora per lucem et aerem. Ad oppositum. lux est de se sensibilis. et de anima. ergo habet aliam speciem sensibilem non aliam a lumine. et cetera. Ad questionem dicitur quod sic. nam lux est de se sensibilis. et de anima. ergo habet speciem sensibilem non aliam a lumine. et cetera. Sed hic tria videbuntur. Primo quid sit lux. secundo quid sit lumen. tertio qualiter lumen a luce gignatur.

Quantum ad primum articulum dico quod lux non est substantia. ratio est quia est per se sensibilis. et de anima. sed substantia non est per se sensibilis. et de anima. nam Diarrhi filius. i. substantia non sentitur. Et hec videtur esse intentio Damasceni. c. 8. Quantum ad secundum articulum dicitur quod lumen non est substantia completa hoc est per se subsistens. nec spiritualis substantia cum sit extensibilis. nec corporalis quia tunc duo corpora essent simul. Est enim

lux in toto aere. nec oportet aerem moueri adueniente lumine. et non moueri recedente et non adueniente lumine quia tunc in medio illuminato non esset respiratio aeris. sed illud corpus esset localiter motum propter lumen. nec est forma substantialis quia illud cui aduenit manet perfectum in specie illo recedente. sicut patet de aere quandoque illuminato quandoque tenebroso. nec est materia nec pertinens ad genus substantie. nec est verisimile quod ad aliquod aliud genus pertineat quod ad genus qualitatis et ad tertiam speciem. Et huius intentionis est Aristoteles. 2. de anima. Alii dicunt quod est forma media quia participat aliquid realiter et aliquid intentionalis. Sed quomodo educitur lumen in medio dico quod per educationem de potentia subiecti. Quantum ad tertium articulum notandum quod lumen gignitur a corpore luminoso vel lucido secundum triplicem radium scilicet secundum radium rectum. fractum. et reflexum secundum Alacen. in prospectiva sua rectus radius est qui diffunditur a luminoso in medio eiusdem diaphanitatis quantum durat virtus luminosi. radius reflexus est qui concurrente opaco antea terminetur virtus actua luminosi diffunditur in partem oppositam non ex electione. sed quia naturale agens cuius virtus actua non est totaliter exhausta indirecto agit quantum potest. Radius refractus est qui occurrente medio alterius diaphanitatis non tamen omnino opaco multiplicatur in illo medio. sed non secundum lineam rectam. sed incidit ibi angulus. Ad argumentum in principio dico quod Augustinus accipit lucem pro corpore subtili. et forte pro igne et cetera.

Arca distinctionem decimam quartam

queritur utrum corpus celeste sit essentia simplex. Videtur quod sic. et quod non sit materia. nam in celo non est potentia ad esse sed ad motum solum ut vult commentator per cetera et cetera. metha. sed materia est in potentia ad esse. et cetera. Ad oppositum omne motum habet materiam. et metha. et cetera. Soluendo istam questionem tangit opinionem Godofredi quodlibeto. 5. q. 2. et Denrici quodlibeto. 4. q. 16. quod diuersa materia et alterius rationis est in corporibus corruptibilibus et corporibus celestibus. Et circa finem questionis tangit utrum corpora celestia sint animata. Et dicit ibi Thomas prima parte summe. q. 70. articulo. 3. quod non. quia frustra illa anima uniretur tali corpori quia ex eo non acquireret perfectionem. Ad questionem dicit doctor quod in celo est materia. nam omne motum circumscriptum habet materiam. et metha. g. cum celum moueatur oportet ibi assignare materiam. Sed circa istam questionem duo videbuntur. Primo quomodo

capitur materia. secundo si est materia in celo. Quantum ad primum dico q̄ d̄mentator 7 p̄b̄s vocant aliquando materiam omnem materiam possibilem ad vltiorem actualitatem. Et isto modo videtur acipere d̄mentator. 9. metha. vbi dicit q̄ p̄m̄ so lus motor est absolutus a materia. Istō enim modo accipit Aristoteles in. 12. metha. q̄ si essent plures motores primi in eis esset materia. i. natura possibilis ad actualitatem suppositi. Secundo mō vocant Aristoteles 7 d̄mentator materiam ipsum indiuiduū ita q̄ totam naturam vocant formam. illud autem q̄ participat istam materiam vocant materiam. et ideo dicit q̄ omnes partes diffinitionis. forme sunt. Tertio mō accipitur materia pro omni susceptiuo accidentiu. Quarto mō sumitur astrictē 7 proprie pro omni susceptiuo forme substantialis que facit vnum per se cū forma primo p̄b̄icoz. 7. metha. De ista materia. 4. mō sumpta queritur hic. Ad q̄ dicitur cu. 3. doctore dimissis diuersis modis dicendi q̄ est eade. materia in celo 7 in terra. Et dicit q̄ illud chaos attingebat s̄. 3. sanctos vsq. ad celum Empireum. et illud erat materia omnium corruptibilium 7 eiusde. rationis. Et de illa materia fuerunt omnia facta. vnde de ista prima materia vt etiam sancti dicunt secunda die fuit factum celum 7 secundum hoc in celo potest esse corruptio ex intrinseco. et vera potentia ad non esse. q̄ tamen forma celi non habet contrarium 7 potest vincere istam formam ideo non potest corrumpi ab agente naturali. 7 sic poteris respondere ad secundum articulum per ista que dicta sunt. Et respondendo affirmatiue dicendo q̄ in celo est materia. Ad arg. in principio d̄. q̄ ē potentia ad esse in potētia s̄ nō in actu

Secunda questio decimequarte di

stinctionis vbi queritur Utrum aliud celum sit mobile a celo stellato. Videtur q̄ non. Genesis p̄. dicitur de stellis q̄ eas posuit deus in firmamento celi. ergo omnes stelle sunt in vno firmamento. Ad oppositū stelle diuersimode mouentur ergo habent diuersos celos 7c. Soluendo istam questionem dum ad celum Mercurii venit dicit vltius q̄ cum Mercurius habeat deferens cuius centrum mouetur 7 non circa terram. sicut centrum lune. sed ex vna parte describendo vnum circulum paruum. sicut patet in almagesti. 7 tunc debet dici di. 9. 7. 8. 9. 10. et vlti. capitulis. Ad questiones dicit q̄ sic. Et probat. Stelle diuersimode mouentur ergo habent diuersos celos. q̄ si non? Stella mouetur proprio motu suo sine motu orbis. Et sic v̄ esset in celo vacuum vel cisio orbis vel duo corpora simul. Et hic supponen

dum est q̄ nulla stella habet proprium motū localem idest q̄ nō mouetur motu aliquo q̄ motu orbis in quo locatur. Si enī ista partem aliam orbis in qua est relinqueret. 7 ad aliquam aliam partem moueretur. si nihil sibi succederet esset vacuum. et si aliquid aliud sibi succederet. sic corpus celeste esset rarefactibile 7 condensabile. Et hec est intentio p̄b̄i. 2. celi 7 mundi. Sed motus celi est actiue a forma sua naturali. Aliqui dicunt q̄ sic. Sed oppositum est veritas. nam si moueretur a forma sua naturali intrinseca tunc quies eius esset violenta. cuius contrariū tenet fides q̄ post iudicium motus celi cessabit. Sed celum est animatum. dicit Scotus q̄ celos non esse animatos est credendū non ratione conclusum quia nulla est contradictio apparens tale corpus ita perfectū esse animatum. Sed celum mouetur ab intelligentia appropriata sibi hic dicitur q̄ deus omnes celos immediate mouere posset. S̄ sicut dicimus q̄ deus immediate potest calefacere non tamen calefacit. sed potentie passiue calefactibili dedit potentiam calefactiuam actiuam sibi correspondentem propriam 7 apropiatā. qua propter ordo rerum requirit q̄ fiat iste motus ab intelligentia appropriata. Sed postq̄ angelus non coniungitur ei vt forma qualiter mouet. dicitur q̄ per velle vnitū. quod sic intelligitur. quia velle angeli potest duobus modis considerari. vno modo secundum rationem imperii vt scilicet est imperatum. et sic nihil potest causare. nam qua ratione posset vnum et aliud. sicut dicimus de voluntate diuina. Alio modo potest ipsum velle considerari vt est quedam inclinatio vnita. et sic dico q̄ per velle mouetur angelus. non quidem per velle vt imperatum quia vt sic non est principium agendi nisi in deo. sed per velle vt ē inclinatio coniuncta bene est principium operationis sicut patet. quia est principium nostrarum actionum. vnde dicit Augustinus. Amor meus pondus meum eo sero vbi sero. Et sic dicitur q̄ amor angeli et desiderium sic iunctum vnitum orbi est mouens. Sed quomodo velle vnitur orbi cum velle sit operatio intra manens. dico hic q̄ illud quo mouet angelus quicquid sit debet esse in angelo oportet enim quo agens agit esse in agente. vnde non habetur plus in velle q̄ in intelligere siue caminalis. Sed quid intelligitur per istam vnionem dicitur q̄ ista vnio nihil aliud est q̄ quidam contractus presentie virtualis cum isto passiuo. sicut si grauitas manus mee applicaretur ad pulpitem. vel quicquid ibi ponas per modum principii mouētis oportet q̄ ibi sit p̄sentia 7 actualis. Sed quomō saluabitur articulus dicens q̄ ē error dicere q̄ inteli

līgētia moueat celum per velle ⁊ intelligere. dicitur ad hoc q̄ an-
gelus mouet per quandam vim motiuā que est tertia virtus ab
intellectu ⁊ voluntate. nāz non video q̄ per velle ⁊ intelligere pos-
set mouere cum sit proprium dei qui sola voluntate producit res
extra se. angeli autem nequāq̄. non enim ex eo q̄ angel⁹ aliquid
vult statim factum est. sed post voluntatem requiritur in eis ali-
qua vis motiua de proximo. et sic videri meo saluabitur articu-
lus. Ad argumentū in principio dico q̄ scriptura accipit fir-
mamentum pro toto celo inter celum empiricum ⁊ elementa ⁊c.

Intra distinctionem decimam quin-

tam queritur vtrum in mixto remaneant elementa secun-
dum actum. Videtur q̄ sic. illud est in mixto sub propria
forma q̄ ab illo sub propria forma resoluitur. sed elemēta a mix-
to sub propriis formis resoluntur. g. ⁊c. Ad oppositum est
Aristoteles p. de generatione qui dicit q̄ manent in mixto virtu-
te. Sed anteq̄ dicam ad questionem notandum est q̄ ab ista
decima quinta distinctione inclusiue vsqz ad vicesimam sextam ex-
clusiue nihil scripsit super secundū suū in opere anglicano doctor
subtilis imo totus de reportatoriis parisiensib⁹ sumitur. Sed
veniendo ad questionem dico q̄ elementa manent in mixto for-
maliter tamen in quodam esse truncato q̄ intelligo sic. in mixto
est verus ignis ⁊ vera aqua. sunt tamen ille forme truncate. nam
actionem ignis impedit aqua. nam ignis cū aqua non facit ope-
rationem quā solus faceret cum impediatur ab aqua. et hoc in-
telligo inesse truncato. i. q̄ sunt ibi vere forme. sed operationes ea-
rum impedit hoc patet. nam quando mixtus resoluitur in elemē-
ta que habet resoluitur. cum elementa non veniant ab extra. et sic
est textus Aristotelis pro parte ista in fine primi de generatione.
Mixtio est miscibilium alteratorū vnio non dixit corruptorum.
Doctor tamen dicit in vno loco huius questionis q̄ elemēta sunt
in mixto virtualiter sicut imperfecta ⁊ inferiora manent in superio-
ribus in quo non manent nisi virtualiter. vnde Aristoteles post
q̄ dixit q̄ elementa manent in mixto subdit. Saluatur enim vir-
tus eorum. Nec sunt verba doctoris. Sed dico sic. Virtus elemē-
ti est passio. vbi passio ibi subiectum. sed in mixto sunt virtutes. et
ergo subiecta virtutum. sed subiecta sunt elementa. ergo non solum
virtus sed elementum. ⁊ sic videtur mihi q̄ licet Scotus neget ad
apparentiam vel non videatur ponere. tamē nō negat ad realita-
tem scz q̄ elementa postq̄ sunt virtualiter q̄ non sint formaliter
modo iam dicto. Ulterius dicit doctor. dico ergo q̄ elementa nō

manent in mixto scz substantiam. nec oportet dicere q̄ plus man-
neant elementa in mixto q̄ extrema in qualitate media manent.
ergo in mixto. sicut si diceretur q̄ sensitua ⁊ vegetatiua manēt in
intellectiua. hic est textus vel ratio Scoti. Sed dico sic. ista scz ve-
getatiua ⁊ sensitua se habent sic q̄ non solum scz Scotus. scz
secundum Aristotelem. ⁊ de aīa. vbi intellectiua ⁊ omnes alie
anime. cum vbi posterior ⁊ omnes priores scz Aristo. ⁊ hoc in cor-
ruptilibus. Et ita videtur q̄ cū omnia ista maneāt in intellecti-
uo viuente. nec possit sine istis stare. igitur neqz mixtum sine ele-
mentis. Accipe partem quāz volueris. Sed quomodo genera-
bitur mixtum. dico q̄ non est necesse quatuor elementa concurre-
re ad esse mixti. nam aliquando factum fuit mixtum de vno ele-
mento vt patet Gen. i. producant aque reptile. Ad argumen-
tum in principio negatur maior ⁊ dicitur q̄ resolutio ē generatio
vnde resoluitur talis forma.

Secunda questio decimequinte di-

stinctionis vbi queritur vtrum ymago trinitatis in ani-
ma rationali cōsistat in trib⁹ potentiis realiter distinctis.
Videtur q̄ sic. nāz. ⁊ de aīa dicitur q̄ potentie distinguuntur per
actus. sed actus istarum potentiarum sunt realiter distincti. scz in-
telligere ⁊ velle. g. ⁊ potentie. Ad oppositum est Aug. 9. de
trinitate. Soluendo istam questionem ponitur opinio prima p
te Thome ⁊ eius summe. q. 77. articulo. i. dicentis. q̄ intellectus
⁊ voluntas sunt potentie realiter distincte. cuius ratio ē. quia po-
tentie habitus pertinent ad idem genus. Est autem intelligere ac-
cidens. ergo ⁊ intellectus. ⁊ sic de velle et voluntate. Postea dicit
vnus doctor modernus qui addidit talem rationem. Nullus sim-
plex creatum potest esse principium totale ⁊ immediatum diuersa-
rum operationū. hic est Erueus natalis quodlibeto. i. q. 9. post
illud quod dicit doctor. vnus alius modernus ponit talem ratio-
nem. Accidens variabile non inest substantie nisi mediante acci-
dente inuariabili. hec est ratio Egidii quodlibeto. 3. q. 10. Secun-
da opinio dicit q̄ sunt partes anime realiter distincte inter se quā-
uis non ab essentia anime. hec videtur opinio beati Bonauenturę
de di. 2. articulo. 2. q. 1. Tertia est opinio dicentium q̄ potentie
anime sunt idem essentie anime distinguuntur tamen realiter reali-
tate relatiua. Et hec est opinio Denni quodlibeto. 3. q. 14.

Ad questionem respondet doctor negatiue. et probat p Aug.
9. de trini. dicentem. in eo querenda est ymago quo in anima no-
stra nihil est melius. sed essentie anime nihil est melius. g. potētie

in quibus est ymago non differunt ab essentia realiter. si enim differrent realiter inter se differret realiter ab essentia anime que simplex substantia est et indivisibilis. igitur essentia anime est melior ipsis. Item anima est immaterialis intrinsece per essentiam suam. ergo per essentiam suam est intellectualis siue intelligens secundum illam propositionem Proclii famosam. quod esse immateriale est supra se ipsum conuersuum. Et sic intellectus et intellectum sunt idem realiter in intellectiva. ergo potentia non differt ab essentia. et similiter erit de aliis. quare nec inter se. Item Aug. 15. de trinitate. c. 67. de personis dicit quod memoria pertinet ad ymaginem que representat patrem. et intelligentia similiter que representat filium. cuius ratio nem assignat. nam memoria perfecta principium est sufficiens inlectionis tanquam actus primus intelligentia est tanquam principium operationis. sed actus primus et principium operationis non differunt realiter. igitur nec essentia et intelligentia que sunt principia operationis differunt realiter. eodem modo de voluntate. Optimo doctoris dicit quod potentie non distinguuntur realiter inter se. nec ab essentia anime. Et probat sic. Illud est ponendum in natura quod melius est. si sit possibile ex. 2. de generatione. natura enim desiderat semper quod melius est. sed paucitas sine multitudine est melior in natura si sit possibilis. hoc dicit Aristoteles. primo periphrasice. ergo si possunt esse actus diversi ab una essentia simplici anime sine distinctione potentiarum reali hoc est ponendum. sed huiusmodi paucitas est possibilis. nam non est necesse quod ille potentie sint accidentia absoluta vel relativa nec partes anime siue essentielles siue integrales. Quod paucitas sit nobilior patet. nam nobilitatis est quod ordinatum ad finem immediatius attingat finem. sed essentia ordinatur ad finem ergo quanto immediatiori modo attinget finem tanto erit nobilior. sed hoc est si se ipsa immediate et non quocumque accidente mediante realiter ab ipsa differente operetur et agat. Et sic oportet illas potentias ponere non accidentia. nec realiter distinctas. Confirmatur. nam sequeretur quod anima non esset beatificabilis nisi per accidens. probatur. illa non est proprie perfectio alicuius que non recipitur in illo nisi recipiatur in altero realiter distincto ab illo in quo etiam reciperetur. si esset separatum ab illo. verbi gratia. Color non est proprie perfectio substantie corporee. quia non recipitur in illa nisi mediante quodam alio distincto ab ipsa scilicet in superficie in qua etiam reciperetur et maneret. si superficies esset separata. et ideo substantia est colorata per accidens. Sed visio vel intellectio dei non recipitur in anima nisi quia recipitur in intellectu

qui est potentia distincta realiter ab anima per aduersarium. et recipretur in ea si intellectus esset separatus. igitur anima non esset beata nisi per accidens et intellectus per se quod falsum est. Item actus aliquis siue forma aliqua inferior anima potest esse immediatum principium agendi ut patet de colore et qualitatibus actiuis. aliter esset processus in infinitum. hoc autem est nobilitatis. aliter non competeret deo sic operari scilicet immediate per essentiam suam. ergo multo magis hoc debet competere anime intellectiue quam qualitatibus. Et si dicatur. sicut tres persone sunt realiter distincte pariformiter potentie in quibus ponitur ymago trinitatis debent realiter distinguere. iam dixi in primo di. 3. quod in anima absolute considerata non est ymago trinitatis complete nisi in radice. sed ut est sub actibus suis communitate siue essentie representat trinitatem. et sic consistit ymago in tribus realiter distinctis non in potentis que realiter non distinguuntur ymago igitur solum est virtualiter in anima. et formaliter ut est sub actibus qui actus realiter distinguuntur. Ad argumentum in principio dico quod non oportet quod sit tanta distinctio potentiarum sicut actuum licet per illos distinguantur.

Circa distinctiones decimas sextas

queritur utrum anima Ade fuerit creata in corpore. Videtur quod non. nam sicut se habet res ad esse sic ad fieri. sed anima Ade non habuit esse nisi compositi. ergo non habuit fieri nisi compositi. minor patet quia pars alicuius totius non habet esse nisi esse totius. Ad oppositum est magister in littera.

In hac questione ponitur opinio Boneventure in secundo di. 17. articulo primo questione secunda dicentis. quod anima Ade est composita ex materia et forma. et tamen creatur quia non est de materia preiacente vel preexistente. Sed improbat hec opinio et rationabiliter. Circa istam questionem aliqui dixerunt animam esse de substantia dei productam. Et accipiunt argumentum ab Augustino septimo super Genesim super isto verbo inspiravit. Et dicunt quod flatus est de substantia flantis. Sed hic error nullus est quia tunc anima esset de substantia dei quod nemo dicit.

Ad questionem dicitur quod anima creata fuit in corpore. nec primo erat anima in celo et deinde missa. ut ponebant datores formaru. nec in aere. sed in creando infusa fuit in corpus et in infundendo in corpore creata. Et hec est opinio fidelis. et habet a magistro ubi exponit illud Beati. Formavit deus boiem et inspiravit in faciem

eius spiraculum vite id est animam in corpore creauit. Et hoc dicit Benedus maxiliensis presbiter. 16. di. in li. de ecclesiasticis dogmatibus. quem ex dictis Aug. pro magna parte composuit. ideo liber ille aliquando esse Augustini dicitur. inquit animas bonorum nec esse ab initio nec inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas. sicut Origenes finxit. nec cum corporibus per coitus seminari. sicut lucifera et Tirillus. presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniungi copulam seminari. Ex quo habetur quod anima non extra corpus sed in corpore creata fuit. Nota quod in hac questione inuenies ubi doctor dicit quod Aristoteles non demonstrauit animam esse immortalem. Ad argumentum in principio dicitur quod tenet de forma que accipit esse. quia compositum accipit esse non de forma que creatur.

Arca distinctionem decimam septi-

mam queritur utrum Paradisus sit locus conueniens habitationi humane. Videtur quod non. quia magister dicit quod paradusus prealtitudine loci attingebat ad globum lunarem. sed ibi non est conueniens habitatio homini. Ad oppositum tulit deus hominem et posuit eum in paradiso voluptatis. ut habetur Gen. 2. Dum autem de altitudine eius loquitur doctor dicit. dicunt quidam quod attingit usque ad globum lunarem. et quoad longitudinem dicunt ipsum ad orientem. Dii sunt frater Alexander de Ales in summa. et Albertus magnus in summa. et maxime frater Nicolai boneti super Genesim ad litteram ubi dicit quod bene tenet paradusus terrestris spacium duorum aut trium climatium. Et post dum loquitur de longitudine allegat Auicem. ubi dicitur niter tertus falsus est. debet enim aliter esse. propter quod recurrendum est ad sententiam Auicem. p. cano. sententia secunda doctrina secunda. c. 8 quod intitulum de accidentibus aeris et impressio- nibus. Et infra dum allegatur Plinius qui solum hic allegatur debet sic allegari s. 3. Plinium. 4. naturalium. c. c. Ad questionem dicit doctor quod paradusus est locus conueniens habitationi humane. quod non oportet quod sit in tanta altitudine ut dicit frater Nicolaus boneti. nec sub equinoctiali. sed est in regione temperata. adhuc non est necessarium quod sit ad orientem. et si verum sit quod ibi reperatur est tamen terra temperata. Alii dicunt quod in quocumque situ sit. potest dici ad orientem respectu diuersorum situum terre. Sed ubi sit determinate respondetur quod deus scit postquam nemo nostrum stetit. Sed si paradusus est in infima parte sub medio intestino aeris cum aque diluuii ascenderunt usque ad locum illum. ergo

attingebant usque ad paradusum terrestrum quod non videtur. quia fuisset submersus Enoch qui ante diluuium fuerat ibi translatus. Sed ad hoc respondetur quod illud diluuium fuit miraculosum. et ideo propter miraculum non intrauit paradusum. solus enim fuit in loco habitabili ab hominibus peccatoribus. Ad argumentum in principio patet solutio per predicta.

Arca distinctionem decimam octa-

uam queritur utrum in materia sit ratio seminalis ad formam naturaliter educendam. Videtur quod non. quia ratio non potest esse in re. ergo nec ratio seminalis in materia. antedens patet quia ratio est in intellectu. contra patet quia ratio seminalis est ratio. Ad oppositum est Aug. in pluribus locis. Ponitur opinio Alberti magni dicentis in materia considerari potentiam passiuam potentiam receptiuam et actum. quia in ratione seminali ponitur inchoationem formarum. Sed circa istam materiam primo dicitur quid est semen. Ad quod dico cum doctore quod semen est quoddam corpus imperfectum productum a generante cuius forma non est a natura propter se intenta. sed propter alterum ut ex ipso generetur aliquid simile generanti. Unde intelligendum quod semen non ponitur ut sit principium actuum generationis principaliter quia corrumpitur in aduentu forme. etiam quia est imperfectus forma genita. sed habet se in ratione dispositiuam materie ad tales formas. quod quidem reducitur ad genus principium effectui. unde licet ratio seminalis sit in materia. non tamen est aliqua talis inchoatio forme sequentis. puta aliquod esse incompletum. Sed ratio seminalis est aliqua qualitas necessario consequens formam seminis. Sed in materia est aliquod esse forme dicitur quod non. ergo quare ex hac materia generatur asinus et non homo. dicitur s. 3. commentarium. 6. metha. quod in materia sunt quedam proportionales seu abilitates que determinant actionem agentis ad certum terminum producendum. Sed in materia precedunt dimensiones ipsam formam. dico quod sic. Sed que sunt ille dimensiones dico quod sunt pluralitas partium in materia que ab aliquibus nominantur quantitas indeterminata. non quod ille dimensiones sint aliquod accidens. nam inter materiam et formam esset medium accidens quod est falsum. cum ille dimensiones sint medium. et ideo dicitur quod dimensiones indeterminate sunt pluralitas partium materie. Dimensiones vero determinate sunt ordo seu positio partium. Sed quid est ratio primordialis. dicitur quod nihil aliud est quod ratio in mente artificis. unde ratio primordialis est in deo vel in mente diuina

Sed quid est ratio obediens dicitur quod est potentia in re natura qua potest fieri in ea virtute diuina quicquid potest fieri in ea virtute agentis naturalis. Unde potentie obediens sunt potentie passive respectu primi. Sed quid est ratio naturalis. dico quod est potentia actiua vel passiuua qua fit aliquid naturaliter. Sed rationes seminales sunt virtutes medie que sunt inter primum agens et terminum quem intendunt. Ex quibus omnibus potes responsum questionis elicere. Sed in costa Ade de qua formata fuit mulier erat ratio seminalis. dicitur quod non quod sicut Aristoteles. 9. metha. c. 6. Semen non est potentia quecumque remota. sed propinqua de qua proximo et per unum processum potest res formari. Ad argumentum in principio dicitur quod non sumitur ratio prout est in intellectu ideo equiuocatur de ratione.

Intra distinctionem decimam nonam

queritur utrum in statu innocentie habuissimus corpora immortalia. Videtur quod non. quia corpus quod indiget alimento et nutritur videtur esse corruptibile tale fuisse corpus in illo gradu Genes. 3. de omni ligno paradisi comedetis. g. 24. Ad oppositum ad Ro. 5. per unum hominem intrauit mors in omnes. Soluendo ponitur in principio opinio Bonaventurae in presenti distinctione. arti. 2. et 3. dicentis quod hec propositio corpus in statu innocentie fuisse immortale ratione negationis intellecte in bono quod est immortale equipollet illi. Corpus in statu innocentie non potuit mori. Et hec est distinguenda sicut quod ly non potest addi ad ly potuit per respectum ad ly mori. Et tunc est falsa. vel potest addi solum ad mori. et sic est vera. Rursus soluendo primum argumentum principale post primam solutionem dum dicit. Alii autem dicunt quod fiebat restauratio per esum ligni vite. et iste est Bonaventura ubi supra. Sed pro maiori declaratione in hac materia tria videbuntur. primo si in illo statu corpus esset corruptibile. secundo dato quod sic utrum aliquando fuisse corruptum. tertio si in illo statu corpus illud aliquando fuisse subiectum passioni. Quantum ad primum articulum est opinio Scoti quod corpus hominis in illo statu et per illo statu erat simpliciter ex se corruptibile. et poterat corrumpi stante antecedente. i. statu innocentie. Quantum ad secundum articulum est intentio doctoris quod corpus illud ex se et simpliciter erat corruptibile et potuit non corrumpi. quod patet primo auctoritate scripture Genes. 1. In quacumque die comederis morte morieris. i. morti additus eris. Ex quo sequitur quod si non fecisset non fuisse mortuus. Item in anima est potentia ad mortem et corruptionem

spiritualem. tamen non fuisse reducta ad actum corruptionis peccati stante illo actu. g. nec ad actum corruptionis mortis. Confirmatur quod stante in corruptione quantum ad peccatum in anima debuit stare incorruptio corporis. Quantum ad tertium articulum dicitur quod triplex est passio. una scilicet que est salus et perfectio ut audire et cetera. Et hec ibi fuisse si non peccasset. Alia est abiciens conueniens nature et tamen non est lesiuua. Et de hac etiam dicitur quod pro illo statu esset talis passio quod calidum aliquid consumpsisset de humido radicali. non tamen fuisse ista passio lesiuua in corpore Ade. Tertia passio est abiciens conueniens et lesiuua. et ista non fuisse in eo preseruante ipsum ipso deo ab omni lesiuo exteriori. et se ipso se preseruante per sapientiam suam. unde non fuisse tanta consumptio humidi radicalis pro qua ipse habuisset famem. Sed Adam si non peccasset perpetue vixisset in paradiso. Ad hoc dicuntur alia. primo quod homo remanens in statu innocentie poterat prolixissimo tempore conseruari. Secundum quod si homo istius temporis esset ibi diu viueret non tamen tantum sicut illi in statu illo. Tertium quod nec per virtutem loci nec cibi nec modo nec tunc possit perpetuo viuere. hoc patet. nam vita eius erat finita. et sic oportebat ut haberet periodum. Sed in illo statu fuisse procreatio proliis dico quod sic. nam dictum est Genes. primo. Crescite et multiplicate. Sed fuisse mulieres procreate in illo statu dicitur quod sic. quia Eva aliquando debebat mori. et sic oportebat ut alie succederent. nam ob hoc ingeniauit deus generationem. quia quod non poterat saluari in uno saluaretur in alio. et 2. de anima. quod non poterat perpetuari in individuo perpetuaretur in specie. Ad argumentum in principio dicitur quod habuissent partes deperdibiles non tamen essent corrupte quia esset translatus ante mortem. alii dicunt quod fiebat restauratio per esum ligni vite et cetera.

Intra distinctionem vicesimam que

queritur utrum filii procreati in statu innocentie fuissent statim confirmati in iusticia originali. Videtur quod sic. et prohibetur per Anselmum in primo libro cur deus homo. capitulo. 18. Ad oppositum quia illi filii fuissent viatores. ergo peccatores esse potuerunt non ergo confirmati. Respondendo ad vltimum argumentum dicit sic. Si ista duo posita essent a causa vniuoca concluderet scilicet bonum iusticie originalis et malum iniusticie originalis. Et debet post addi. Si vero vna est equiuoca et altera vniuoca non tenet. Exemplum qualitas corruptibilis potest generare qualitatem corruptibilem ut calor calorem.

igitur qualitas incorruptibilis qualitatem incorruptibilem non sequitur. quia qualitas incorruptibilis immediate a deo creatur. Sic in proposito. Sed circa istam materiam sunt tria videnda. primo videbitur si parentes non peccassent filii si fuissent nati in iusticia originali. secundo si per illam fuissent confirmati. tertio si fuissent nati perfecti scilicet corpus. Quantum ad primum articulum videtur quod iusticia originalis non transfunderetur a parentibus. sed esset a deo mediante dono gratie ita quod tota iusticia originalis accepta scilicet ut includit gratiam et subiectionem virium inferiorum respectu superiorum ex materia libertate diuina fuisset data proli si aut fuerat data parenti. nec tamen merito parentis sed quia aliquid congruens nature. Quantum ad secundum articulum dicitur quod per illam iusticiam non fuissent confirmati. nam filius non recepit perfectiorem iusticiam quam pater. nam effectus non est perfectior causa. sed pater poterat eas perdere et perdidit. ergo et filius potuisset eam perdere. Quantum ad tertium articulum dicitur quod non statim fuissent perfecti in corpore. nec secundum quantitatem nec secundum qualitatem licet citius potuissent in operationibus quam modo. sed nihilominus iuissent ab imperfecto ad perfectum. nam natura exigit ut accipiens naturam per generationem procedat sic semper querendo perfectum. nec fuisset in eis a principio scilicet tamen facilius ad eam peruenissent quam modo nos. Ad argumentum in principio dicitur quod hic Anselmus loquitur opinando.

Secunda questio vicesime distincti

onis ubi queritur utrum in statu innocentie fuissent illi soli geniti qui nunc sunt electi. Videtur quod non. quia aliqui ex reprobis sunt nati. scilicet tunc non fuissent reprobi. ergo nec filii eorum. Ad oppositum est Gregorius 21. Ad quod non respondet quod solus illi qui sunt nunc electi fuissent in statu innocentie nati. Et ratio est quia omnis ordinate volens post volitionem finis immediate vult illud quod est immediatius vel proximi fini. deus est volens ordinate qui vult seipsum vel bonitatem suam tanquam finem suum. Quod autem proximum est illi fini est bonum creature rationalis ultimum siue dedicatio vnica sue bonitatis illis. et postea vult gratiam quam ordinatur ad beatitudinem istius beati vel ad fruitionem eius. deinde vult ipsum beatum ut beatificabile esse nasciturum a tali patre et sic per ista sequuntur quod non essent nati nisi electi. Et confirmatur per Gregorium 8. moralium in fine. si parentem primum nulla peccati rubedo conuiperet nequaquam ex se filios gehenne generaret. sed illi qui nunc per redemptionem sunt saluandi. soli ab illo electi nascerentur. Ex quibus possumus respondere questioni affirmatiue.

Ad argumentum in principio dico quod si non fuissent ex illis parentibus fuissent ex aliis.

Tertia questio vicesime distincti

ubi queritur Utrum filii in statu innocentie creuissent in corpore et scientia sicut modo. Dico inquit quod fuissent nescii et quod nerui eorum non fuissent primo apti ad motum progressuum ideo etiam. Et hec est tota et breuissima questio. et in reportatione parisiensibus nullatenus est repta.

Arca distinctionem vicesimam primi

ma queritur utrum peccatum primi hominis in statu innocentie potuit esse veniale. Videtur quod non. quia deum non potuit temptare nisi ad mortale quod scilicet perderet illud in quo sibi inuidebatur. Ad oppositum. quod potest in maius potest in minus. sed potuit peccare mortaliter primo. ergo et venialiter.

Ad hoc dicit frater Alexander de ales in secunda secunde. collocatione de peccatis quod non potuit esse veniale. quia peccatum pure veniale corrumpere non habet remanens veniale summam rectitudinem quam habuisset homo in statu innocentie. improbat doctor

Intentio doctoris in hoc passu est quod Adam in statu innocentie potuit venialiter peccare. et hoc supposito et concessio ab omnibus quod aliquis actus ex genere potest esse peccatum veniale. ut puta verbum ociosum. sed Adam potuit talem actum exercere ociose scilicet loquendo. Concludit ergo doctor quod potuit peccare venialiter in illo statu. Circa quod sciendum est quod peccatum mortale non distinguitur a veniali in hoc quod mortale est respectu finis. et veniale respectu eorum que sunt ad finem. sed utrumque eorum potest esse circa ea que sunt ad finem et circa finem. Sed in hoc distinguuntur. quia peccatum mortale est deordinatio opposita ordinationi sine qua finis non potest sequi aliquomodo. que quidem ordinatio habet preceptum contra quod deordinatio fit. et ideo omnis deordinatio cadens sub precepto auertit a fine necessario. Sed alia est ordinatio que potest esse respectu finis sequendi que non est necessaria scilicet utilis. et que non est de precepto sed potius de aliquo consilio. et deordinatio posita huic est peccatum veniale. nec facit cadere a fine necessario licet talis non procedat meliori modo quo potest et sic cum Adam potuit contra consilium potuit venialiter peccare videlicet non faciendo maxime expedientia. Ad argumentum in principio dico quod peccatum potuit esse ex motu voluntatis ad aliud quod non cadebat sub precepto ideo etiam.

In circa distinctionē vicesimam secundam queritur utrum peccatus Ade fuerit grauissimū. Uidetur quod sic. peccatum est malum ex bono quod ademit sicut dicit Aug. in Enchelidion. sed illud peccatum ademit bonum maximum scilicet paradysum etc. Ad oppositum quod credidit peccatus suum veniale quod non fecisset si putasset esse grauissimum. Ad questionem dicitur quod non. Et adducitur Aug. super Genesim. 12. c. vlti. Et ponitur in lra. c. 1. in quo manifeste dicit Aug. quod Adas non carnali concupiscentia victus. sed amabili beniuolentia quadam compulsus qua deus offenditur ne offendatur amicus peccauit. Sua autem secundum eum multo magis peccauit quod appetiuit illam equalitatem diuinam. In hac questione non sunt opinioniones ideo breuiter tria videbuntur. primo cuius generis sit peccatum Ade et ex qua radice prodierit. secundo utrum fuerit grauissimum. tertio quod fuit maius vel Ade vel Eue. Quantum ad primum dico quod processit sicut ex radice ex inordinata dilectione sue uxoris et non sui. Dilexit enim eam tantum actu elicitio quod noluit eam contristari quam credidit sine suo solatio et a se alienatam mori et non habere beatitudinem cum legisset illud. 9. ethicorum. licet non scriptum esset. quod in solitudine non est vita iocunda. Ex radice autem ortus est actus malus quo comedit fructum sibi prohibitum ideo peccatum suum fuit de genere peccati gula. non 3^o quod gula fit ex concupiscentia inordinata sibi sed 3^o quod ex societate amabili aliqui excedunt in esu. Quantum ad 2^o articulum si peccatus Ade fuit grauissimus inter peccata. dicitur quod peccatus esse graue stat duplici vno modo per se ex deordinatione et difformitate formali quam habet alio modo ex aliquo alio casu contingente. primo modo peccatus Ade non fuit grauissimum inter peccata patet. quod directe non fuit contra dilectionem diuinam. nec fuit odium diuinum quale est in damnatis. Secundum quid autem in casu fuit grauissimus quod ex hoc perdidit iusticiam et incurrit damnationem per se et pro suis posteris. Quantum ad 3^o articulum ubi dicebatur quod fuit maius peccatum Ade vel Eue dicitur quod mulieris fuit simpliciter maius. quod fuit superbia et gula. et concupiscentia fructus et infidelitas aliqua. et fuit causa cur adam peccauit. fuit autem peccatus Ade maius secundum quid. quod predictus erat maiori sapientia et fuit plus causa perditionis posterorum. nam si ipsa peccasset et non ipse non essemus perditum cum ei datum fuerat preceptum et non mulieri. Ad argumentum in principio dico quod fuit grauissimum ex casu contingente. sed hoc facit grauitatem secundum quid.

Secunda questio vicesime secunde distinctionis ubi queritur utrum peccatum primi hominis fuerit ex ignorantia. Uidetur quod sic. nam Aug. de ciuitate dei. 15. 2. 21. super Genesim dicit quod credidit peccatum suum fuisse veniale. Ad oppositum ad Corinthios. 2. Adam non est seductus sed eua. In ista questione non sunt opinioniones. et ideo videbimus duo. primo ponemus distinctiones. deinde dicemus ad questionem. Quantum ad primum articulum dicitur quod ignorantia est triplex vel capitur tripliciter. primo modo que est causa peccati et precedit peccatum sic quod si sciretur tale esse peccatum non peccaret. Secunda est que concomitatur peccatum. et de ista dicitur peccare ignorans vel aliquis peccando ignorare. Tertio modo potest sequi qui ignorantia ex peccato quasi pena eius. et hoc dupliciter. primo quod ignoraret utrum tanta pena ex illo peccato sibi debuisset dari. secundo modo quod ignorantia esset error. id est quod putaret illud factum esse bonum quod erat malum. Quantum ad secundum articulum qui est responsiuus questionis ubi dicitur. si peccatum fuit ex ignorantia dicitur quod non fuit ignorantia antecedens id est que si esset scita euitaret peccatum. nam si Adam per talem peccasset fuisset excusatus. 3^o ethicorum. De alia ignorantia scilicet circumstantiarum potuit Adam peccare per ignorantiam sic quod non sciebat quod tanta pena sibi debuisset dari. vel quod credidit veniale quod erat mortale. De alio scilicet de errore quod putaret esse bonum quod erat malum que ignorantia vocatur a iurisperitis ignorantia facti dico quod talis non fuit in eo. nam sciebat contra preceptum dei esse comedere de ligno. De secunda ignorantia scilicet que est concomitans peccatum dicitur quod ista ignorantia fuit in Adas. sed ista eum non excusat. 3^o ethicorum. Et nota in ista materia quod Adam prius peccauit quod errauit sic intelligendo quia determinauit prius uxori adherere quod deo placere. et illa volitio fuit peccatus que volitio ante fuit quod de ligno comederet. Quod voluntas adherens uxori est peccatum patet. nam sciebat melius esse deo placere quod uxori. et sic habuit errorem improbe volendo errorem. Ad argumentum in principio dicendum quod ista credulitas erronea vel concomitabatur vel sequebatur primum peccatum.

In circa distinctionem vicesimam tertiam queritur utrum deus possit facere voluntate creature rationalis impeccabile per naturam. Uidetur quod sic. nam deus potest facere aliquid contra primum quod non potest ordinari a motu suo ut corpus celi. sicut poterit facere aliquid spiritu inordinabile etc. Ad oppositum est Anselm. li. cur deus non.

In principio solutionis ponitur opinio fratris Alexandri & aliorum secunda secunde dicentis quod non. Et probat auctoritatibus & rationibus. Sed ad questionem respondet doctor negative. Et est motus his auctoritatibus. prima Anselmi cur deus homo li. 2. c. 10. in si. respondentis discipulo querenti ab eo. cur non potuit deus facere creaturam rationalem & impeccabilem per naturam. Respondet Anselmus. quod non potuit ipsam facere deum. igitur nulla creatura potest esse impeccabilis nisi sit assumpta a supposito diuino. Et hoc idem dicit Aug. contra Maximinum li. 3. c. 13. unde dicit ibi. Angeli peccauerunt & demones facti sunt. Et si alicui rationali creature prestatur ut peccare non possit non est hoc nature proprie sed dei gratie. Item Hieronimus in tractatu de filio prodigo dicit quod solus deus est in quem non potest cadere peccatum. Et ponitur idem septimo. c. secundi. Ad argumentum in principio dico quod non est simile. nam illud corpus mouetur naturaliter voluntas vero libere. & sic non est similitudo.

Intra distinctionem vicesimam quar-

tam queritur utrum portio superior sit potentia distincta a portione inferiori. Videtur quod sic. quod 13. Aug. 12. de trinitate. 4. c. ymago est in superiori portione. sed in inferiori non est sed hoc non esset si essent vna & eadem potentia. Ad oppositum est Aug. ubi supra. In hac questione non sunt opiniones. Sed ad questionem respondetur quod non per Aug. 12. de trinitate. 4. c. In principio capituli inquit animam in hec duo scilicet portiones superiores & inferiores non nisi per officia geminamus. nam duos intellectus memoria & voluntas quilibet istorum per se videlicet intellectus intendit regulis superioribus contemplandis dicitur portio superior. dum autem intellectus intendit temporalibus agendis dicitur portio inferior. Et quod dico de intellectu intellige de voluntate & de memoria. Et iste intellectus questionis placet doctori. Si vero intelligatur quod portio inferior sit vna potentia & superior alia hic intellectus non est verus nec ei placet. nec est de mente Aug. Et sic 13. primum intellectum respondetur questionem negative. Sed forte aliquis diceret quod Scotus non ponit sic sicut in primo membro ponitur. dicitur quod imo facit licet aliis verbis. nam in portione superiori ponit ymaginem trinitatis 13. Aug. ideo dicit sic. Portio superior est pars mentis nostre comprehendens tres potentias in quantum respicit obiectum primum quod est deus. unde ad portiones superiores pertinent memoria. intelligentia & voluntas. ut habetur ab Aug. qui hic ponit ymaginem ideo portio su-

perior est tota pars nostre mentis comprehendens tres potentias in quantum respicit illud quod est primum. Ex quo habetur quod portio superior non est vna potentia sed plures. Sed portio inferior est cognitiua potentie in nobis. que respicit ens ordinabile ad primum pro obiecto simplicis noticie. seu pro obiecto intelligentie componende. respicit etiam propositiones tam speculatiuas quam practicas. Ex quo habetur etiam quod portio inferior non est vna potentia sed plures. nam in portione inferiori etiam debes ponere ymaginem trinitatis & illas tres potentias ut in superiori. Et nota qualiter si ne questionis ubi inuenies quod ens in quantum ens est obiectum adequatum intellectus. Ad arguendum in principio per ea que dicta sunt.

Intra distinctionem vicesimam quin-

tam queritur utrum aliquid aliud a voluntate causet actum volendi in voluntate. Videtur quod sic. quod secundum Aristotelem. 3. de anima mouetur ab obiecto cuius ipsa de se sit in determinata ad hoc volendum vel illud. Ad oppositum est Aug. 12. de ciui. c. 6. In principio adducit Godofredus de fontibus quodlibeto. 6. q. 7. & quodlibeto. 8. q. 2. & quodlibeto. 9. q. 19. & quodlibeto. 13. q. 3. dicitur quod sic. Et illud potest esse quod causat actum volendi ipsa fantasia. Et infra dum dicit doctor. dicunt alii ad rationem & sub ratione delectationis & sub ratione illiciti ut patet in obiecto fornicationis. hic est Denricus de Sandaudo quodlibeto. 12. q. 5. Ad primam autem rationem Godofredi dum dicebat quod mouens & motum sunt subiecto distincta. idem Denricus respondet quodlibeto. 10. q. 9. et quodlibeto. 13. q. xi. in fine. & quodlibeto. 14. q. 2. & maxime. q. 5. quod habet solum veritatem in corporalibus. Ad secundam etiam rationem eius de materia & efficiente quod non coincidunt. respondet Denricus quodlibeto. 13. q. xi. quod in voluntate duo possumus considerare. vel in quantum est appetitus vel in quantum est liber. in quantum est liber effectus. in quantum appetitus suscipit. Ad questionem dicit doctor quod si aliquid aliud a voluntate causaret actum tunc voluntas de actibus nec mereretur nec demereretur. nec actus euenirent contingenter sed necessario postquam non esset in potestate voluntatis presentato obiecto non velle quod est falsum. Dico igitur quod ad actum primum siue ad deliberare non mouetur ab obiecto vel a fantasia sed a se ipsa. nam in sua potestate est deliberare vel non. Et hoc habetur. 3. ethicorum. in pluribus locis. Et confirmatur per Aug. de conceptu virginali. c. 4. voluntas est instrumentum se ipsum mouens. Item Aug. 13. de ciui. de ci. c. 6. ubi dicit quod si duo sint equa-

liter affectati animo et corpore et postea temptantur eadem pulcritudine vel obiecto. unde est quod unus cadit et alius non cadit. et dicitur quod hoc solum est a voluntate. Item Aug. 2^o de libero arbi. Quia nisi ea que sunt voluntaria nobis essent posita in potestate nostra et voluntate voluntas non esset laudanda nec vituperanda. nec etiam esset monenda. et qui dicit vel sentit voluntatem non esse monendam talis exterminandus est ab hominum numero secundum Aug. Sed que potentia est nobilior intellectiva vel volitiva pro utraque parte sunt auctoritates. Et pro parte intellectus est auctoritas Aug. contra Faustum ubi dicitur quod in omnibus actibus anime contemplatio precedit. Item Aristoteles. 12. metha. maximam nobilitatem dei esse in hoc quod intelligit. Item 10. ethicorum. Intellectus optimum eorum que in nobis sunt. Sed dico quod in contrarium est veritas. nam non diligo ut cognoscam. sed cognosco ut diligam. et sic diligere erit finis. ergo nobilior primo ethicorum et 2^o phisicorum. Et ad hoc sunt auctoritates expresse sanctorum distinguentes inter voluntatem et rationem. unde Dugo de libero arbitrio dicit sic. habet sane scilicet quocumque voluntas voluerit se vertere rationem semper committentem et quodammodo pedissequam. Item Anselmus de conceptu virginali. c. 4. distinguens inter voluntatem et dominium totius regni attribuit voluntati vocans eam reginam regni anime. Item quia caritas est in voluntate ut in nobiliori. et ideo auctoritatibus in contrarium dicendum est quod ille auctoritates non distinguunt inter voluntatem et rationem. sed concludunt totam portionem superiorem. Ad rationem in principio dicitur quod licet in motione moueatur ab obiecto tamen electionem a se ipsa habet.

De distinctione vicesima septima

queritur utrum gratia sit in essentia anime vel in potentia. Videtur quod sit gratia in essentia anime. nam illud est in essentia anime primo cui convenit vitam esse anime quod vivere est proprie secundum essentiam. sed gratia est anime vita ut patet per Aug. de laudibus caritatis. ergo proprie respicit essentiam et non potentiam. Ad oppositum est Aristoteles. 2^o ethicorum. qui dicit quod tria sunt in anima scilicet potentia passio et habitus. non est potentia nec passio ergo habitus. sed ille est primo in potentia. In hac questione ponitur opinio Thomae in principio di. arti. 3^o dicentis quod gratia ponitur in essentia anime. Doctor impbat. Est intentio doctoris quod gratia est in potentia. i. in ipsa voluntate primo. et non in essentia. probatur sic. nam gratia est aliqua forma in anima ut habitus est di. 17. pri-

mi li. sed non est passio vel potentia. gratia habitus scilicet illarum divisionem philosophi. 2^o ethicorum. Omnis habitus est in potentia. quia opus habentis bonus redditur. Confirmatur istud. gratia est idem cum gloria realiter vel est per se dispositio ad eam. igitur sequitur quod sit per se in eodem subiecto in quo est beatitudo. Beatitudo autem non est per se in essentia sed in potentia. Sed nota quod gratia est duplex. scilicet gratum faciens. et gratia gratis data. Et quod est de gratia gratum faciente. Scilicet contrarie opiniones dicunt quod gratia est in essentia anime sicut in immediato subiecto. gratia dico gratum faciens ad differentias aliarum gratiarum quas comparatur sicut forte sunt gratie sacramentales quicunque ponunt in potentia ut illuminatio baptismi in intellectu gratia matrimonialis in concupiscibili. sunt enim iste gratie ad determinatos actus potentiarum ideo ponimus in eis. Sed Scotus dicit quod non videtur sibi quod sit in essentia anime. nam gratia tollit peccatum. gratia immediate perficit illud in quo est peccatum immediate. scilicet hoc est in potentia et non in essentia. unde alii haberent dicere quod peccatum est in essentia et non in potentia immediate. Sed gratia est quid absolutum vel respectivum. aliqui dicunt quod gratia est quedam qualitas absoluta infusa ipsi anime ad hoc quod sit condigna vita eterna. et sic quod non solum dicit rectitudinem siue respectum ad deum. sed dicit aliquid formaliter absolutum. et sic ponunt eam in genere qualitatis.

Ad argumentum in principio dico quod gratia est vita anime. sicut amor caritatis. et ista sunt in potentia anime etc.

De distinctione vicesima septima

queritur utrum gratia sit virtus. Videtur quod non quia sic se habet lumen supernaturale respectu virtutum gratularum sicut lumen naturale respectu virtutum naturalium. sed lumen non est virtus. ergo etc. Ad oppositum est habitus ex precedenti questione et non vicium. ergo habitus qui est virtus. Ponitur opinio Henrici quodlibeto. 19. q. 13. quod gratia est quasi lumen supernaturale habens se ad virtutes theologicas. sicut lumen naturale se habet ad virtutes acquisitas et sic non erit virtus. Sed doctor dicit quod est virtus. et probat sic. Gratia est habitus ex precedenti questione. et non habitus quod est vicium. gratia habitus qui est virtus. minor est scilicet ethicorum et maior etiam pro illarum sufficientiarum quod in anima non sunt nisi tria ut in precedenti questione fuit dictum. Et in hoc potest teneri opinio magistri. sicut tenebatur di. 17. primi. quod spiritus sanctus non per alium habitum distinctum a caritate movet voluntatem ad diligendum deum meritoie distinctum ab illo habitu quo inhabitat. Ille. n. quo anima inhabitat est gratia et ipsa est caritas. sed intelligo quod non omnia sunt unum gratia et caritas licet per uno

sumantur. nam caritas est perfectio simpliciter. alias enim nō formaliter competeret. deo qui s̄ Jobannem est caritas. gracia autē non est perfectio simpliciter nec formaliter ponitur in deo. S̄ virtutes infuse oriuntur a gracia dico q̄ non. sic q̄ gracia se habeat vt principium causatiuum earum in anima. q̄ tunc ille non crearentur. sed dico q̄ ille virtutes oriuntur a gracia concomitatie. sic q̄ gracia concomitatur eas. Ad argumentum in principio dicit q̄ reducitur ad virtutem vel est dispositio ad virtutem.

Arca distinctionez vicesimamocta

nam queritur vtruz liberum arbitrium hominis sine gracia possit cauere omne peccatum mortale. Videtur q̄ sic s̄ Anselmum de libero arbitrio. Liberum arbitrium est potestas seruandi rectitudinez propter se. ergo manente libero arbitrio manet potestas eius. Ad oppositum hec videtur heresis pelagiana q̄ liberum arbitrium sufficiat sine gracia. In pede questionis allegat Gregorium in libro moralium li. 15. super illud Job. 34. Conteret multos etc. vbi notanduz q̄ non est super illud Job immediate. 34. conteret multos etc. sed super textum sequentem in eodem capitulo sc̄ super illud. Nouit enim opera eorum. idcirco inducet noctem et conterentur. et ideo glosandus est doctor subtilis sc̄ q̄ est super illud verbum mediate vel immediate. et maxime quia immediate quasi sequitur. iuuat hic concordia de conteret et conteretur. actioni enim suum correspondet passiuuz. Soluendo autem dicit doctor. hic dicitur q̄ ratione verborum Augustini que adducit contra pelagianos q̄ non possit cauere ab omni peccato sine gracia. Sed hic diuersimode ponitur. vno modo q̄ liberum arbitrium possit vitare singula peccata mortalia tamen non omnia et hic est Denricus quodlibeto. 6. questione. xi. Alia responsio q̄ vis liberum quodlibet manens in peccato mortali possit seruare preceptum quantum ad explecionem non tamen quantum ad intentionem mandantis qui vult seruari preceptum ex caritate. Est etiam Bonaventura in presenti distinctione articulo p̄ q. 3. distinguens de implecione mandatorum. aut quantum ad genus operis. et sic possunt impleri per solaz gratiam gratis datam. aut quantum ad intentionem mandantis. et sic non possunt impleri sine caritate et gracia gratum faciente. Ad questionem dicitur secundum Scotum q̄ ille qui ē in peccato mortali aliquando necessario peccat mortaliter. n̄ existens in peccato mortali actuali aut tradit obliuioni per negligentiam peccatum suum aut non. si sic omittendo peccat mortaliter negligendo salutem anime sue. si

non tradit obliuioni aut penitet aut non. si penitet intrat gracia si non peccat mortaliter. ergo sequitur q̄ necessario peccat mortaliter. sed hec ratio non cogit de peccato veniali. Sed posset probari. nam tenetur aliquando penitere sed non potest sine gracia. Et sic respondetur ad questionem q̄ homo non potest cauere peccata mortalia sine gracia. Confirmatur. q̄ fuit heresis pelagiana q̄ liberum arbitrium sufficebat sine gracia. hec heresis videtur potissime increpata ab Aug. de rectitudine iusticie. ergo etc. Itē Gregorius in Omelia. peccatum q̄ penitentia non deletur mor suo pondere ad aliud trahit. idem Aug. in li. de perfectione iusticie in fine vbi sic ait. Quisquis negat nos orare debere ne intremus in temptationem. negat autem hic qui concedit ad non peccandum gracia dei adiutorium non esse necessarium. sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem ab auribus hominum remouendus est. Sed homo sine adiutorio gracia potest acquirere omnes virtutes morales. aliqui dicunt q̄ non. nam sine gracia est defectus. et vbi defectus ibi non est virtus. Sed dicit quidam moralis q̄ virtus moralis potest dupliciter considerari sc̄ quantum ad duplicem perfectionem quam nata est habere. primo quantum ad naturalem et condiciones quas debet habere ex ratione. secundo quantum ad perfectionem supranaturalem. Si primo modo consideret dicit q̄ non videt bene quare non possit acquiri virtus perfecta sine adiutorio gracia vt fuit in phis. quantum ad perfectionem naturalem vel essentialem et necessario requisitam in quantum virtus moralis est non requiritur gracia. Si autem consideretur quantum ad perfectionem accidentalem que accidit sibi ex gracia qua gracia dicitur actu perfecta sic dicitur q̄ virtus moralis nō potest acquiri sine gracia. Ad rationem Anselmi est sua intentio q̄ ex parte liberi arbitrii potest seruari iusticia. et hoc dum habetur sed dum non habetur liberum arbitrium non sufficit.

Arca distinctionem vicesimanno

nam queritur vtrum iusticia originalis sit donum supernaturale in Adam. Videtur q̄ non. nam carentia originalis iusticie erat peccatum. sed si fuisset donum supernaturale eius carentia non fuisset peccatum. ergo etc. Ad oppositum est Dionisius de diuinis nominibus. Dic dicit Denricus quodlibeto. 6. q. 5. q̄ sic. q̄ preter rectitudinem illam infusam si qua fuerit oportet ponere in voluntate rectitudinem que est sicut qualitas in quantitate cui opponitur curvitas inflicta ipsi voluntati naturali quam incurrit peccando. et ex ista curvitate sequitur inobediencia infero

Ad questionem respondetur quod iusticia originalis fuit donum supernaturale in Adam. nam secundum Dionysium de diuinis nominibus naturalia remanserunt integra. sed iusticia originalis non remansit. ergo fuit donum supernaturale. In hac questione est unum certum in quo omnes doctores concordant quod iusticia originalis erat aliquod accidens in primo parente quod patet. quia fuit ablata ab eo ut omnes ponunt. Sed aliqui dicunt quod illa iusticia erat propria hominis naturalis. alii quod est supernaturalis. Ad quod dicitur quod iusticia originalis potuit dici naturalis sic. id est quod erat quedam proprietas non disconueniens rei in sui creatione. et sic dico quod erat naturalis. id est non contra eius naturam. sed virtute naturali nisi aliquid sibi daretur a deo non habebat plenum dominium super appetitum inferiorum quod scilicet posset ipsum in omni tranquillitate generare. et hoc est per adiutorium diuinum quod debet dici donum supernaturale. et hic modus est verus quod iusticia fuit donum supernaturale isto ultimo modo. Sed primi parentes habuerunt gratiam in primo instanti sue creationis. dicunt aliqui quod non. quia si sic non peccassent. Sed mihi videtur quod habuerunt. nam opera dei sunt completa et perfecta. sed sine gracia non erant perfecti. ergo habuerunt gratiam. Item deus dat gratiam rationali creature merenti. ubi non est aliquid repugnans. sed tunc nihil erat repugnans. Item doctores dicunt quod Adam habuit fidem gratiam. quia non videtur quod habuit fidem informem. Sed iusticia originalis potuit perdi non perdita gracia gratum faciente. alii dicunt quod de potentia absoluta potuit unum perdi sine alio. tamen de communi lege per peccatum mortale. adimens vnaz ademit aliam quia vtrumque opponebatur. Sed iusticia originalis et gracia gratum faciens erant idem realiter. dico quod communiter tenetur quod realiter distinguuntur licet non videatur ratione cogente. Sed per amissionem originalis iusticie natura humana fuit in naturalibus peiorata. Dicunt multi modi. sed verior est quod homo vulneratus fuit in naturalibus. quia defectus naturales subintravit sine quibus poterat viuere. si sibi illa gracia non fuisset sublata. videtur igitur quod natura amota ab originali iusticia fuit naturalibus relicta et per consequens vulnerata. non quidem quod gradus dispositionis naturalis in ipso fuerit amotus vel natura alterata a sua dispositione. Sed quia defectus naturalis incurrit sub quibus posita est formaliter. et hec dicuntur sua vulnera. quia talia in aliis animalibus non sunt vulnera tamen sunt vulnera in homine quia solo actu vel ictu sunt sibi inflata. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Trice circa distinctiones tricesimas. tricesima primam et tricesimam secundam. Et in prima ponitur due questiones. Prima est utrum quilibet propagatus ab Adam secundum legem communem contrahat peccatum originale. Videtur quod non. Aug. de vera religione ait. peccatum adeo voluntarium est ut si non sit voluntarium peccatum non dicitur. sed nihil est voluntarium in paruulis qui non habent usum rationis. ergo et ad oppositum ad R. o. 5. per unum hominem peccatum in mundum intrauit in quo omnes peccauerunt. Secunda questio utrum illud peccatum sit carentia originalis iusticie. In tricesima prima distinctione queritur. utrum ipsa anima contrahat peccatum originale a carne infecta. In tricesima secunda distinctione vniam mouet questionem de remissione peccati originalis scilicet utrum in baptismo remittatur peccatum originale. De hinc articulizat has quodnes. id est respondet quadruplici articulo in quibus articulis duas vias tangit scilicet Anselmi et Baudensis. Et quia satis notat doctor noster vias Anselmi idcirco noto qualiter articulis respondet doctor solennis. Primus articulus est qualiter ab anima contrahitur infectio in carne. Et huic respondet Henricus quod voluntas peccans in carne causauit quandam qualitatem morbidam consequentem circuitatem voluntatis. que quidem qualitas dicitur fomes et lex mēbroz tyrannica. et sicut quoddam pondus in carne excitat motus sensibiles. hec Henricus quodlibeto. 5. q. 23. Secundus articulus est qualiter seminatur caro infecta. idem ibidem respondet quod vel tota caro parentum fuit infecta ac morbida qualitate. vel si non saltem ex feruore et libidine ex seminatione inficitur ipsa caro seminata. Et sic dicit prime distinctioni. Tertius articulus est qualiter inficitur ipsa anima idem quodlibeto. 6. q. 32. quod in instanti creationis infusionis anime ipsa maculatur a carne infecta. Et sic dicit tricesime prime. Quartus articulus qualiter anima ab ista infectione liberatur per baptismum. idem ibidem respondet quod ista curatio manet in voluntate quam incurrit peccando. aut si non saltem manet fomes. et solus ut materia exercete actu virtutis. Et sic dicit tricesime secunde distinctioni. Sed doctor improbat omnes has vias. et respondet prime quod non quod Adas accepit iusticias pro se et pro tota natura que tunc erat in eo. et ideo iuste deo exigit a tota natura in quocumque est illa iusticia quam dedit nature. ita quod secundum ipsum casum cum in Adas peccato personaliter nudata tota natura. ideo in quocumque inueniet illa natura erit nudata. Sed aliquis diceret. natura numero que est in me non fuit numero in Adas licet bene in specie. ergo quare natura personaliter in Adas nudauit naturam

in me cum bec mea natura non cepit aliam iusticiam quam perdidit. Dicunt aliqui qd becnatura fuit in Adam causaliter. alii dicunt qd filius est debitor. qz Adam iusticiam cepit pro eo z pro aliis. z sic fuit. et fuit donum datum qd filii haberent per eum. Et sicut debebant habere ab ipso sic fuit iustum qd alii perderent pro ipso. nam ipso non habente alii per se iustum non poterant habere.

Ad secundam questionem in qua queritur quid sit peccatum originale. dicitur qd est formalis carentia iusticie originalis debite. Et dicitur debite qz a primo parente accepta z in ipso amissa. Et ideo Adam non habuit peccatum originale qz istud debitum non fuit ad ipsum traditum per alium parentem. sed ipse in se accepit illam iusticiam. z actu suo amisit.

Quantum ad tertium articulum. Et est tricesime prime distinctionis. dicitur qd anima trahit peccatum originale mediante carne. non ita qd caro quasi per quantitatem quandam vt creatura in ea causet istud peccatum originale. Sed ex hoc qd caro concupiscit seminat ex ipsa formaliter corpus organicum cui infunditur anima constituens personam que est filius Ade. ista igitur persona qz dicitur naturalis filius Ade debitor est iusticie originalis date a deo ipsi Ade pro omnibus filiis. z caret ea. ergo habet originale. Contrahitur ergo istud peccatum in carne in quantum est naturalis ratio. et ex hoc debere dicitur iusticiam qua per peccatum Ade caret. Sed quomodo peccatum originale transit per actum generatiue virtutis. Dic ponuntur quatuor modi qui sunt magistri. Primus qd ex peccato primi hominis orta est in carne ipsius quedam morbida dispositio que dicitur fomes peccati. et lex membrorum. Et tyrannicus quidam pondus in carne excitans motus sensuales libidinosos inclinans animam ad delectationes carnales. Secundus modus est qd in hac infectione oritur in actu generatiuo ardor quidam concupiscentie puriens. ex quo semen inficitur. Tertius modus est qd natura accepta ex illo semine infecto contrahit similem dispositionem morbidam. sicut z natura a qua descenditur. sicut natura generata ex semine leprosi contrahit infectionem. Quartus modus est qd ex vnione anime ad talem carnem contrahit anima infectionem que dicitur originale peccatum. Sed primum non valet. nam quanto melior est complexio tanto fortius concupiscit qd non esset si esset a morbida dispositione cum illa sit omnibus communis. Secundum non valet. nam talis ardor esset in homine in puris naturalibus et non aliter qd verum non est. Item quia ille ardor etiam est in aliis animalibus. Tertium qd dicunt qd semen

inficitur est contra Anselmum de conceptu virginali qui dicit. semen non est plus infectum qd sputum. Quartus qd dicunt qd anima inficitur infectione corporis. sicut pomum inficitur manu infecta non videtur intelligibile scilicet qd spirituale inficitur a corporali. Ideo est alius modus dicendi vt dixi supra. qd peccatum transit per actum generatiue virtutis non tamen per modum dictum. sed ex hoc qd per actum generatiue seminatur corpus organicum cui infunditur anima constituens personam que est filius naturalis. et ex hoc est debitor iusticie originalis date Ade pro se z pro suis filiis. z qz illam non habet forte est iniustus. Quantum ad quartum articulum Tricesime secunde distinctionis dicitur qd illud qd est formale in peccato in remissione peccati deleri debet in se per oppositum formaliter vel oppositum virtualiter. ergo qd est formale in peccato scilicet carentia iusticie illa debet deleri per positiuum proprium oppositum. vel per aliquid virtualiter continens illud oppositum. Gracia autem licet non ita perfecte coniungat fini ultimo quantum ad aliquem finem actualem. sed iusticia originalis perfectius tamen coniungit sicut dictum est di. 29. et hoc quantum ad illud secundum qd disiungit a fine ultimo peccatum originale. simpliciter enim eminentius coniungit gracia fini sub ratione finis qd iusticia originalis. et ideo in primo cum redditur gracia simpliciter dimittitur illud peccatum eminentius qd remitteretur per proprium positiuum. z licet remaneret catena illius positiuum non tamen culpa. Sed in baptismo postquam deletur peccatum originale quare non delentur pene consequentes illud. dicitur a quodam qd ideo est vt habeamus exercitium in virtutibus. z ob hoc etiam vt simus cogniti virtuosus. cum virtus infirmitate perficiatur. que virtus est circa difficile. 2. ethicorum. Item vt per illas miserias deum cognoscamus. nam aliter forte essemus obliti ipsius. Sed quomodo pueri parui puniuntur isto peccato originali. cum peccatum debeat esse voluntarium. et in eis quomodo erit peccatum postquam non fit cum voluntate eorum maxime si carent ratione. Item ex his que habemus ex origine nec laudamur nec vituperamur. 3. ethicorum. Item Aug. de vera religione. peccatum a deo est qz voluntarius. Dicit doctor dicto Aristotelis. 3. ethicorum. qd si Aristoteles vidisset illum casum non dixisset illam propositionem generaliter nam in proposito non tenet. Vel dic qd hic non vituperatur puer tam qd malus ex actu proprio. sed tanquam malus ex radice. Et ad Aug. de vera religione dicit qd illud peccatum est voluntarius vel voluntate propria vel voluntate illius cuius motione debuit inesse. Et ob hoc

pueri qz vitare illud non possunt puniuntur non pena sensus sed pena damni. Sed generatus ex digito hominis straberet peccatus originale. dicitur qz nō qz per actus generatiue potentie strabitur peccatum. Item qz ex hoc quis strabit. qz ē filius naturalis sed generatus ex digito non esset filius naturalis ex quo fieret per miraculum. Ad argumentum in principio dico qz fuit voluntarium in se vel in radice. et hoc sufficit ad peccatum.

Intra distinctionem tricesimam tertiam

queritur utrum peccato originali debeatur sola carentia visionis diuine pro pena. Videtur qz nō. qz Aug. in Enchiridion. 24. dicit firmissime tene et nullatenus dubites eos qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transeunt eterni ignis supplicio puniendos. Ad oppositum est magister in lra. et Aug. in Enchiridion. In hac distinctione non sunt opiniones ideo ad quod non dicitur cum Aug. in Enchiridion. c. 74. qz habebunt mittissimam penam. et sic respondemus ad questionem affirmatiue in qua sententia magistri concordant qz damnati pro solo peccato originali nullam habebunt penam sensus exterioris puta ignis. qz nullam delectationem inordinatam habuerunt. cui delectationi respondet acritas ignis affligentis ut propria pena. nec habebunt penam interiorē intrinsecam cum nullam inordinatam voluntatem habuerunt in aliquo statu sequitur qz nullam tristitiam interiorē habebunt. Sed tristabuntur de carentia beatitudinis dicitur qz non. nam si sic maiorem penam haberent qz illi qui habent penam sensus. nam haberent tristitiam et desperationem que sunt maiores. sed contentabuntur de illo statu. Sed si queratur de eis quantum ad cognitionem sine assertionem. dicitur qz cum non habeant intellectum impeditum corpore videtur probabile qz omnium naturaliter cognoscibilem possunt naturaliter cognitionem habere excellentius qz aliqui philosophi habuerunt pro statu isto. et ita aliqualem beatitudinem naturalem de deo scilicet cognitionem in vniuersali poterunt attingere. Sed si habebunt cognitionem beatitudinis in particulari. dicitur qz illa non est possibilis nisi supernaturaliter eleuetur et sic non dabitur eis. qz esset ad tristitiam et eam non demeruerunt habere sicut demeruit paganus. Sed isti dolent de carentia visionis dei. aliqui dicunt qz nō. qz hoc habent a determinatione diuina. Alii qz licet doleant tamen delectatio quam habent in cognitione eorum que nouerunt est maior qz sit ille dolor. et ideo eis sufficit. Sed vellent non esse dico qz non cum melius sit esse et damnatum qz non esse. Ad argumentum in principio

dicitur qz ibi Augustinus loquitur excessiue ad terrendum paganos. sed aliter intelligit.

Intra distinctiones tricesimam quartam et tricesimam quintam. tricesimam sextam et tricesimam

septimam queritur utrum peccatus sit per se corruptio boni. Videtur qz non. nam Mathei. 7. dicitur qz non potest arbor bona fructus malos facere. et glosa ibi nihil est medium quin causa boni sit bona et mali mala. Ad oppositum est magister in lra

In tricesima quinta queritur utrum peccatum sit corruptio rectitudinis in actu. In tricesima sexta utrum peccatum sit pena culpe vel peccati. In tricesima septima an peccatum possit esse a deo. Soluendo autem has questiones et inquirendo cuius boni peccatum est priuatio. dicit doctor et est in tricesima septima ultra medium qz est priuatio illius boni in quo est. quia illi nocet. Secundo dicitur qz est priuatio boni supernaturalis scilicet gratie. Tertio qz est corruptio habituum acquisitorum. quoad hec tria videtur Bonauentura li. 2. di. 35. p. 2. et 2. articulis. Sed pro maiori declaratione tria videbuntur ex parte Scoti. primo quid importetur nomine mali. secundo utrum sit dare primum malum quod sit causa omnium aliorum malorum. tertio si bonum sit causa mali.

Quantum ad primum dicitur qz malum potest dupliciter accipi. vno modo abstractiue. alio modo concretiue. si abstractiue sic dicit puram priuationem. si concretiue licet formaliter id est pro difformitate sit nihil tamen materialiter est aliquid scilicet actus super quem ponitur illa difformitas. Quantum ad 2. articulum dicit qz nō est dandum primum malum nec purum malum. nam purum malum est nihil. 4. ethicorum. et est ille textus. nam malum seipsum destruit. et si integre vndequaquā sit intolerabile est. glosa. i. efficiunt nihil. Quantum ad tertium articulum dicit qz bonum ut bonum sub hac reduplicatione nō est causa mali licet deperactibus bonum possit esse causa mali licet malum causa boni. Sed doctor Bonauentura respondet ad illud tertium qz bonum est causa mali. Sed de modo ponendi inquit diuersimode. vno qz bonum est causa per actibus mali. et hoc est dupliciter. vel qz accidentalitas sit ex parte cause vel ex parte effectus. Et in hoc vide de uoluntate doctoris li. 2. di. 34. arti. 1. q. 2. et 3. Et accipiēdo accidentalitatem ex parte cause et ex parte effectus ponitur etiam Bonauentura ubi supra qz peccatum nō habet causam efficientem. sed deficientem. et sic habet voluntatem pro causa deficiente et non pro causa efficiente

Ad secundam questionem veniēdo que dicitur tricesima quinta. dico qz peccatum est corruptio rectitudinis in actu scilicet deo. nō autem naturaliter nec cuiuscumque habitualiter. nec intelligo de corruptione que est mutatio

potest enim peccatum manere post talem mutationem iusticie ab esse ad non esse. sed intelligo corruptionem formaliter. sicut priuatio dicitur formaliter corruptio sui habitus. hoc enim modo ratio peccati est formaliter corruptio rectitudinis in actu secundo. que opponitur illi rectitudini ut priuatio habitui. hoc habet ab Aug. in li. de duabus aiabus. peccatus est velle vetitus. Item Ambrosius in li. de paradiso. peccatum est celestium transgressio mandatorum. ex quo Scotus soluit istam questionem scilicet quid sit peius peccatum. Auersio vel Conuersio. et dicit quod auersio formaliter est non velle finem quod idem est quod odire et illud est peius. sed auersio virtualiter est quasi conuertere amorem ad creaturas. et hoc est commune omni peccato mortali. et hoc est minus quam odire deum. Ad Tricesimam sextam distinctionem utrum peccatum sit pena culpe vel peccati. dicit Bonaventura li. 2. di. 36. articulo. 3. q. 1. quod non semper illud quod est pena est a deo. tamen in quantum est ordinatum culpe est a deo. quia ipse ordo est a deo. improbat. Ad quod non dicitur quod sic. Et est auctoritas magistri in quo magistro pro ista parte dicuntur multe auctoritates probantes quod unum peccatum est pena alterius peccati. Ad quod etiam dicitur a filio cuiusdam quod peccatum est causa alterius peccati in triplici genere cause scilicet finali. efficiendi et materiali. In genere cause finalis patet. nam furtum est peccatum nisi poneretur in casu necessitatis. quia ilico dominia propria sunt contra. sed furtum potest ordinari ad delectationem fornicationis. ergo et cetera. In genere cause efficiendi potest esse duobus modis. uno per se. alio per accens. per accens patet. nam ex remotioe prohibetis potest peccatum sequi peccatum. sed unum peccatum remouet prohibetis et impediens. et subtrahens gratiam quam hominem seruat. et illud est per accens. Secundo modo de per se in quantum subtrahit ab homine usum liberi arbitrii ut patet de illo qui se inebriat. et cadit in aliud peccatum ut puta homicidium. et est causa per se in genere cause efficiendi. cum quicquid est causa sit causa causati. Sed quis diceret actus ille viciosus transit et non remanet ergo quomodo est causa. dico quod licet transeat: aliquantulum tamen manet in suo effectu in genere cause materialis patet. quia unum peccatum est materia alterius peccati. Sed quis diceret quomodo conuenit peccatum ut peccatum est formaliter ista causalitas. ubi sunt duo aduertenda per ordinem. primum quod in peccato ut conuenter accepto duo sunt. scilicet materiale ut actus substractus. et formale scilicet difformitas. Dico ergo quod ista causalitas non conuenit peccato ratione sui formalis per se. nullus enim intendit pro fine difformitatem per se. nec difformitas in peccato est principium actuum. nec habet per se rationem materie. Sed dico quod ista causalitas conuenit peccato ratione sue materialitatis. scilicet ratione sui actus substracti et sic conuenit sibi per accens tantum.

Secundo dico quod licet ista causalitas conueniat peccato non tamen sibi conuenit necessario. quia principaliter ista causalitas residet apud voluntatem. Sed unum peccatum est pena alterius peccati dico quod sic. nam deus iuste permittit hominem cadere in aliud peccatum propter demeritum peccati precedentis. Et istud malum secundum se est defectus boni. ergo istud est vera pena scilicet se alterius peccati. Exemplum si quis teneret aliquem super lutum et diceret sibi. si dicas verbum tale permittam te cadere in lutum. si diceret verbum esset sibi in pena. Sic dico in proposito.

Ad Tricesimam septimam distinctionem dicitur quod peccatus non potest esse a deo. cuius ratio est auctoritas Aug. super illud Iobannis. Sine ipso factum est nihil. id est peccatum. Ratione patet quia faceret contra sui prohibitionem. nam prohibuit Ade. Ex quo habetur quod voluntas creata causat peccatum. Et est intentio doctoris quod voluntas causat materiale et formale peccati. Est verum quod sanctus doctor dicit quod deus conuenit ad materiale quod est ens. id est ad actus peccati. sed non ad formale quod est difformitas que difformitas est nihil. Sed hec verba non contradicunt huic determinationi. nam hic dicimus utrum deus causat peccatum. Aliud namque est causare et aliud concurrere. nullo namque modo deus causat actus peccati nec difformitatem. Item est auctoritas Aug. li. octuaginta tertius questionum. q. 3. sic inquiringis. Nullo homine sapiente actore fit homo deterior. tanta est enim in homine culpa ut in homine sapiente non cadat. est autem deus omni homine sapiente prestantior. non ergo deo actore fit homo deterior. Item in eodem libro. q. 24. quod causa est omni enti ut sit: non est causa non essendi ut non sit. quia illud quod est ab eo in quantum est bonum est. Est autem deus omnis boni causa. non ergo deus est causa non essendi alicui. igitur nec causa peccati alicui quod formaliter est non esse. Et nota lector Scoti quod quatuor distinctiones posite fuerunt tricesime quarte respondetur in medio distinctionis tricesime septime ubi dicitur ad aliam questionem. in qua primo queritur de causa peccati. Et ad tricesimam quintam respondetur quasi in principio tricesime septime distinctionis ubi dicitur. inter istas primo soluenda est secunda. Et ad tricesimam sextam respondetur in fine illius questionis. utrum voluntas creata sit totalis causa immediata sui velle et incipit. ad tertiam in ordine dico. Et ad tricesimam septimam respondetur in medio huius questionis de voluntate ubi dicitur. et hoc quantum ad solutionem quarte questionis videndum est.

Ad argumentum in principio dico quod intelligitur quod peccatum non est a bono sicut a causa per se. sed bene ut a causa per accens.

Secunda questio tricesimeseptime

distinctionis ubi queritur vtrum voluntas creata sit tota
 lus causa et imediata respectu sui velle ita quod deus respectu
 illius non habeat aliquam efficientiam immediate sed tantum me
 diate. Videtur quod sic ut habetur per Aug. de libero arbitrio. c. 8.

Ad oppositum videtur. nam sancti tenent quod deus imittit bo
 nas cogitationes et volitiones homini inclinato ad opposita ut
 patet in beato Paulo 2d. Ad istam questionem posset dici quod
 voluntas est totalis causa respectu sue volitionis. quod probatur per
 rationes. primo quia aliter ipsa non esset libera. secundo quia aliter
 nihil contingenter causare posset. tertio quia aliter non posset peccare.
 quarto quia aliter nullam actionem omnino habere posset. Con
 firmatur per auctoritates per illud ecclesiasticum. 3. ubi dicitur quod de
 us ab initio creavit hominem et reliquit eum in manu consilii sui.
 Item Aug. 5. de civi. dei. c. 3. Sic deus res quas condidit admis
 nistrat ut eas agere proprios motus sinat. Anselmus de concordia
 prima parte. c. 8. deus facit omnes actus et omnes motus quia
 ipse facit res a quibus et in quibus et ex quibus fiunt nulla res ha
 bet potestatem veram volendi aut faciendi nisi ipso dante. Ibidem
 non ea deus que predestinavit facit voluntate cognoscendo aut
 voluntati resistendo. sed in suo esse et potestate dimittendo. Item
 Aug. de libero arbitrio. c. 8. Totam quidem substantiam quam
 de nihilo fecit potest redigere in nihilum a voluntate habente rec
 titudinem non valet illam separare. Sed deus potest causare vo
 litionem voluntate non coagente. hic sunt multi modi ponitur ve
 rior. et dicitur quod deus potest facere totam realitatem absolutam illi
 us actus in voluntate ipsa non coagente hoc patet. quia deus pos
 test supplere causalitatem cause secunde in efficientibus. Secundo
 dicunt quod ille effectus dicitur velle voluntatis patet. quia est a vo
 luntate. Tertio dicunt quod illud non esset meritorium nec demerit
 orium. Sed dicit quidam resoluendo materiam quod deus potest
 facere actum voluntatis sine voluntate. tamen actum voluntatis
 meritorium non potest facere ordinate vel de potentia ordinata si
 ne voluntate. Sed omne peccatum formale est a voluntate. dico
 illam conclusionem. quod omne peccatum formale vel est in volun
 tate formaliter vel virtualiter. quia omne peccatum vel est malum
 velle vel est causatum a malo velle. si est malum velle sic est in vo
 luntate formaliter ut forma in subiecto. si est causatum a malo velle
 sic est in voluntate virtualiter. Ad arguendum in principio dicitur quod
 Aug. intelligit quoad ultimum actum deliberationis.

Ircā distinctionez tricesimamocta

uas dicitur vtrum intentio sit solus actus voluntatis. Vide
 tur quod non. quia non est nisi duplex actus voluntatis. scilicet velle
 et eligere. sed intendere neutrum videtur esse. ergo non est actus volun
 tatis. Ad oppositum sunt magister et Aug. 9. de trini. In
 hac questione non sunt opiniones. sed tria videbimus. primo quod intē
 dere siue intentio generaliter acceptum et large non est actus soli
 voluntatis. secundo ostendetur quod obiectum huius actus est finis
 et non illud quod est ad finem. tertio quomodo differt intendere ab
 eligere percipere et velle. Quantum ad primum dicitur quod in
 tendere generaliter est in aliud tendere. sicut quilibet potentia per
 suum actum in obiectum tendit. et quodlibet mobile per motum in
 terminum. etiam pertinet ad intellectum. nam ex principiis tendit
 ad conclusiones per posteriora. ergo intendere non est solius volun
 tatis. Sed intendere stricte est voluntatis. nam intendere proprie
 acceptum est idem quod in aliud distans tendere et se in illud ducere.
 sed hoc solum est actus voluntatis. Item tendere est in bonum. scilicet
 hoc est voluntatis. 3. ethicorum. 8. 2d. Quantum ad secundum
 articulum dicitur quod intentio semper est ad finem et habet pro ob
 iecto finem. 3. ethicorum. Quantum ad tertium articulum dicitur
 quod differunt. nam intendere differt ab eligere. quia eligere ha
 bet pro obiecto illud quod est ad finem. 3. ethicorum. sed intendere
 habet ipsum finem in eodem. 3. ethicorum. et in eodem. c. differt per
 cipere ab eligere. quia percipere est eligere cum quadam habitudi
 ne motiva ad potentias inferiores. etiam quia percipere habet pro
 obiecto illud quod est ad finem. sed velle habet fines pro obiecto
 differt intendere a velle. quia velle dicit simpliciter velle fines. in
 tendere autem dicit velle finem cum habitudine ad velle alterius
 quod in ipsum finem ordinat. Ad arguendum in primo per primum articulum

Ircā distinctionem tricesimanno

nam queruntur due questiones. Prima vtrum Sindre
 sis sit in voluntate. Secunda vtrum conscientia sit in vo
 luntate. Videtur quod conscientia pertineat ad voluntatem. nam con
 scientia est bona et mala. sed illud quod est malum et bonum pertinet
 ad voluntatem. 3. ethicorum. 8. 2d. Ad oppositum conscientia est opposi
 tum de con et scientia. scia autem pertinet ad intellectum. 6. ethicorum. er
 go 2d. Ad habendum noticiam harum duarum questionum.
 et argumentorum. quia doctor est hic breuiloquus est notanda opinio
 herici quodlibeto. 1. q. 18. in qua dicit quod in intellectu sunt duo. et in volun
 tate duo correspondentes illi duobus singulis singulis. in intellectu autem est lex

nature que est de vniuersalibus principiis agendorum. et huic cor-
respondet in voluntate Sinderesis que est quasi quidam motor
vniuersalis stimulan ad talia principia vniuersalia. et sic dicitur
quasi electio naturalis. Dicitur autem s³ eum a sin q^d est simul
seu cum. et eres is q^d est electio quasi cum lege ambulat. interpos-
nitur autem de propter eufoniam. vel ad differentiam cuiusdam fi-
gure grāmaticalis que dicitur Sineresis. que est quando ex dua-
bus vocalibus fit vna. et habet 3 opponi Dieresi. que est quando ex
vna vocali fiunt due. Secundo in intellectu est recta ratio et ē de
particularibus agendis. et habetur s³ euz ex maiori de vniuersa-
libus principiis sumptis sub illis vniuersalibus cum dictamine
rationis. huic autem in voluntate correspondet conscientia quasi
de eo dicta. est a cum et scientia. et dicitur electio deliberatiua.

Sed Scotus non vult q^d conscientia sit in voluntate. nam si
poneretur in voluntate et ageret contra conscientiam tunc sequer-
etur q^d haberet opposituz velle in actu. q^d in actu conscientia vel-
let vnum. et quandoq³ ageret contra conscientiam. et per volunta-
tem vellet aliud. et tunc oporteret q^d simul vellet opposita. Itē ho-
mo non sequitur necessario conscientiam actualem quā habet de
aliquo faciendo vel fugiendo. sed si scientia pertinet ad volun-
tatem necessario sequeretur conscientiam actualem voluntatis. er-
go scientia ad voluntatem non pertinet. Conscientia igitur s³
Scotum nihil aliud est q^d quidam habitus in intellectu practico
qui iudicat de agendis et connotat actuz voluntatis sicut ad quē
ordinatur. Sed voluntas potest agere contra scientiam. Aliqui
dicunt q^d non agere contra scientiam in actu. sed bene contra con-
scientiam in potentia. nam conscientia durante hoc esse facien-
dū non potest voluntas agere contrarium. Sed contra hoc est veris-
tas. nam quis potest agere contra conscientiam in actu scilicet dum
quis agit contra scientiam dicitur habere duas propositiones.
Conscientia enim dicit q^d aliquid est illicitum vtputa mendaciū
et ideo non faciendum. Sed ratio dicit melius est mentiri q^d perde-
re vitam vel aliquid huiusmodi. talis enim agit contra conscien-
tiam bonam. agendo tamen s³ scientiam erroneam. Sed que-
ritur quando ratio dicit q^d melius est modo mentiri q^d perdere vi-
tam. aut stat iudicium scientie q^d non est modo mentienduz. aut
non stat si stat ergo alius pro tunc stare non potest scilicet q^d sit men-
tiendum modo. q^d tunc essent simul iudicia contraria. Si nō stat
ergo non stat contra conscientiam. Dicitur ad hoc q^d bene stat iu-
dicium in vniuersali q^d non est mentiendum. sed particulare iudi-
cium faciens contra scientiam in actu dicit melius est mentiri q^d

vitam perdere. Et sic scientia enim dicit sibi licet erronea q^d sal-
tem pro nunc est mentiendum. Secundo dico q^d stante iudicio ra-
tionis actuali et stante scientia melius est non mentiri etiam pro
nunc dico q^d voluntas potest agere contra scientiam in actu. et hoc
experimur. Sed voluntas peccat semper agendo contra iudiciuz
dico q^d si conscientia erronea dicit q^d aliquid sit faciendum sicut
preceptum et facit contra mortaliter peccat q^d equipollet peccato
mortali. Si vero ratio erronea dicit aliquid esse facienduz sicut
consilium vel sicut opus et non facit tunc non peccat mortaliter s³
venialiter vt puto. Ad arg^o in prin^o d^r q^d scientia non ē simpli-
ter scientia. s³ dicitur scientia dictatiua que pertinet ad volūtatē

Ircā distinctionē quadragésimā 3

queritur vtrum omnis actus sit bonus vel malus ex fine
vel ab obiecto. Videtur q^d sit a fine. nam intentio ē Aug.
sic inquentis bonum opus intentio facit. Ad oppositum est
Aug. contra mendacium. c. 5. et dicit q^d multi actus non possunt
esse boni etsi propter finem bonum fiant. Est intentio Aristote-
lis. 6. ethicorū. q^d a fine. nam sicut se habet principium in specula-
bilibus sic finis in agibilibus. Sed Scotus dicit q^d bonitas
actus moralis est ex aggregatione omnium conuenientium actui
non absolute. sed que conueniunt ei s³ recta rationem. q^d igitur
actui recto recte dicit determinatuz obiectum. puenire et determi-
natum moduz. et alias circumstantias non est pposita bonitas ex
solo fine. Sed prima ratio bonitatis est ex cōuenientia actus ad
efficientem a quo actus dicitur moralis. q^d libere elicitus. et hoc est
p mune actui bono et malo. nec est enim laudabilis nec vituperabi-
lis nisi sit a voluntate. Secunda conditio est ex obiecto. q^d si cō-
ueniat tunc est actus bonus ex genere post istud prima circumstā-
tia est primus finis. nec ista sufficit sine aliis circumstantiis. sicut
circumstantie forme vtputa q^d debito modo fiat q^d pertinet ad
quartam circumstantiam. deinde sequuntur circumstantie extrin-
sece scilicet quando et vbi. Ex his habetur q^d sola circumstantia finis
non sufficit ad bonitatem actus moralis. Sed nota vt diximus
in prologo q^d aliquis est actus qui non est bonus nec malus ex fi-
ne sed ex obiecto vt dare elemosinas. Sed s³ morales omnis ac-
tus moralis est bonus vel malus ex fine. Ad argumentuz in
principio dico q^d intelligit de bonitate morali.

Ircā distinctionē quadragésimā 3
primam queritur vtrum aliquis actus possit esse indifferēs

Videtur quod non. quia inter habitum et priuationem non est medium bonum et malum sunt priuatiue opposita. ergo etc. Ad oppositum est Ambrosius in lra. affectus tuus nullum imponit. ex quo intelligitur quod sit indifferens. Dic ponitur opinio sancti Thome prima secunde. q. 18. articulo. 9. quam doctor dicit requirendam in Bonauentura. Ponit autem eam doctor deuotus in presenti di. articulo. 1. q. 3. non quod eam teneat imo improbat ipsam. Ipsa autem opinio secundum eum aut viam dei nimis ampliat. Si dicat sufficere referibilitatem habitualem ad finem ad meritum. aut nimis artat. si dicat exigi actualem. Ponit autem ibi beatus Bonauentura loco primo eam inter tres opiniones. quarum ultimam seu tertiam tenet duabus primis repudiatis. Est autem talis opinio quod est bene dare actum humanum indifferentem sicut speciem. et hoc est dictum sicut esse quod habet ab obiecto. non tamen secundum esse in diuiduum. et hoc est ut eliciat cum circumstantiis quod notat in breuiloquio doctor subtilis dum dicit. hic dicitur quod nullus singularis actus est indifferens. hoc est ut quoddam indiuiduum. Et post modum iungit. actus tamen. in hoc est indifferens. hoc est secundum speciem siue sicut quid in quantum indiuidua perfectiones addunt ad suas species. Sed cum intentione Scoti dicitur quod est aliquis actus qui non erit de se nec bonus nec malus. Sed pro declaratione huius materie est dicendum secundum Scotum quod homo mouetur aliquando ad aliquos actus sola ymaginatione ut ad frictionem barbe. et illi quodammodo nec humani nec non humani. nec boni nec mali dicuntur. nec tales sunt notabilis bonitatis vel malicie. 2. phicoz. c. de fortuna. Ad alios actus mouetur homo cum aduertentia rationis et beneplacito voluntatis. et illi proprie dicuntur humani. Est ergo sensus questionis utrum omni actui hominis facto non ex sola ymaginatione. sed ex sola voluntate aduertente sit malicia culpabilis vel malicia opposita ei. Et hic est communis opinio quod sic. quia omnis actus sic factus voluntate aduertente est bonus vel malus moraliter. et in hoc quasi omnes concordant. Sed doctor quem sequor dicit quod non. nam quis potest leuare fesculam voluntate aduertente. quod nec erit bonus nec malus moraliter. Item est motiuum suum principale voluntas hominis potest moueri ad eleuandum fesculam ex hoc solo quod vult facere quod sibi non est prohibitum. sed suo dominio relictus ut indifferens sicut quilibet experiri potest. Sed hoc faciendo ex hac ratione facit actum indifferentem nec bonum nec malum moraliter. ergo voluntate aduertente potest facere actum indifferentem. Item videtur conueniens quod sit homini aliqua materia relictam

indifferens de cuius opposito nec est sibi datum preceptum nec consilius et tamen voluntarie agens in hac materia quod non habeat necessarium actum nec bonum nec malum moraliter. Ad argumentum in principio dicitur quod non sunt priuatiue opposita loquendo de bonitate et malicia meritoria ut patet.

Tractatus distinctione quadragesima

secundam doctor ponit distinctionem septem peccatorum capitalium. et remittit ad distinctiones sextas huius secundi ubi tractatur de peccato angeli. Et dicit quod voluntas coniuncta appetitui sensitivo nata est tendere indelectabilia appetitui sensitivo et maxime in maxima delectabilia et cum hoc inappetibilia appetitui excellentiori. sicut est intellectus coniunctus natus intelligere sensibilia et prius ea que sunt prius sensibilia. voluntas ergo ipsa propter coniunctionem eius cum sensitivo appetitui nata est tendere indelectabilia tali appetitui. et sicut illa delectabilia possent assignari peccata capitalia cardinalia. spiritualia autem secundum illud quod est delectabile voluntati in se non propter appetitum sensitivum. peccatum autem auaricie non videtur esse nisi circa bonum appetibile utile quod ordinatur ad appetibile secundum se altero dictorum modorum sicut ad voluptatem vel honorem sui. tamen secundum formales rationes peccatorum non est ista diuisio septimembris sufficiens imo esset accipienda per se distinctio preceptorum vel ex carentia vel ex obliuione preceptorum. sicut sunt decem precepta prima. ita septem peccata capitalia. vel ex oppositione ad virtutes contra septem virtutes septem peccata. Vel dic quod septem peccata mortalia a prioribus essentialiter distinguuntur per suas rationes formales. sed a posterioribus per obiecta. nam a posterioribus aliqua dicuntur spiritualia quia suum obiectum est spirituale ut superbia. cuius obiectum est gloria. Alia dicuntur corporalia ut luxuria et gula idem Apulus ad Romanos. 7. inquit. Emundemus nos ab omni iniquitate carnis et spiritus.

Tractatus distinctione quadragesima

tertiam queritur utrum voluntas creata possit peccare ex malicia volendo aliquid non ostensum sibi sub ratione boni veri vel boni simpliciter vel boni apparentis et secundum quid. Videtur quod non secundum Dionysium de diuinis nominibus. Nullus operatur ad malum aspiciens. Ad oppositum. Nam tunc voluntas creata non posset tendere in obiectum sub ratione qua non posset tendere voluntas diuina quod falsum est.

Dic ponitur opinio Boneventure li. 2. di. 34. articulo. 1. q. 3. et dicitur quod non. Sed ad hoc dicitur quod sic. quia peccatum est deordinatio voluntatis contra dictamen rationis. Sed voluntas istud potest facere ut patet in intemperato. nam ratio intemperati dicit. christi anus es debes ieiunare. voluntas eius dicit. nec ieiunabo nec volo. et sic videtur quod voluntas possit contra illud quod sibi est a ratione demonstratum. 7. ethicoz. et ob hoc peccat ex malicia. nam aliter si non ex malicia posset excusari. quapropter omnia peccata essent inuoluntaria quod est contra Aristotelem. 3. ethicoz. Et sunt quatuor modi peccandi. Primus est ex passione ut incontinens amore turbatus ignorat in particulari an luxurari sit malus maxime cum mulieribus postquam ille sint pro generatione procreanda ideo ponit quatuor propositiones in silogismo. Secundus ex errore sine passione ut infidelis. Tertius est ex inconsideratione sine aliqua passione deliberans aliquo agendo cui non occurrit aliqua conditio sub qua debet illud fieri. et mouetur voluntate ad illud faciendum sine ista conditione. et per istum modum ut dicunt aliqui peccauit primus angelus. Quartus modus quando ex sola perversitate. et istud vocatur peccatum in spiritum sanctum ut infidelis blasphemus et irretrogradatio alicuius infidelitatis in morte. Sed proprie apud doctores est ratione illius malicie ideo irremissibile.

Sed utrum omnis actus hominis existentis in peccato mortali sit peccatum mortale. Ad quod dicitur quod non. quia licet diligat finem inordinatum plus quam deum. alia tamen opera sua potest facere propter alium finem non inordinatum. nec perversum in quo saltem non peccat mortaliter. Sed omnis actus infidelium est peccatum mortale. Ad hoc dicit quidam non tamen asserendo quod duplex est infidelis. unus infidelis ydolatra qui colit aliud quam deum. Alius autem infidelis non ydolatra. et sic dicit quod infidelis ydolatra referens actus ad suum finem ydolatrie peccat mortaliter. alius tamen infidelis non ydolatra referens suum opus in deum potest in illo actu non mortaliter peccare ut in dando elemosinam pauperi propter deum in quo non peccabit. sed disponetur ad remotionem sue infidelitatis. Sed actus interior et exterior sunt duo peccata. dico quod si in actu exteriori nulla correspondeat difformitas. sed sola sit difformitas in interiori dicitur quod non sunt duo peccata ut dare elemosinam propter amantiam. aliquando tamen sic se habent quod difformitati interiori correspondet difformitas exteriori. ut si quis fornicari vult. et accedere ad non suam in loco sacro. Et de isto dico quod licet sint duo peccata formaliter tamen sunt unum peccatum quodam ordine. quia illi duo actus pendunt ex una voluntate

difformi in se et sic possunt dici duo peccata et unus peccatus. Sed peccatum in spiritu sancto est irremissibile. dicunt aliqui quod ideo dicitur irremissibile quia de difficili remittitur. causa quia de difficili remissibile est. cur non habet causam remissibilitatis nec excusationis. sed causa remissibilitatis peccati est ignorantia vel passio que aliquo modo excusat saltem a causato. unde apostolus dicit. misericordiam persequor super quos ignorans feci. Sed peccatum in spiritu sancto habet causam sue irremissibilitatis cur est ex certa malicia. Alii dicunt peccatum in spiritu sancto irremissibile quia corrumpit immediate. id est ille malus christianus moritur cum illa cordis duricie et desperatus. et quia post mortem non est locus penitendi ideo irremissibile.

Ad argumentum in principio dicitur quod nullus operatur ad malum aspiciens sub ratione mali. sed bene sub ratione boni.

Intra distinctiones quadragessimas

quarta et secundi libri ultimam queritur utrum potentia peccandi sit a deo. Videtur quod non. actus peccandi non est a deo. ergo nec potentia peccandi. Ad oppositum nam deus dicitur currere ad omnem actum inferiorum tanquam causa vltima. ergo et cetera. In hac questione sunt tres modi dicendi. primum dicitur sic quod potentia peccandi non est a deo ut potentia peccandi. Et ratio sue opinionis. quia ut sic non videretur quin possit negari peccatum esse a deo. nam quicquid est causa est causa causati per Aristotelem. in li. de causis. Aliis videtur quod potentia peccandi est a deo. et assignant duas rationes. prima quia potentia peccandi non potest negari nisi quia natura est defectibilis. sed hoc non sufficit quia malus pene importat defectum. et tamen ponitur esse a deo. Secunda ratio quia dicitur creature ut creatura est a deo. sed libero arbitrio ut creatura dicitur potest deficere. ergo istud peccati defectus est a deo. Tertius modus dicendi. et hic est verus quod potestas peccandi potest accipi dupliciter uno modo per fundamentum. alio modo per ordinem ad actum peccandi in quantum peccatum est. modo dicitur quod ut dicitur fundamentum sic potest esse a deo. sed ut dicitur ordinem quia ut sic est priuatius non habet causas actiuas. et hoc modo non dicitur creature quod sit a deo. Sed deus est causa peccati. Ad hoc dicendum quatuor per ordinem ponuntur. Primum quod oportet ponere quod deus sit causa mediata in quantum causat et preseruat voluntatem que actum elicit. et immediata in quantum concurrat ad actum talem ut agens perfectius et coagens ipsi voluntati. Secundum quod non est causa actus voluntatis ut actus malus est. quia hoc solum habet a voluntate deficiente. Tertium quod deus est causa actus peccati non ut malus est. nec ut peccatum est. sed secundum totum illud quod habet entitatis. Quartum quod actus malus deo imputari non potest quia ut malus est non est a deo. sed ut dicitur a voluntate deficiente.

Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Tabula

Incipit tabula secundi libri sententiarum

Distinctio prima

Utrum primaria causalitas respectu omnium creabilium de necessitate sit in tribus personis. et ponuntur tres articuli. primus si creabilitas inesse reali sit in tribus. secundus si creabilitas inesse volito vel cognito sit in tribus. tertius si possibile non esset nisi una persona. si possit esse in ea perfecta creabilitas

2. q. Utrum deus possit aliquid creare. ponuntur duo articuli. primus an esse a primo sit primo non ens formatum quod ens. 2. si creatio possit demonstrari nihilominus et eternitas ut impeditur creatio

3. q. Utrum sit possibile deum producere aliquid aliud a se sine principio. hic ponuntur duo. primus quod est aliqua productio que non presupponit subiectum. 2. quod omne ens aliud a deo sit ab ipso tanquam a causa agente. et hoc sentit Aristoteles.

4. et 5. q. Utrum creatio angeli sit idem angelo. quia utrum relatio creature ad deum sit idem fundamento.

6. q. Utrum angelus et anima differant specie.

Di. 2. Utrum in existentia angeli actuali sit aliqua successio formalis

2. q. Utrum in angelo actualiter existente necesse sit ponere aliquid mensurans existentiam vel durationem existentie eius aliud realiter ab ipsa existentia.

3. q. Utrum omnium creabilium sit unum eum.

4. q. Utrum operatio angeli mensuretur eum.

5. q. Utrum angelus sit in loco. et determinata questione dicitur an angelus possit esse in loco quantumcumque magno vel paruo. et quid est angelum dici in loco.

6. q. Utrum unus angelus possit esse in pluribus locis.

7. q. Utrum duo angeli possint esse in eodem loco.

8. q. Utrum angelus possit moueri de loco ad locum motu continuo

9. q. Utrum angelus possit se mouere.

10. q. Utrum angelus possit moueri in instanti.

11. q. Utrum angelus possit ab extremo in extremum mutari non pertransendo medium.

Di. 3. Utrum materialis substantia ex se siue ex natura sua sit indiuidua

2. q. Utrum substantia materialis per aliquod principium intrinsecum sit indiuidua. hoc est si est indiuidua per negationem.

3. q. Utrum substantia materialis sit indiuidua per actuali existentiam

4. q. Utrum substantia materialis sit indiuidua per quantitatem.

5. et 6. q. Utrum substantia sit hec et indiuidua per materiam. sexta quod si est indiuidua per aliquam entitatem posituam.

Secundi libri .ij.

7. q. Utrum possibile sit plures angelos in eadem specie. ubi habes tres articulos condemnatos contra illos qui dicunt non esse plures angelos in eadem specie.

8. q. Utrum angelus possit cognoscere se per essentiam suam

9. q. Utrum angelus habeat noticiam naturalem distinctam essentie diuine.

10. q. Utrum ad hoc quod angelus cognoscat distincte quidditates creatas alias a se requiratur necessario quod habeat proprias distinctas rationes cognoscendi eas.

Di. 4. et 5. Utrum inter creationem et beatificationem angeli boni fuerit aliqua morula. In quinta utrum angelus prius meruit suam beatitudinem quam eam acceperit. ubi habes duo primo an angeli fuerint creati in gracia. secundo an fuerint creati in beatitudine.

Di. 6. Utrum angelus malus potuit appetere equalitatem dei. secundo an angeli potuerunt peccare et quando peccauerunt.

2. q. Utrum primum peccatum angeli fuerit formaliter superbia. ponit duos articulos. primus que fuit malicia in primo angelo peccante. secundus ad quod genus peccati pertinebat illa malicia.

Di. 7. Utrum angelus malus necessario velit male. ubi habes utrum in angelis bonis sit potentia ad peccandum.

Di. 8. Utrum angelus possit assumere corpus in quo exerceat opera vite. hic ponuntur quatuor articuli. primus utrum angeli habeant corpora naturaliter eis unita. Secundus utrum habeant corpora voluntaria sumpta. tertius quas operationes possunt exercere. quartus si sunt in corporibus illis sicut in loco.

Di. 9. Utrum angelus superior possit illuminare inferiorem ubi habes duo. primo de choris angelorum. 2. de ordine.

2. q. Utrum angelus possit intellectualiter loqui alteri.

Di. 10. Utrum omnes angeli mittantur. et distinguit de missione

Di. 11. Utrum angelus custodiens possit aliquid effectiue causare in intellectu hominis custoditi. ubi habes tres articulos. Primus de aliquibus certis. Secundus per quem modus causatur aliqua cognitio in intellectu nostro. Tertius per quem modum in voluntate possunt causare volitionem.

Di. 12. Utrum in substantia generabili et corruptibili sit aliqua entitas positua distincta realiter a forma.

Di. 13. Utrum lux signat lumen tanquam propriam speciem sensus

Tabula

- sibilem sui. hic ponit tres articulos. primus quid sit lux. secundus quid sit lumen. tertius qualiter lumen a luce gignatur.
- Di. 14. Utrum corpus celeste sit essentia simplex. hic ponuntur duo articuli. primus quomodo capitur materia. 2us si in celo est materia.
2. q. Utrum aliud celum sit mobile a celo stellato.
- Di. 15. Utrum in mixto remaneant elementa secundum actum.
2. q. Utrum ymago trinitatis in anima rationali consistat in tribus potentiis realiter distinctis.
- Di. 16. Utrum anima Ade fuerit creata in corpore.
- Di. 17. Utrum paradysus sit locus conueniens habitationi humane.
- Di. 18. Utrum in materia sit ratio seorsim ad formam naturalem educenda.
- Di. 19. Utrum in statu innocentie habuissent corpora immortalia. hic ponuntur tres articuli. primus si in illo statu corpus esset corruptibile. 2us dato quod sic utrum aliquando fuisset corruptus. 3us si in illo statu corpus illud aliquando fuisset subiectum passioni.
- Di. 20. Utrum filii precreati in statu innocentie fuissent statim confirmati in iusticia originali. hic sunt tres articuli. primus si parentes non peccassent filii si fuissent nati in iusticia originali. 2us si per illas fuissent confirmati. 3us si fuissent nati perfecti secundum corpus.
2. q. Utrum in statu innocentie fuissent illi soli geniti qui nunc sunt electi.
3. q. Utrum filii in statu innocentie creuissent in corpore et scia sicut modo.
- Di. 21. Utrum peccatum primi hominis in statu innocentie potuit esse veniale.
- Di. 22. Utrum peccatum Ade fuit grauissimum. hic ponuntur tres articuli. primus cuius generis sit peccatum Ade. 2us utrum fuerit grauissimum. 3us quod fuit maius vel Ade vel Eue.
2. q. Utrum peccatum primi hominis fuerit ex ignorantia. ponit duos articulos. in primo ponit distinctionem. in 2o mndet quod non.
- Di. 23. Utrum deus possit facere voluntatem creature rationalis impeccabilem per naturam.
- Di. 24. Utrum portio superior sit potentia distincta a portione inferiori.
- Di. 25. Utrum aliquid aliud a voluntate causet actum volendi in voluntate. ubi habes que potentia sit nobilior intellectiva vel volitiua.
- Di. 26. Utrum gratia sit essentia a se vel in potentia. ubi habes an gratia sit quid absolutum vel respectuum.
- Di. 27. Utrum gratia sit virtus. ubi habes an virtutes infuse oriuntur a gratia.
- Di. 28. Utrum liberum arbitrium hominis sine gratia possit cauere omne peccatum mortale. ubi habes an quis sine adiutorio gratie possit acquirere virtutes morales.
- Di. 29. Utrum iusticia originalis sit donum supernaturale in Adam

Secundi libri

- ubi habes duo. primo an primi parentes habuerint gratias in primo instanti sue creationis. secundo si per amissionem originalis iusticie natura humana fuit in naturalibus peiorata.
- Di. 30. 31. et. 32. Utrum quilibet propagatus ab Adam habet legem communem contrahat peccatum originale. secunda questio utrum illud peccatum sit carentia originalis iusticie. in distinctione. 31. utrum ipsa anima contrahat peccatum originale a carne infecta. in. 32. ponit de remissione peccati originalis.
- Di. 33. Utrum peccato originali debeatur sola carentia visionis diuine pro pena.
- Di. 34. Utrum peccatum sit ab alio ut a causa. ubi habes tres articulos. primus quid importetur nomine mali. secundus si est dare primum malum quod sit causa omnium malorum tertius si bonum sit causa mali.
- Di. 35. Utrum peccatum per se sit corruptio boni.
- Di. 36. Utrum peccatum sit pena culpe vel peccati.
- Di. 37. Utrum peccatum possit esse a deo. nota finem istarum distinctionum.
2. q. Utrum voluntas creata sit totalis causa respectu sui velle sic quod deus respectu illius non habeat aliquam efficientiam immediate. sed tantum mediate.
- Di. 38. Utrum intentio sit solus actus voluntatis. hic ponuntur tres articuli. primus quod intendere large non est actus voluntatis. 2us quod obiectum huius actus est finis et illud quod est ad finem. 3us quomodo differt intendere ab eligere percipere et velle.
- Di. 39. Utrum Sinderesis sit in voluntate. Secundo utrum conscientia sit in voluntate. ubi habes an voluntas possit agere contra conscientiam.
- Di. 40. Utrum actus sit bonus vel malus ex fine.
- Di. 41. Utrum aliquis actus possit esse indifferens. facit duo. primo declarat modum. deinde respondet.
- Di. 42. Utrum peccata mortalia distinguantur per obiecta vel per rationes formales.
- Di. 43. Utrum voluntas creata possit peccare ex malicia volendo aliquid non ostensum sibi sub ratione boni veri vel boni simpliciter vel boni apparentis vel secundum quid. hic ponit an omnis actus hominis existentis in peccato mortali sit peccatum mortale.
- Di. 44. Utrum potentia peccandi sit a deo. ubi habes an deus sit causa peccati.

Ircia Tertium librum sententia

rum Scoti pauperum sit hec prima distinctio. Utz possibile fuerit naturam humanam vniri deo in vni-
tate persone. Videtur q̄ non. que sunt vnibilia des-
bent habere aliquam proportionem. finitum et infi-
nitum nullam habent proportionem. ergo zd. Ad oppositum
est fides. Probat secundo articulo possibilitatem talis vnionis
ex parte persone que assumit secundum mentem propriam tangit
tur probatio fratris Guillelmi varronis libro. 3.º q. prima. q̄ sci-
licet persona diuina includit in se virtualiter perfectionem cuius-
cunq; persone create. et sic potest supplere vicem persone create.
Quo ad tertium articulum de possibilitate huius vnionis ex par-
te nature assumpte primo ponitur probatio eiusdem fratris Guil-
lelmi varronis triplex ibidem. Prima est quia singularitas prece-
dit personalitatem. ergo deus potest influere ad singularitatem
non influendo ad personalitatem. Secunda quia illud quod est
vnius generis potest habere modum alterius generis vt patet de
accidente in eucharistia. ergo si accidens potest habere modum sub-
stantie sic et substantia modum accidentis videlicet q̄ vna sub-
stantia habet dependentiam ad aliam. Tertia quia quanto ali-
qua sunt magis diuersa tanto magis sunt vnibilia per cōsequēs
natura humana et diuina. Tunc descendendo ad argumēta quo-
modo potest respectus terminare dependentiam. dicit Denricus
quodlibeto. 13. q. 5. q̄ persona diuina in quantum relatiua est ter-
minat dependentiam nature create ad ipsam in duplici genere sci-
licet efficientis et formalis. Efficientis quia verbum ad se sumit.
Secundum probatur quia terminat in quantum persona relati-
ua. Sed ad questionem respondet doctor affirmatiue. Et pro-
bat Jobannis primo. Verbum caro factus est. Caro pro homine
sumitur secundum Augustinum. in quibus verbis innuit vnio-
nem et formalem rationem vnionis. Etiam hoc est tenendus quia
est articulus fidei inter illos qui respiciunt temporalia. Sed pro
maiori declaratione tria videbūt. primo an aliquid addat sup-
positum supra naturam. secundo inquiretur possibilitas vnionis
humane nature ad verbum. tertio inquiretur sub qua ratione for-
mali verbum terminet vnionem an sub ratione essentie an sub ra-
tione huius proprietatis. Quantum ad primum articulum
dico cum doctore q̄ suppositus humane nature addit aliquid su-
pra humanam naturam quod patet manifeste. qz xp̄us assump-
sit hanc humanam naturam in athomo idest hanc singularem na-

turam. vt vult Damascenus. 5.º c. et tamen non assumpsit suppo-
situm illius nature. De secundo dico q̄ nihil addit posituum ab-
solutum maximeq; sic illa entitas positua absoluta esset assump-
sibilis. nulli eniz entitati create repugnat potentialis vel actualis
dependentia ad suppositum verbi. et per consequens nec assumi
ad vnionem suppositi. cum igitur hoc repugnet supposito. igitur
impossibile est q̄ vltra suppositum dicat aliquam entitatem abso-
lutam. ideo dico q̄ suppositum addit supra naturam solum nega-
tionem dependentie ita q̄ natura intrans illam negationem de-
pendentie cuz alio cui innititur habet rationem suppositi. vñ nō
trahitur ad suppositum per negationem dependentie et ad aliud
cui innitatur. suppositum enim nature nihil aliud est q̄ ipsa natu-
ra in se existens. et hoc ē vt si suppositum super naturam non vide-
tur addere nisi negationem talis dependentie. Et si dicatur si sunt
idem re positua. ergo si vnum assumit et aliud. Dico q̄ sunt idem
re positua. sed quia esse subsistentie dicit in natura negationem de-
pendentie ad aliud cui innitatur et a natura potest amoueri illa nes-
gatio per relationem dependentie causatam in natura ideo natu-
ra potest assumi sed non suppositū. Sed quomodo differunt ista
natura indiuiduum. suppositum et persona. Dicunt aliqui q̄ sic.
quoniam natura est quoddā commune quod indiget determina-
ri. indiuiduum vero conuenit substantialibus et accidentalibus
suppositum enim conuenit substantialibus sic intelligendo q̄ hu-
manitas est nomen nature homo nomen suppositi. persona au-
tem conuenit rationalibus. Aliqui dicunt q̄ nos habemus na-
turam essentiam et substantiam. Essentia dicitur ipsa essentia in se
considerata in abstracto. Substantia dicitur essentia in patre fili-
o vel spiritu sancto. Sed natura dicitur ipsa essentia habens
tres personas in simplicitate. Quantum ad secundum arti-
culum dicit doctor q̄ natura indiuidua eo est suppositum in se
quia caret dependentia ad suppositum alterius scilicet sub ratio-
ne suppositi. igitur eo ipso non erit suppositum in se. supposita ex-
istentia in alio quia habebit dependentiam ad illud suppositum
in ratione suppositi. Sed deus potest terminare in natura huma-
na talem dependentiam ad suppositum verbi in ratione suppositi.
ergo potest naturam humanam suppositare in supposito verbi
Cuius probatio est quia non repugnat nec ex parte nature quia
ex quo carentia dependentie non dicit nisi priuationem et negati-
onem ad suppositum sub ratione suppositi. et non videtur q̄ re-
pugnet sibi oppositum recipere scilicet habitum dependentie ad
aliud vt suppositum est. Ex parte autem verbi non repugnat.

quia suppositum independens potest terminare dependentias al-
terius ut ad suppositum tale est suppositum verbi. ergo et cetera.
Item suppositum independens potest terminare dependentiam
ad agens. et hoc ordine dependentie ut agens independens na-
tum est terminare dependentiam ad agens in hoc genere depen-
dentie. sed suppositum in diuinis est suppositum dependens. ergo
potest et natum est terminare dependentiam ad suppositum in ra-
tione suppositi. et hoc est posse assumere. ergo suppositus potest as-
sumere naturam creatam et per consequens humanam. et intelligo
quod tale suppositum sit independens. Sed hic aliqui notant unum
et est illud quod natura ut hec natura non differt a supposito per ali-
quid posituum quod suppositus addat ad naturam. sed per negatio-
nes dependentie et hoc in creaturis. tamen in diuinis persona ad-
dit posituum ex natura rei cum natura sit una et persona triplex.

Quantum ad tertium articulum dico quod sicut suo modo color
quantus terminat visum. sic filiatio subsistens terminat illam uni-
onem. Et sicut nos dicimus quod ratio prima formalis et immediata
terminandi visionem est color et mediata est quantitas. sic prima
et immediata ratio terminandi illam unionem est proprietas filii
ut filiatio et mediata est essentia. et licet econtra posset esse tamen
tunc tres persone necessario essent incarnate. Pro ista opinione vi-
detur esse Dugo li. de sacramentis li. p. et parte tertia ubi dicit. li-
cet operationem illam unionis fecerit unitas ut communis tribus
distinctam tamen unionem fecit proprietas personalis filii.

Ad argumentum in principio dicitur quod est proportio non equa-
litas inter finitum et infinitum. sed hic est proportio que vocatur
determinata habitudo que dicitur esse actus ad potentiam. natu-
ra autem humana possibilis est dependere respectu persone diui-
ne dependentia aliqua speciali.

Secunda questio prime distinctionis

ubi queritur utrum tres persone possint assumere ean-
dem naturam numero. Videtur quod non. quia si tres per-
sone possent assumere unam naturam aut esset unus homo aut
plures. sed non possent dici unus homo quia hoc dicit suppositus
nec plures homines quia una natura est. ergo et cetera. Ad oppo-
situm humana natura equaliter est assumibilis a quolibet suppo-
sito diuino. ergo sicut assumpta est a verbo ita potuit assumi a pa-
tre vel a spiritu sancto. Frater Guillelmus varronis dicit quod sic
in. 3. q. 5. quod prius potest esse sine posteriori sine contradictione. et per consequens
sequens prius potest manere indistincta facta distinctio circa posterius

Ad questionem respondet doctor et dicit quod sic. Sed habet hec que-
stio duplicem intellectum. unum quod tria supposita mediante na-
tura tanquam formalis ratione per quam terminat possunt assumere
unam naturam humanam. quod sic in natura humana non ponere-
tur nisi una dependentia quod formalis ratio terminandi esset una.
et tunc bene concedit doctor. Alio modo quod intelligatur quod plures
proprietates essent ratio formalis terminandi. et tunc impossibile
esset assumere unam naturam. nam sic in natura ponerentur plu-
res dependentie eque perfecte quod videtur impossibile quia per
unum. perfecte terminatur. Sed filius potuit incarnari sine alia
persona dicitur quod sic. et ratio est quod illud quod habet aliquas rationes
formalem propriam qua potest terminare dependentiam nature
humane. illud potest intelligi uniri per illam. ista patet quia uniri
nihil aliud est quam terminare dependentiam nature. Sed verbum
habet propriam rationem formalem quam non habet pater. et illa
potest terminare dependentias nature humane. quod hec est entitas
independens secundum suam rationem formalem. ergo potest per
hanc. tunc sic verbum uniri nature humane per suam rationem for-
malem est ipsum uniri personaliter et non patre. igitur filius potest
uniri nature humane personaliter sine patre. Sed qualiter dicitur
quod pater est in homine assumpto. dicitur quod licet pater non sit fi-
lius personaliter tamen pater est in filio per circumcessionem et
in spiritu sancto et eo ipso quo est in filio est in homine assumpto
Joban. 14. pater in me est. et idem pater in me manens ipse facit
opera et cetera. Ad argumentum in principio dico quod ista esset con-
cedenda tres persone sunt unus homo. sicut propter unitatem na-
ture diuine tria supposita sunt unus deus. ita propter unitatem na-
ture humane dicerentur tria supposita unus homo.

Tertia questio prime distinctionis

ubi queritur utrum una persona possit assumere plures
naturas. Videtur quod non. nam sicut accens ad subiectum sic na-
tura ad suppositum. hoc est sicut accens videtur numerari a subiecto
sic natura a supposito. Sed duo accidentia eiusdem speciei non
possunt inueniri adequate in eodem subiecto. ergo nec in supposi-
to differentes nature absolute eiusdem speciei. Ad oppositum
quod quando naturam assumptam in virgine eque potuit aliam assu-
mere. sed illa possibilitas adhuc manet. quod si manet modo equa-
liter potest. Ad istam questionem respondet doctor. et dicit quod sic
Sed dum arguitur in pede quod non aut esset unus homo aut plus

res. respondet frater Ricardus de media villa ordinis minorum
 q̄ nec esset vn⁹ homo nec plures. ideo aliter dicit Thomas. 3. pte
 summe. q. 3. articulo. 7. in solutione secundi argumēti q̄ esset vn⁹
 homo ab unitate suppositi. sicut vnus sciens licet sciret multas sci
 entias. Sed pro maiori declaratione tria breuiter videbimus
 primo in quo consistit ratio suppositi. secundo vtum natura pos
 sit assumi in supposito. tertio propositum. Quantus ad primū
 articulum dico q̄ suppositum addit supra naturam substantiales
 duplicem negationem scz dependentie actualis et aptitudinalis.
 vnde natura hec non dependēs actu vel habitu ex natura sua sup
 positum est. et ex hoc solum habet rōnē suppositi. s; nō addit ne
 gationē depēdētie obiectalē v̄l obediētia. vñ n̄ negat depēdētia
 obiectalem vel obediētialem que potest dici dependentia poten
 cialis absolute. Quantū ad 2^o articulū. si verbū pōt assume
 re naturā humanā in supposito p̄prio hūano. d; breuiter q̄ nō
 q; hic implicatur p̄dictione. nam vt dictum est. suppositum dicit
 negationē dependentie in natura. sed assumptio fit per terminati
 onē dependentie in natura. dependentia et non dependentia sunt
 p̄dictione. g^o impossibile est sic verbum assumere suppositum
 Quantus ad 3^o articulum si potest assumere aliaz naturaz stan
 te vnione. ad hanc d; q̄ sic. quia si non posset assumere hoc esset
 propter simultatem duarum naturarum in vno supposito. s; hoc
 non repugnat. q; esse in supposito nō est nisi terminare dependen
 tia in natura. sed q̄ in duabus naturis et distinctis sint plures
 dependentie distincte ad suppositum extrinsecum nō ē aliqua res
 pugnantia. g^o r̄l. Ad arg^o in prin^o d; q̄ maior ē falsa et do
 causam falsitatis. nam accidens est in subiecto per informationes
 sed natura non sic se habet ad suppositum.

Quarta questio prime distinctionis

ubi queritur vtum suppositum creatum possit sustentare
 ypostatisse aliam naturam creatam q̄ istam quas habet.
 Videtur q̄ sic. nam qd nō ē perfectionis simpliciter potest consi
 derari supposito creato. sed istud nō est perfectionis simpliciter vt
 dictum ē. g^o r̄l. Ad oppositum a pluribus vix potest intelligi
 esse possibile supposito increato. ergo multo minus erit intelligibi
 le supposito creato. Doctor dicit q̄ sustentare effectiue nihil po
 test nisi deus in cuius potentia obediētia ē oīs creatura. Sustē
 tare autez inquit formaliter frater Guillelmus varro. q. 2. hui^o. 3.
 non potest creatum suppositum quia non est illimitatum suppositi
 uis. Secunda ratio eius q; deus solus pōt illabi creature illaplu

generali. ergo et isto speciali. In hac questione ponuntur due opi
 niones contrarie. vna dicit q̄ natura humana nō potest sed sol⁹
 deus. alia dicit q̄ sic. Doctor noster hic videtur dubitare et neu
 trum asserens soluit rationes vtriusq; partis. Sed cōmunis opi
 nio plurium doctorum est q̄ licet hoc deo possit conuenire q̄ pos
 sit sustentare aliam naturā tamen non conuenit creature vel sup
 posito creato. Et Scotus videtur declinare ad hanc partem.

Ad argumentum in principio dicitur q̄ licet non sit perfectio
 nis simpliciter tamen connotat perfectionem simpliciter.

Quinta questio prime distinctionis

ubi queritur vtum formalis ratio terminandi vnionem
 nature humane ad verbum sit proprietas relatiua. Vide
 tur q̄ non. nam assumens p̄municat nature assumpte esse. sed esse
 in diuinis est essentialē. ergo aliquid essentialē qd precise est ratō
 essendi erit ratio p̄municandi verbo. Ad oppositum persona
 vna assumit et non alia. ergo per id quo est hec persona determi
 nata. sed hec est tantum proprietas relatiua. ergo r̄l. In secun
 do articulo vbi ponitur quid est ratio terminandi huiusmodi vni
 onem. Est opinio varronis. q. 1. huius tertii. Est enī s; eum pro
 pter perfectionē et p̄tinetiam perfectionis realitatis suppositi crea
 ti in ipso assumente. et propter potentiam obediētialem in natu
 ra assumpta. Et est intentio eius q̄ essentia est ratio terminandi.

Sed doctor in hac questione ponit duos articulos. prim⁹ quid
 sit proprietas constituens personā. secundus si proprietas p̄sona
 lis sit rō terminandi istā vnionē. De primo iam tactum fuit di.
 26. primi. ibi dictū fuit quomō p̄sone p̄stituitur p̄ proprietates
 relatiuas et non absolutas. nec in hoc aliud dicit doctor. sed vno
 verbo remittit illuc. De secundo articulo dicit doctor q̄ essentia
 non est ratio terminandi vnionē. sed proprietas personalis. q; in
 quocūq; supposito est formalis ratio terminandi vnionem illud
 terminat eam. pater in quo est essentia diuina nō terminat. g^o r̄l
 Sed alia persona potuit incarnari. magister dicit q̄ sic. Et q̄ que
 libet persona potuit incarnari. nam illud quod requiritur in tali
 incarnatione. est in qualibet persona scz suppositum et supposita
 lis independentia per quam potest terminare dependentiam. at
 tamen non fuit ita congruus q̄ alia persona incarnaretur sicut fu
 it de filio vt magister dicit in littera. Ad argumentum in prin
 cipio dico q̄ aliud est communicatio et aliud terminatio. hic que
 ritur de terminatioe ratio tenet de communicatione. quare r̄l.

Arca secundam distinctionē queri

tur vtrum naturam aliquam immediate vniri vbo ypos-
 tatusse et non frui eo includat contradictionem. Videtur
 non. quia tunc sequeretur inconueniens quod natura irrationalis
 posset assumi. tum ex illo posset haberi quod deus esset lapis. Ad
 oppositum. nam ratio quare potest assumere naturam humanam est quod est
 in potentia obedientiali. scilicet illa est rationalis sicut in ordinat. g. 20. Ad
 questionem dicit doctor quod non includit contradictionem. nam in
 triduo caro immediate vniebatur verbo. et tamen non fruebatur.
 quicquid autem verbum potest conseruare sibi vnitum immedia-
 te. potest immediate sibi assumere. Sed doctor articulizat istam
 questionem duplici articulo. Primus est de natura nata frui an
 ista possit non frui. Duic articulo respondet Dencricus quodlibes-
 to. 6. q. 6. quod non propter presentiam obiecti imutantis. Ad istum
 articulum ergo dicit doctor quod accipiendo voluntatez actiue et non
 passiue ad actum fruitionis vt debet sumi actiue quod non includit
 contradictionem naturam natam assumi et non frui. et hoc si ponat
 posse assumi sine habitu creato. si autem poneretur quod necessario
 ad hoc quod assumeretur oporteret vt habet actum glorie. dicit doctor
 quod hanc necessitatem huius actus glorie non videt. Quan-
 tum ad secundum articulum qui est. vtrum natura non nata frui
 possit assumi. dicit idem Dencricus quodlibeto. 13. q. 5. quod non pro-
 pter comparisonem illapsus generalis ad illapsum specialem.
 Arguto contra hanc opinionem ponit opinionez fratris Guillelmi
 varronis li. 3. q. 9. dicentis quod natura irrationalis potest vniri v-
 bo diuino in ratione ypostasis et non persone propter distinctionem
 ypostasis et persone in verbo diuino. Sed pro solutione huius se-
 cundi articuli pono tria. Primo an natura non nata frui possit as-
 sumi de potentia absoluta. secundo si de potentia ordinata. tertio
 si magis debuit assumi natura humana quam alia natura. Quan-
 tum ad primum articulum dico quod sic. nam certum est quod in sepulcro
 corpus fuit vnitum diuinitati et tamen non fuit actu informatum
 anima intellectiua. igitur cum corpus esset irrationalis creatura ha-
 beo propositum. Si dicitur ibi fuit quia habebat illud corpus re-
 spectum ad animam. non valet quia ille respectus est posterior.

Quantum ad secundum articulum. si potest de potentia ordi-
 nata natura non nata. dico quod non. nam potentia ordinata respicit
 quod decens est. et quod est ordinatum ad debitum finem. sed hoc
 non est creature irrationalis. ergo ratio. Quantum ad tertium ar-
 ticulum si natura humana magis debuit assumi. dicitur quod sic. nam

ista assumptio est ad reparationem. homo autem ex conditione na-
 ture magis est reparabilis. quod non ex malicia tantum peccauit sicut
 angelus. ideo ex fine ad quem ordinatur assumptio magis est as-
 sumptibilis. Sed quod in opinione Dencrici fuit dictum de illapsu.
 dicatur quid est vel quot modis accipitur. Et dicitur quod sunt tres
 illapsus. Primus generalis quo deus ilabatur creature per essenti-
 am et presentiam. Secundus specialis quo illabatur naturis intel-
 lectualibus per graciaz. Tertius specialissimus quo illabatur ho-
 mini per assumptionem. Et nota in solutione cuiusdam argumen-
 ti. si christus potuit peccare et quomodo distinguit formaliter vel vir-
 tualiter. Et concludit quod potuit formaliter. sed non virtualiter. Alii
 dicunt quod habuit potentiaz ad peccandum. sed non potentiaz for-
 maliter. quod habere formaliter est esse cum actu vt dicit Franciscus
 de intelligere. Alii quod habuit potentiam remotam et non propin-
 quam. Ad argumentum in principio dico quod deum esse lapidem
 non formaliter sed communicatione ydiomatis non est incons-
 ueniens vt aliqui dicunt.

Secunda questio secunde distinctio

nis vbi queritur vtrum fuerit aliquod medium congruis-
 tatis inter verbum et naturam assumptam intrinsecum aut
 extrinsecum. pro medio intrinseco nota partes. pro medio extrin-
 seco intellige gracia. Videtur quod sic. quod assumpsit carnem media-
 te anima scilicet Damascenus et scilicet Aug. Ad oppositum si primo
 partes assumpsit vel partem. g. non fuit vnica assumptio. Dic-
 doctor ponit duos articulos. In primo dicit frater Guillelmus
 varronis li. 3. di. 2. q. 1. quod anima primo sumpta est a verbo. In se-
 cundo instanti nature anima vnita est corpori. et per hoc in secun-
 do instanti corpus vnitum est verbo et ita partes comparate toti
 prius ordine executionis assumpte sunt. sed totum prius ordine in-
 tentionis. et sic partes erunt medium quod. sed doctor improbat
 istud. Intentio doctoris quod in ista assumptione passiuam nature
 humane ad verbum nullum fuit medium quod. idest non primo
 partes sumpsit quod totum. sed tota natura fuit sic immediate assump-
 ta. Si vero intelligamus de medio quo. quod medium est ista anima
 dicit quod bene est possibile quod corpus assumpsit mediante anima. et
 anima fuit medium quo corpus assumptum est. Et sic pro primo
 articulo dicitur an requiratur medium intrinsecum concedimus
 quod sic. medium quo. sed non quod. Quantum ad secundum
 articulum. an gracia mediet inter naturam istam vnitam et termi-
 num vnionis. In isto articulo ponitur opinio beati Boneuenture

li.3.di.2.articulo.3.q.2.dicentis q̄ gracia in ista vnione fuit me-
dium congruitatis. sed doctor improbat. et dicit q̄ in ista vnione
gracia non fuit medium. sicut nec albedo est medium in vnione
superficiæ ad corpus. Si vero accipiatur gracia ex parte dei pro
gratuita voluntate sic dicit q̄ fuit gracia. Sed si gracia sumas-
tur pro habitu causato informante dico q̄ ista concomitatur na-
turam vnitaz tamen non necessario ad vnionem. Sed doctor in
hac materia querit que sit ista natura que dicitur primo assumi.
an sit aliquod ens aliud a partibus. ad q̄ dicitur q̄ est tertia en-
titas resultans. Pro qua ponuntur tres conclusiones. Prima q̄ illa
entitas necessario addit specialem vnionem et entitatem relatiuaz
aliter non faceret plus vnum q̄ subiectum et accidens. ergo addit
aliquid respectuum. Secunda conclusio q̄ illa entitas addit enti-
tatem positiuam absolutaz. aliter generatio non terminaretur ad
per se vnum substantiale. si enim ex illa vnione non resultaret ali-
qua entitas absoluta distincta a partibus nō generaretur ens ab-
solutuz per se. Tertia conclusio q̄ illa entitas non est alia forma su-
perueniens. q̄ corpus et anima nō sunt perfectibilia forma terua
sed est ipsa entitas resultans ex vnione materie et forme. et hec en-
titas est absoluta. et differt a partibus non aliter nisi sicut quedaz
tota entitas resultans ex partib⁹ vnitis. Ad arg⁹ in prin⁹ di-
co q̄ intelligēde sunt auctoritates de medio quo. n̄ de medio q̄

Tertia questio secunde distinctionis

vbi queritur vtrum incarnationem precesserit corporis or-
ganizatio et animatio. Videtur q̄ non. q̄ illud q̄d pre-
supponit aliud non est in instanti cuius illo. sed vnio anime presup-
ponit conceptionē carnis. et vnio deitatis primam vnionem. g. 2. d.

Ad oppositum est magister in littera et Damascenus. 48.

Dic sunt duo articuli. primus de prioritate temporis. secundus
de prioritate nature. Et primus in duos diuiditur quorum secun-
dus est de prioritate organizationis et animationis. vbi ponit du-
os modos loquēdi de organizatione. quorum prim⁹ ē Dēici q̄d
libeto. 3. q. 6. dicētis q̄ organizatio est pductio vltime forme dis-
ponētis immediate ad aiā intellectiuā. Ali⁹ mod⁹ ē Thome i. 4.
di. xi. arti. 1. q. 1. solūdo 2^o arg⁹ questuncule tercie ponētis q̄ or-
ganizatio corporis humani ē inductio aiē intellectue. Quan-
tum ad primum articulum dicit q̄ nō fuit prioritas tēporis. naz tūc
primum assumptum fuisset suppositum q̄d ē falsum. Pro quo no-
ta q̄ in incarnatione filii dei quatuor fuerunt. primo fuit materie
illius purissime ad debitum locum translatio. secundo fuit illius

materie informatio. tertio fuit anime ad carnes vnio. quarto fuit
totius nature a verbo assumptio. igitur cum ista precesserunt fuit
prioritas nature sed non temporis vt dixi. Quantum ad secū-
dum articulum et est responsiuus questionis dicitur q̄ precessit na-
tura sed non tempore. Et notanter Scotus non ponit temporis
prioritatem. nam pro illo priori virgo esset mater hominis et non
dei q̄d est contra Damascenum. 58. vbi contra Nestorium deter-
minat q̄ beata virgo fuit mater dei et non alicuius puri hominis
Ad argumentum in principio quando dicitur q̄ vnum presup-
ponit aliud dicendum q̄ presupponit aliud secundum rationem
et non tamen secundum tempus.

Ircia tertiaz distinctionez queritur

vtrum beata virgo fuit concepta in peccato originali. Vi-
detur q̄ sic per Aug. de fide ad Petrum. 23. firmissime te-
ne omnem hominem qui per concubitu viri et mulieris concipit
cum originali peccato nasci. Ad oppositum est Aug. in libro
de natura et gracia. et ponitur in littera. cum de peccatis agitur de
Maria nullam volo habere questionem. Soluendo doctor di-
cit. dicitur comuniter q̄ sic. Et prima ratio sumitur ex nobilitate fi-
lii. quia vniuersalis redemptor. non redemisset autes si non fuisset
cepta in peccato originali. Et ille ē Thomas prima scē. q. 81.
arti. 3. Secunda ē propagatio ex viro et muliere etiam habuit sitis
et famem. et reliquas penalitates non voluntarie sumptas. idem
Thomas eadē. q. arti. 5. Sed doctor tenet oppositum. et pro-
batur per Aug. de natura et gracia. et ponitur in lra. cum de pecca-
tis agitur. de beata Maria nullaz volo habere q̄d nem. Sed hic
tria videbuntur. primo ponentur due distinctiones. secundo ostē-
detur in quo oēs doctores pueniunt. et in quo diuersimode opi-
nantur. tertio dicam opinionē Scoti. Quantum ad primū ar-
ticulū est distinctio de conceptione. naz accipit tripliciter. Aliqñ. n.
conceptio dicitur cōmixtio seminum pro illo instanti quo possunt
agere mutuo. Secundo mō accipitur pro formatione et firmatione
carnis vsqz ad inflās aiationis. Tertio accipit conceptio p ipsa aia-
tione. s. qñ ipsa caro ē formata firmata et aiata. Secūda distinctio
ē de habere peccatu originali. q̄ hoc pōt esse dupliciter. vel ha-
bere formaliter vel causaliter et radicaliter. Quantum ad secū-
dum in quo doctores pueniunt et in quo differunt. dicitur q̄ pue-
niunt in hoc. q̄ accipiēdo primo et secundo mō conceptionez beata
virgo in conceptione non habuit peccatum originale formaliter.
q̄d probatur sic. nam peccatum originale formaliter est in anima

unde subiectum peccati originalis est anima. sed in prima et secunda conceptione non habuit animam. nam totum illud fuit ante animationem. Item conueniunt in hoc. quod accipiendo conceptionem pro animatione que erat tertius modus virtute diuina potuit fieri quod non habuerit peccatum originale pro illo tempore. Circa quod est duplex modus opinandi. Quidam enim dicunt quod peccatum originale nihil aliud est quam quedam infectio in anima contracta ex unione ad carnem concupiscenter seminatam. sed certus est quod deus in animatione potest istas preseruare a tali infectione et a peccato originali. Similiter si capiatur peccatum originale pro carentia originalis iusticie debite inesse. sicut videtur dicere beatus Anselmus. adhuc habetur propositum quod deus ita primo potuit eam facere non debitricem sicut postea. igitur quocumque modo ponatur peccatum originale deus virtute sua potuit eam preseruare a peccato. Sed in hoc differunt doctores. an postquam potuit deus eam preseruare si fecit. Sanctus doctor dicit quod non. Et ponuntur multe auctoritates pro parte sua. Est alia opinio dicens quod homines habent peccatum originale formaliter et radicaliter. Christus nec hoc nec illud. beata virgo medium scilicet non formaliter. sed radicaliter. Sed Scotus et est responsio tertii articuli tenet quod mihi placet quod nec radicaliter nec formaliter fuit peccatum originale in virgine. et habet auctoritates pro parte sua quas dimitto causa breuitatis. cum hec materia quodammodo iam trita sit propter predicatum et minorum strouensiam. Sed posito pro impossibili ut teneo quod beata virgo fuit concepta in peccato originali utrum in eodem instanti fuerit purgata. Et in hoc est opinio Denrici quod in eodem instanti in quo contraxit in eodem instanti purgata fuit. Et dicit quod illud instans diuiditur in tria signa. nam in primo signo fuit in originali. in secundo fuit sub peccato et sub gracia in transitu quasi in expulsiōe peccati et in infusione graciae. in tertio signo fuit sub quiete. Et dicit Denricus quod oportet ponere opposita in eodem instanti. nam oppositum expellitur per oppositum. Et sic oportet in eodem instanti ponere peccatum et graciae. Sed contra hoc. nam in primo instanti peccatum originale habet non esse aut non habet non esse. si habet non esse. ergo in eodem instanti habet esse et non esse. ergo in instanti non purgatur. quod purgari peccatum est peccatum non esse. si habet esse ergo non est purgatum. Item contra diuisionem signorum. quod vel illa signa ponuntur realiter distincta in instanti temporis aut distincta solum secundum rationem et considerationem. Si detur primum est impossibile et manifestum inconueniens. cum instans ponatur ab omnibus indiuisibile realiter

Si datur secundum nihil facit ad hoc quod opposita contradictoria possint esse in eodem instanti realiter. nam illud quod est in ratione nihil facit ad rem. Sed potest dari minima pars temporis. dicunt quidam quod tempus potest dupliciter considerari. vno modo ut quantitas. et sic sumitur mathematice. et hoc modo non datur minimum quod potest ire in infinitum. Secundo modo ut quantitas naturalis que naturaliter mouetur. et sic datur minimum. quia propter potest responderi quod non datur minimum mathematicum sed bene minimum naturale. Ad auctoritatem in principio dicitur quod illa vniuersalis habet exceptionem secundum Augustinum ubi supra.

Secunda questio tertie distinctionis

ubi queritur quare non contraxit corpus christi peccatum originale. Et primo ponit opiniones magistri de quibus dicitur de illa portione de qua omnes filii eius creati fuerunt. Et est opinio quod aliqua portio in Adam non fuit infecta. sed seruata munda in eo usque ad christi generationem. et de illa munda portio christus formatus fuit. Contra istam opinionem sunt ponende siue querende ex precepto doctoris rationes. Et sunt inueniende in beato Bonaventura huius tertii di. 3. parte. 2. articulo. 2. q. 1. Est enim illa opinio magistri contra sanctorum dicta ut patet ex Damasceno greco qui dicit christum conceptum fuisse de marie sanguinibus purissimis. Est contra Augustinum Bonanensem qui dicit christum assumpsisse primicias nostre carnis seu masse. Et est contra fidei documenta que dicunt christum descendisse ex semine Abrae et Dauid. ideo in patribus nec formaliter nec qualificatiue nec materialiter distinguebatur caro christi a carne patrum. Unde ergo habet quod non contraxit christus peccatum originale. Denricus enim dicit quod tota caro beate marie fuit sanctificata id est quod assumebatur ad formationem corporis dominici fuit sanctificatum. quia secundum eum peccatum originale contrahitur ex carne concupiscibiliter seminata infecta ex quodlibeto. 6. q. 32.

Circa quartam distinctionem queritur

utrum beata virgo fuerit vere mater dei et hominis.

Videtur quod non. nam duo opposita non possunt esse simul. 4. metha. sed maternitas et virginitas sunt opposita. 8. 24.

Ad oppositum Luce primo concipies in utero et paries filium.

Opinio ponitur per philosophum et Thomam prima. secunde. q. 81. articulo. 5. quod solus pater habet rationem actiui et mater passiuui. Secundo ponitur opinio Boneueture huius tertii articulo. 3. prentis distinctionis dicentis quod beata virgo Maria ministravit materiam in qua erat

vis actiua. sed illa vis non habuit aliquam actionem q̄ actionē ipsius preuenit spiritus sanctus. Tertio ponitur opinio fratris Sullermi varronis. q. 13. huius tertii. q̄ collata fuit sibi vis suprema naturalis secundum q̄ potuit comparari spiritui sancto in instanti.

Sed circa hoc secundum doctoris sententiam videbuntur tria primo si mater habet aliquam vim actiuam in generatione. secundo si beata virgo aliquid cooperata fuit in illa generatione christi. tertio si fuerit vere mater. Quantum ad primum est intentio Salieni ut patet per Auicennam in primo canonis cui in hac parte magis credendus est q̄ Aristoteli q̄ forme eiusdem rationis et eiusdem speciei ut dicit Damascenus. 6. c. habent potentias eiusdem rationis. sed forme in masculo et femina sunt eiusdem speciei. 4. metha. sed masculus habet generationem actiuam ergo et mulierum nulla potentia vegetatiua sibi deficiat. et sic est intentio doctoris q̄ hic Salieno qui dixit mulieres habere se actiue ad generationem credendum est magis q̄ Aristoteli qui dixit habere se passive. Quantum ad 2. articulum si virgo beata cooperata fuit cum illa generatio fuerit in instanti. Et ad talem actionem instantaneam non videatur posse cooperari natura. dicitur q̄ beata virgo potuit cooperari illi generationi subiecte quo introducta est forma substantialis carnis a spiritu sancto. nam potuit facere spiritu sancto mediante quod se sola fecisset si in instanti introduceretur naturaliter cum spiritus sanctus non impediuit vim actiuam imo augmentauit. et hoc dicit Damascenus q̄ spiritus sanctus contulit virgini vim generatiuam. Quantum ad tertium articulum dicitur q̄ fuit vere mater dei et hominis patet ex dictis. et fecit quicquid mater facit ad generationem et plus ut dictus est. Ad ag. in principio respondo q̄ virgo et mater non opponuntur aliqua oppositione formali. nam omnia virtute superiori tolluntur hic.

Arca distinctionez quintam simul

ponit duas questiones. Prima utrum natura diuina assumptis vel assumere potuit. Secunda quod utrum persona creata fuerit assumpta vel potuerit assumi. Videtur q̄ sic. persona assumpsit g. et natura. omnia probatur cum in persona includatur natura. Ad oppositum cum natura sit eadem in tribus g. tres persone assumpsissent. In hac distinctione non sunt opiniones. Sed pro eius declaratione tria videbuntur. primo utrum natura humana preexistit ante assumptionem. secundo utrum verbum assumpsit eam cum propria personalitate. tertio dato q̄ non. utrum eam assumere potuit prius personatam propria personalitate.

Quantum ad primum articulum dicitur q̄ non. Nam natura non est ratio terminandi istam unionem formaliter licet sit ratio efficiendi eam hoc patet. nam si natura illa in instanti conceptionis non fuisset unita verbo. sed esset creatio ad illam preter verbum tunc in illo instanti virgo non concepisset verbum. et sic virgo Maria non fuisset mater verbi. quod est erroneum. Quantum ad secundum articulum. et est responsio secunde questionis dicitur q̄ non. et in hoc omnes doctores concordant. Et ponitur talis ratio. Si natura humana esset assumpta cum propria personalitate tunc personalitas esset assumpta. hoc videtur irrationabile q̄ persona sit assumptibilis. alioquin personalitas esset personalis. et sic due persone essent vna persona. Quantum ad tertium articulum utrum potuit assumere eam prius personatam propria personalitate. Dic dicit sanctus doctor contra gentiles. capitulo. 42. et in secundo sententiarum distinctione secunda q̄ non quia impossibile est naturam humanam iam suppositam assumi ad aliud suppositum nisi per prioris suppositi corruptionem. et si corrumpitur suppositum necessario corrumpitur natura. igitur impossibile est naturam iam suppositam assumi ad aliud suppositum nisi per corruptionem ipsius. et sic iam assumi implicat contradictionem. Sed quidam doctor modernus dicit q̄ non videt q̄ sit inconueniens quin naturam humanam iam personalitatem posset assumere transferendo eam de propria personalitate ad aliam personalitatem ita q̄ ratio personalitatis non remaneat ad illud quod dicitur q̄ si suppositum corrumpitur vel persona necessario natura corrumpitur. cum reuerentia illud est falsum. verum est q̄ desinit esse natura in illa. sed non corrumpitur.

Ad argumentum in principio dicitur q̄ licet natura assumpta sit non conueniebat sibi ut natura sed ut erat in supposito.

Arca distinctionez sextam queritur

utrum in Christo fuit aliquod esse aliud ab esse increato. i. si in Christo sint plura esse. Videtur q̄ non esse constituit ens. Si ergo in Christo essent plura esse Christus esset plura entia. vel vnum ens per accidens quod est contra Athanasium in simbolo. Ad oppositum est Augustinus Monologion sexto.

Dic dicit Henricus quodlibeto. 3. q. 2. q̄ non. quia verbum diuinum supplet personalitatem nature humane. et sic esse. Eandem sententiam tenet Rodofredus de fontibus aliter probans quod libeto. 8. q. 1. q̄ sicut eadem quantitate dicitur materia quanta.

ut albedo recipiens et albedo recepta. ita eadem existentia existit
 dum diuinus formaliter et natura vnita quasi per accidens. Sed
 in hac questione duo faciam. primo ponam distinctionem de esse
 secundo ponam solutionem questionis. Quantum ad primum
 articulum dicitur quod esse capitur quadrupliciter. Aliquando dicitur
 esse ipsa compositio mentis quam dicit mens siue intellectus. ut hoc
 est hoc. et isto modo nihil aliud est quam illud quod est in intellectu. ponē
 te quod exprimitur per hoc verbum est. De isto loquitur commentator
 12. metha. quando dicit quod esse aliquo modo pertinet ad esse accide
 ns. Secundo modo esse essentie quod esse nihil aliud est quam rei quiddi
 tas. Tertio modo esse actualis existentie alicuius existentis extra in
 tellectum. Quarto modo accipitur esse pro esse actualis subsistentie
 alicuius extra intellectum. et addit esse actualis subsistentie supra
 esse actualis existentie independentiam ad aliud cui imitatur in
 esse et a quo inesse dependeat. Modo questio de primo esse non
 querit quod significat compositionem mentis. quia tale licet sit in christo non
 est in christo esse. sed in mente. nec questio querit de esse subsistentie.
 quia vnum est in christo. nec querit de esse essentie quod est secundus mo
 dus quia plura sunt. sed questio querit de esse existentie actualis.
 Sed ad hanc questionem est opinio sancti doctoris et Egidii quod in
 christo est vnum esse subsistentie. et in hoc omnes fideles conueniunt
 Dicunt ultra quod sicut est vnum esse subsistentie sic in eo est vnum
 esse existentie. ita quod natura humana nullum proprium esse habet
 quod habeat actu quod pueniat sibi ex se. habet tamen tale esse in po
 tentia. si separetur per possibile vel impossibile. Sed doctor no
 ster tenet oppositum. et est solutio secundi articuli. et dicit quod sicut
 realiter in christo sunt due nature in vna reali subsistentia id est in vno
 supposito. sic ibi sunt due nature. et quelibet in actuali existentia.
 et sic duo actualiter existentia in christo. Et dimissis multis rationi
 bus pro parte Scoti accipio aliquas. Primo sic. per omnem ge
 nerationem acquiritur aliquod esse nouum. sed verbum vere est
 generatum et conceptus de beata virgine. ergo christus habet naturam hu
 manam fuit vere generatus. ergo aliquod nouum esse est sibi ac
 quisitum. sed non est aliud nisi hec natura actualis. ergo etc. Et hic
 pro verbo intellige christum vel personam christi genitam et non verbum
 eternum. Item in omni corruptione vera oportet aliquid esse substā
 tiale vere corrupti aliter non esset vera corruptio. sed christus vere
 fuit mortuus. ergo aliquid esse substantiale in eo fuit deperditum
 non esse diuinum. ergo aliquid esse tenens se ex parte nature huma
 ne. Item si verbum per impossibile relinqueret naturam humanam
 non oporteret quod influeretur sibi aliquid nouum esse quia sola dependētia

que prius terminabatur non terminaretur nec conseruaretur. sed
 sibi relicta sic haberet verum esse. ergo et modo ut vnita illud ha
 bet. Sed si quis dicat ex duobus actu existentibus non fit vnum
 tertium. dico quod verum est per informationem. sed bene per depen
 dentie terminationem. Ad argumentum in principio dico quod
 non sequitur quod si in christo essent plura esse quod christus esset plura entia
 sicut non sequitur in christo sunt plures voluntates. ergo plura volētia

Secunda questio septe distinctionis

vbi queritur vtrum christus sit aliqua duo id est vtrum per
 sona christi sit composita. Videtur quod sic per Damascenū qui
 vult quod persona christi sit composita ex duabus naturis. Ad opo
 positum vbi est compositio ibi compositus melius est quolibet cō
 ponentium. ergo totus christus melior esset solo verbo quod est in
 conueniens. Ad questionem dicitur quod non. Sed pro maiori
 declaratione tria videbuntur. primo vtrum humana natura que
 dicitur animam et corpus addat aliquam entitatem anime et corpori
 Secundo vtrum ex verbo et humana natura assumpta resultet ali
 quod totum quod addat entitatem aliquam super vtrumque. Ter
 tio vtrum persona christi sit composita. Quantum ad primum
 ponuntur tres conclusiones. Prima est quod natura addit supra suas
 partes specialem vnionem realem quod patet. quia aliter non esset
 plus vnum ex partibus quam ex subiecto et accidente. Secunda con
 clusio quod preter illam vnionem realem natura humana addit ali
 quam entitatem positiuam absolutam patet. quia vltimus termi
 nus formalis in generatione nature substantialis non potest esse
 aliqua relatio. Tertia conclusio quod illa entitas que resultat ex vnio
 ne non est aliqua forma superueniens. quod probatur quia cor
 pus et anima non sunt perfectibilia per formam tertiam communes
 Quantum ad secundum articulum si ex verbo et natura huma
 na sumpta resultat aliquod totum quod addat entitatem aliquam
 super vtrumque dicendum est quod non. quia quando vnuntur partes
 substantialiter resultat talis entitas que non est hic. Quantū
 ad tertium articulum dicitur quod persona christi non est proprie cōpo
 sita. quia compositum ponit dependentiam et vnionem realem in
 vtroque extremo que non est ponenda in verbo. Item quia com
 positum melius est quolibet componentium. ergo totus christus me
 lior esset solo verbo quod non est dicendum. Sed de vnione que
 est in persona christi sunt tres opiniones. Prima est quam magister
 tenet et dicit quatuor. primum quod corpus et anima vnuntur sub

stantialiter in tertio. secundum quod corpus et anima ex illa unione faciunt hominem. unde dicitur hoc opinio quod homo est assumptus. tertium quod homo est unicus substantialiter et non accidentaliter. quartum est quod homo assumptus non pertinet intrinsece ad personalitatem christi. sed tota personalitas christi importata per verbum. isti personalitati coniunctus est homo. Secunda opinio conuenit cum prima in duobus. sed distinguitur in aliis duobus. Ponit enim secunda opinio quod corpus et anima unice substantialiter non faciunt hominem. ponit etiam quod humana natura pertinet intrinsece ad personalitatem christi. unde christus secundum eos est subsistens personaliter in duplici natura. sicut subsistens in natura diuina. ita subsistens in natura hominis est persona humana. et sicut subsistens in natura una dicitur persona simplex. ita subsistens in natura duplici dicitur quasi persona duplex non ratione persone sed ratione nature in qua subsistit. et ideo illa opinio ad hoc attendens dicit personam compositam glossando sic id est intrinsece in sua personalitate duas includere naturas. quarum utraque ad personalitatem pertinet. Tertia opinio a secunda differt in tribus. primo quod dicit quod anima et corpus non faciunt unum substantialiter inter se. secundo quod non ununtur substantialiter sed accidentaliter modo quo habitus unitur habituato. tertio dicit quod non pertinet intrinsece ad personalitatem christi. et ideo dicit quidam secundum Damascenum ponentem personam christi esse compositam quod hoc non est intelligendum absolute quia esset erroneum. sed illo modo quo ponit secunda opinio et sic nullum inconueniens sequitur. Et nota quod in hac questione inuenies quod aliud dicit distinctionem essentialem. et id non dicimus aliud pater licet bene alius pater. Ad argumentum in principio dicitur quod Damascenus non sumit ibi proprie compositionem etc.

Intra distinctionem septimam que

ntur utrum ista sit vera deus est homo. Videtur quod non. nam infinitum non est finitum. sed deus est infinitus homo finitus. ergo etc. Ad oppositum est fides. et Johannis propter verbum caro factus est. In tertio articulo in quo queritur qualiter accipitur hoc predicatum homo. ponitur opinio archiepiscopi Senonensis. qui dicit quod accipitur pro supposito ut sit predicatio per ydemptitatem innuendo talem implicationem. verbum est suppositum quod est homo. Ceterum in hoc dubitat de ista christus est homo an sit per se. ubi dicit frater Guillelmus varronis in presenti distinctione. quod unica. quod est per accidens propter implicationem in subiecto

quod est per accidens. christus enim implicat de verbo esse hominem. Sed in hac materia intentio est doctoris quod ista est vera. et probatur sic omne suppositum existens sub aliqua natura est tali predicatione formaliter per illam naturam. sed verbum est suppositum etiam in natura humana. ergo est homo formaliter per istam naturam. et sic hoc est vera deus est homo. Sed quis modus predicandi sit dicitur quod sicut illa unio est alia ab omni alia unione ita modus predicandi est omnino alius a modis predicandi assuetis. unde non est predicatio in primo modo dicendi per se consueta quod predicatum non dicit essentiam subiecti nec includitur in definitione eius. nec dicitur in secundo modo dicendi per se quod non est proprium accidens vel propria passio. dicitur tamen pertinere ad primum modum quod illud quod predicatur est quid tamen non predicatur in quid. quod predicari in quid est quasi predicatum est de ratione subiecti. siue in substantialibus siue in accidentalibus ut quid est albedo color. sed ista predicatio est media inter substantialem et accidentalem. si tamen oporteat eam reduci ad aliquod predicabile reducitur ad aliquod predicabile accidentis. Notandum tamen quod aliter accipit metaphysicus accidens et aliter logicus. quod metaphysicus vocat accidens omne quod dicit dependentiam. sed logicus vocat accidens quod dicit naturam accidentalem et inherentiam. ista est ergo predicatio per accidens deus est homo. sic intelligendo quod dicit naturam accidentalem. sed non inherentiam. habet tamen similitudinem cum accidente logico quia sicut illud potest adesse et abesse preter subiecti corruptionem ita natura humana verbo. Et nota in responsione ad primum quod non valet. sunt magis diuersa ergo magis repugnantia. nam magis diuersa sunt homo et albus quam albedo et nigrudo. sed magis ununtur homo et album. et sic minus repugnantia. pariformiter finitum et infinitum. vel limitatum et illimitatum sunt maxime diuersa. sed non maxime repugnantia nam in christo ista duo scilicet deus et homo fuerunt unice. Sed quid ad argumentum si argueretur quando aliquid diuiditur per aliqua duo. quicquid cadit sub vno membro non potest cadere sub alio et sic quicquid sub limitato non potest cadere sub illimitato. dico quod verum est quidditative. sed bene aliter ut in proposito. nam hic alius modus est nouus essendi. et alius nouus modus predicandi ut habes in eadem questione. Sed homo est uniuocum christo et Petro. dico quod sic sed non uniuoce predicatur. sicut albus dicitur de lapide et de ligno est uniuocum sed non uniuoce predicatur sicut hic. Ad argumentum in principio cuius dicitur infinitum non est finitum dicendum est quod est verum unitate nature. sed infinitum bene potest esse finitum propter unitatem persone subsistentis in natura finita et infinita.

Secunda questio septime distinctio

nis vbi queritur vtruz deus factus sit homo. Videtur qd non. qz maxime distantia non sunt compossibilia. sed deus et homo sunt maxime distantes. ergo nō compossibiles. Ad opposituz in simbolo Niceno. deus homo factus est. Ad quā questionem respondetur qd sic. sed ponitur opinio beati Boneuenerie dicentis illam in presenti distinctione articulo p^o q. z. Et distinguentis sic qd factio potest referri ad compositionem vel ad alterum extremum. et hoc dupliciter. vel in se vel in ordine ad alterum extremum. Et circa finem questionis duz dicit qd aliqui dicunt qd fieri denotat mutationem illius de quo dicitur. et precisionem respectu termini factionis. tangit Bonauentura vbi supra. Sed in hac questione sic dicenduz est qd in factione hoc verbum fit potest esse secundum adiacens vel tertium. si secunduz tunc est vera simpliciter vt homo fit. album fit. sed si sit tertium adiacens tunc est vera s³ quid. qz ex parte predicati vt homo fit albus. hec factio est s³ quid qz ex parte albi. et quoniam hic est tertium adiacens ipsum verbum. ideo hec est concedenda. deus factus est homo s³ quid. qz factio est ibi ex parte hominis qd patet. quia ad factionem non requiritur nisi agens et priuatio facti. sed hoc agens est tota trinitas et ante incarnationem erat ibi priuatio huius termini qui est homo. Sed hic queruntur tria. Primum si humana natura est vnita verbo accidentaliter. Ad qd dicitur qd aliquid vniri alteri potest intelligi tripliciter. vno mō sic qd illud sit accidens illius vt albedo vnitur accidentaliter corpori quia est accidens corpori. Secundo mō vnitur alteri accidentaliter. non qd sit accidens sed qz habet modum accidentis. Et hoc etiam potest intelligi dupliciter. vno mō qd vnitur sibi iam enti in actu sic tamen qd non cedit in vnitatem subsistentie illius cui adiungitur. nec fit vna subsistentia vtriusqz sicut vestis vnitur vestito. Secundo mō sic qd vnitur enti in actu hoc tamen modo qd cedit in vnitatem eius. et est vna subsistentia vtriusqz. exempluz de hoc non habemus in naturalibus. sed solum in hac benedicta incarnatione. Dico ergo ad propositum qd si accipitur vnio accidentaliter primo mō natura humana non vnitur verbo qd sit accidens verbo quod patet. quia illud quod est substantia in se non potest esse vere accidens alteri primo phisicorum. Sed natura humana est vere substantia in se. ergo id. Item si esset accidens verbi illa propositio non esset vera Deus est mortuus. nunq̄ enim per subtractionem accidentis dicitur aliquid mortuum. si esset accidens verbo

haberet se per informationem ad verbum qd est inconueniens. Secunduz qd queritur est. si humana natura vnitur verbo p moduz instrumenti. Aliqui dicunt qd sic. qz illud vnitur alicui p modum instrumenti qd vnitur ei vt ipso mediante operetur vt patet p commentatores p^o de generatione p^o mento p^o qui vult accidentia aliquomō esse instrumenta formarum substantialium. qz eis vnuntur. et mediantibus illis operantur. Et. 2^o de aia videtur velle qd calor sit instrumentum aie qz mediante calore aia operatur. natura humana vnita est verbo vt illa mediante operetur operationes pro salute humani generis. vnde concedi potest qd sit vnita p modum instrumenti aliquomō. Tertium vtrum ex vnione ad vbum fuit aliqua virtus supernaturalis agendi miracula in natura humana. alia ab ipso verbo. Dicitur ad hoc qd in manu xpi nō erat alia virtus qd diuinitas insistens manui. vnde quando volebat curabat et sanabat. Ad argumētū in prin^o d^o qd maior est falsa. naz quātitas et substantia maxime distant tamen vnuntur

Tertia questio septime distinctionis

vbi queritur vtruz Xpus predestinatus fuit esse fili^o dei.

Videtur qd non. qz predestinare dicit aliquid temporale esse filium dei dicit esse eternum. esse eternuz et tēporale videntur opposita. ergo id. Ad oppositum est fides et scriptura sacra.

Ad questionem dicitur qd sic. et probatur ad Ro. p^o factus ē de semine dauid. qui predestinatus est esse filius dei. Et maxime cum predestinatio sit preordinatio ad gloriam et ad alia in ordine ad gloriam. et huic nature humane in xpo preordinata est gloria et vnio ista in verbo in ordine ad gloriam. qz non tanta gloria fuisset sibi conferenda si natura humana non esset vnita sicut modo collata est. quemadmodum ergo merita cadunt sub predestinatione sine quibus non ordinatur tanta gloria. ita vt videtur. ista vero que ordinatur ad tantam gloriam de congrua licet non tanq̄ meritum cecidisse sub predestinatione. et ita sicut predestinatus est hanc naturam vniri verbo. ita predestinatus est verbus esse hominem. et hunc hominem esse verbum. Ad argumentum in principio dicitur qd predestinatio in xpo non dicit temporale sed eternum. et sic eternaliter fuit predestinatus.

Circa distinctionem octauam que

ritur vtruz in Xpo sint due filiationes reales. vna scilicet ad patrem et alia ad matrem. Videtur qd non. naz in xpo nihil est ponēdum frustra. sed frustra ponitur noua filiatio in xpo

cum filiatione antiqua et eterna sufficiat. Ad oppositum in Xpo sunt due natiuitates et due generationes. g^o et due filiationes. q^z qualibet natiuitate habetur propria filiatione. Ad q^o d^r q^z sic. Sed in hac questione dicitur a quibusdam q^z non. quorum ratio duplex est. prima quia filiatione est per se suppositi et non nature. Et hec est ratio beati Boneuente in presenti distinctione arti. 2. q. 2. Et Henrici quodlibeto. 4. q. 3. Alia ratio est q^z due dispositiones eiusdem rationis non possunt esse in eodem. hec est ratio Thome tertia parte summe. q. 25. arti. 5. quod et probant alii. q^z potentia per se est ad formam et non per se ad hanc formam. et ita si posset esse in potentia ad formam. et actu haberet formam. simul esset cum actu et non cum actu. hii alii sunt sequentes Henricum quodlibeto. 4. q. 3. Sed veritas istius questionis est et opinio doctoris q^z in xpo sunt due natiuitates. et due generationes. igitur et due filiationes. nam quelibet natiuitas habet propriam filiationem. Quod sic persuadetur. vbi est nouum fundamentum relationis et filiationis ibi est noua relatio et noua filiatione. sed hic est nouum fundamentum scz natura humana comunicata a matre. ergo noua relatio et noua filiatione realis. Confirmatur q^z quando aliqua sic se habent q^z vnus se habet vt prius et aliud vt posterius plurificato priori plurificatur posterius. sed fundamentum se habet vt prius et plurificatur. q^z eternus et temporalis. ergo relatio. Item est regula relatiuorum et cogens. q^z posito vno relatiuorum ponitur et reliquum. et si acquiritur noua relatio in vno extremo et in alio. Sed noua relatio acquiritur in matre. ergo in prole. Dico ergo q^z mihi videtur ad questionem q^z oportet ponere in xpo plures filiationes scz vnam eternam ad patrem. aliam temporalem de nouo acquisitam ad matrem. Sed ab aliquibus ponitur istud notabile q^z omnis filiatione que est hic est personalis. sic intelligendo q^z prima est personalis quia personam verbi constituit sicut filiatione eterna. Alia est personalis non personam verbi constituens. sed personam verbi demonstrans. et prime superueniens ratione humane nature vnite. et hec est secunda filiatione. Sed in vno supposito possunt esse plures relationes eiusdem rationis. dico q^z sic scz plures paternitates vel plures similitudines. Sed est eadem relatio qua filio refertur ad patrem et qua refertur ad matrem. dicitur q^z est alia. et patet sic. naz mortuo patre remanente matre conumpitur filiatione ad patrem. et manet realis filiatione ad matrem. Sed sunt alterius rationis dico q^z sic. quia vna sequitur principium actiuum et alia principium passiuum. Sed in eodem filio possunt esse plures filiationes eiusdem rationis dico q^z non. quia oportet q^z eiusdem filii

essent plures patres a quibus haberentur ille relationes. vel plures matres quod est impossibile. Ad argumentum in principio patet q^z non est frustra per iam dicta et c.

Arca distinctionem nonam queritur vtum Xpo debeatur Latria vel bono latre solum secundum naturam diuinam. Videtur q^z sic. q^z Latria est cultus debitus soli deo ratione summi domini. sed Xpus solum secundum naturam diuinam est summus dominus. ergo et c. Ad oppositum est magister in littera et adducit auctoritates. In tertio articulo ponit vnam rationem quare non potuit fieri reparatio humani generis per puram creaturam. dicitur q^z ideo est. nam non esset homo restitutus ad illam excellentiam quam prius habuit quia tunc teneretur seruire illi creature que eam liberauit. hec est ratio beati Boneuente di. 10. huius tertii. q. 3. Sed pro maiori declaratione quatuor dicam. primo quot modis Latria accipitur. secundo qualiter quatuor nominibus nominatur. tertio si est virtus generalis. quarto dicam ad questiones. Quantus ad primus articulum dicitur q^z Latria aliquando accipitur pro his que deo exhibentur vt sacrificia. genuflexiones et talia. secundo accipitur pro ipsa exhibitione. tertio pro habitu intrinseco inclinante ad tales actus et ad talia exhibenda. Primo modo non est virtus. sed materia virtutis. secundo modo est virtus. tertio modo est virtus. q^z inclinatur ad talem actum bonum eliciendum. Quantus ad 2^o articulum dicitur q^z tales actus vel habitus quadrupliciter nominantur. Dicitur enim. pietas. Eusebia. latria et religio. dicitur pietas propter deuotionis affectum qui requiritur. secundo dicitur Eusebia. i. bonus cultus propter studium quod debet ibi apponi. illud enim cui aliquid studiose impenditur coli dicitur. tertio dicitur latria. i. diuina seruitus secundum Aug. 10. de ciui. dei. c. 1. in quantum exhibitionem deo obsequimur. quarto dicitur religio in quantum homo obligatur ad aliqua determinata deo exhibendo. Quantus ad 3^o articulum. si est virtus generalis vel specialis. vbi aduertendum q^z virtus potest dici generalis quadrupliciter. primo propter predicationem. secundo propter extensionem vel directionem vel causalitatem sicut prudentia. 6. ethicorum. tertio propter materiam. q^z in materia cuiuslibet virtutis potest exhiberi vt magnanimitas. 4. ethicorum. quarto propter concomitantiam q^z ipsa concomitant plures virtutes sicut iusticia. 5. ethicorum. Dico igitur ad hunc articulum q^z latria est specialis virtus simpliciter. quod patet ex obiecto eo q^z obiectum eius immediatum est speciale scilicet honor deo exhibendus. est tamen aliquo modo generalis quia secum exigit plures virtutes scilicet

fidem spem. et forte caritatem. quia forte si est virtus nunquam est in forma hoc tamen non assero. Quantum ad quartum articulum et questionis responsium dicitur quod ly solum potest accipi cathemagrammatice vel sincathemagrammatice. Si cathemagrammatice dico quod sic. quia christo considerato secundum solam naturam diuinam sufficiens est in eo ratio summi adorabilis. Si vero sumatur sincathemagrammatice tunc notat exclusionem ab uno extremo respectu alterius extremi. Et hoc dupliciter. vel excludendo humanitatem vel includendo. si excludendo. id est quod sola diuinitas sit adoranda est falsum. si includendo. id est quod diuinitas et humanitas in christo sint adorande dico quod sic. licet ratio adorationis sit diuinitas. Et hec est sententia doctoris licet dicat aliis verbis. Hoc confirmatur per Damascenum. § 4. Christus deus perfectus et homo quem adoramus cum patre etiam secundum unam adorationem cum immutabili carne eius. Sed etiam nota quod triplex est adratio. scilicet Latria que soli deo conuenit. Iperdulia virgini Marie. Dulia sanctis conueniens. Ad argumentum in principio dicitur quod si ly solum teneatur sincathemagrammatice non conceditur. si vero cathemagrammatice est concedenda.

Ircum decimam distinctionem que

ritur utrum Christus sit filius dei adoptiuus. Videtur quod sic nam filius dei adoptiuus dicitur per in habitationem spiritus sancti. sed super christum requieuit spiritus sanctus Isaie. 41. ergo debet dici filius adoptiuus. Ad oppositum est magister in littera. Ad questionem dicitur quod non. patet per Ambrosium dicentem. Uolui inquit et reuolui. et in scripturis christum nunquam filium adoptiuum inueni. In hac questione non sunt opiniones. Sed tria dicemus pro maiori declaratione. primo si christus secundus quod homo est persona. secundo si fuit predestinatus. tertio ad quod nonem

Quantum ad primum articulum ponuntur due conclusiones. Prima quod ista propositio christus secundus quod homo est persona. est simpliciter et absolute falsa. quia illa reduplicatio secundus quod. si proprie accipitur semper denominat illud cui adiungitur esse causas in aliquo genere cause inherente predicati ad subiectum. Sed quando dicitur secundus quod homo est persona. ista secundus quod. non potest habere rationem cause inherente predicati ad subiectum. quia esse homines non dicit nec habet rationem cause quare christo conueniat esse personam. nam conuenit sibi esse personam per proprietatem personalem diuinam et ideo illa propositio est falsa. Secunda conclusio quod hec est vera christus secundus quod homo est persona hominis. quia licet natura humana non sit causa quare conueniat christo ratio persone. tamen bene est

causa quare illa persona sit persona talis nature. Quantum ad secundum. si christus fuit predestinatus ponuntur due conclusiones. Prima quod christus fuit predestinatus. secunda quod sua predestinatio fuit cum nostra aliquo modo eiusdem rationis et aliquo modo alterius rationis. primum clarum est et ab omnibus concessum. secundum patet quod sit eiusdem rationis. quia sicut nos ordinat ad gloriam sic et christum ordinauit. est tamen alterius rationis respectu termini. nam aliter christum ordinauit et aliter nos. vel per alium modum ordinauit christum et nos. Quantum ad tertium articulum dicit doctor quod filius adoptiuus caret naturali generatione qua confertur sibi aliquod ius de congruo vel debito in hereditate adoptionis humana autem natura in christo licet secundum se non haberet talem generationem. sed ea careret. tamen unita est sic genito naturaliter ideo ex naturali generatione illius cui unitur debetur sibi aliquod ius saltem de congruo imo sicut concedit sibi ius in gratia et gloria et de potentia ordinata non potest fieri oppositum. et sic non potest dici filius adoptiuus. Ad argumentum in principio dicitur quod ad hoc quod aliquis sit filius adoptiuus non sufficit inhabitatio spiritus sancti. sed oportet quod illa gratia non habeat aliquod ius nec ex congruo nec ex condigno nec ex debito generationis sic non est hic.

Ircum undecimam distinctionem sunt

tres questiones. Prima utrum christus sit creatura. Secunda utrum christus secundus quod homo sit creatura. Tertia utrum christus incepit esse. Videtur quod sic. nam proprietates naturales manent in christo. ergo sicut ratione diuinitatis dicitur creator. ita ratione humanitatis dicitur creatura. Ad oppositum est magister qui dicit quod simpliciter est falsa. In hac distinctione ponuntur tres articulos et quilibet articulus est responsiuus sue questionis. et sic tres articuli respondebunt tribus questionibus. Sed pro prima questione utrum christus sit creatura. dicit in solutione Bonaventura presentis distinctionis articulus. 2. q. 3. in solutione secundi argumenti quod ista propositio est notanda. quia communicatio ydiomatum non fit in his ubi est repugnantia proprietatis unius nature ad aliam naturam. Secundo dicit ibidem soluendo vltimum argumentum quod non fit communicatio ydiomatum in negationibus. nec in his que dicunt repugnantiam unius nature ad aliam naturam. Tertio dicit frater Guillelmus varronis in presenti distinctione. q. unica. quod propositio est simpliciter concedenda. negatur tamen a sanctis communiter propter hereses dicentium christum esse puram creaturam.

Sed veniendo ad responsiones questionis. Ad primam dicitur

cum doctore q̄ creatura vel esse creatum potest accipi dupliciter. vno mō large. alio mō stricte. large dicitur ens creatus q̄ incipit esse per generationem de quo potest dici genitum de nouo. Secūdo mō dicitur creatura s̄q̄ esse creatum cuius esse totum precessit nō esse. natura vel creatione. si accipiatur creatura primo mō s̄q̄ esse creatum pro omni eo q̄ de nouo incipit habere esse nouum sic dicitur q̄ ista propositio. x̄p̄s est creatura et creatus simpliciter loquendo est vera. quia simpliciter loquendo hec est vera. X̄p̄us genitus est de nouo ex Maria virgine. Si autem accipiatur creatura vel esse creatus secundo mō sc̄z q̄ creatura dicatur esse cuius totum esse precessit non esse. sic dico q̄ est simpliciter falsa. quia in x̄p̄o est aliquid cuius esse non precessit non esse nec natura nec tēpore sc̄z natura verbi ideo proprie et stricte accipiendo creaturaz falsa est. Quantum ad secundam questionem vtrum x̄p̄us secundum q̄ homo sit creatura accipiendo creaturā stricte. Aliqui dicunt q̄ est vera. naz ad hoc q̄ propositio reduplicatiua sit vera sufficit q̄ in illo ratione cuius sit reduplicatio inueniatur ratio p̄dicati. Et quia in ista x̄p̄us s̄q̄ q̄ homo sc̄z in ista reduplicatiōe inuenitur hoc. quia in quantum homo non habet aliquid cuius esse precessit non esse. ideo dicunt et bene q̄ simpliciter loquēdo vera est. Quantum ad tertiam questionem vtrum x̄p̄us incipit esse. dico q̄ ista propositio semper est distinguenda. nec debet ad hanc nec ad similes responderi nisi distinguendo. qz ly esse potest dicere vel esse personale vel esse substantiale vel quodcūqz aliud. Si loquamur de primo esse dicitur q̄ x̄p̄s non incipit esse. qz sic denominaretur nouitas esse suppositalis q̄ falsum est. Si autē loquamur de esse secundo mō sic propositio est vera qz denotat esse substantiale x̄p̄i q̄ fuit nouum. q̄ est veruz. nam in x̄p̄o pono plura esse substantialia quorum vnum est nouum et aliud antiquum. Ad arḡ in principio patet per ea que dicta sunt.

Irca distinctionem duodecimam

queritur vtrum x̄p̄us potuit peccare. Videtur q̄ sic. nam Aug. de libero arbitrio dicit sic. melior ē natura que peccare potest q̄ que non potest. Sed x̄p̄us habuit meliorem naturam et nobilissimam. ergo r̄. Ad oppositum si posset peccare posset damnari. sed x̄p̄m posse damnari est contra fidem. ḡ. r̄.

In hac distinctione Scotus pauca dicit. Sed ad questionem respondet sic q̄ si x̄p̄s posset peccare posset damnari. sed posse x̄p̄m damnari horret inēs humana. ergo r̄. Sed in hac questione tria

videbimus. primo vtrū natura intellectualis assumpta de necessitate fruatur et sit beata. secundo vtrum talis natura sit necessario impeccabilis. tertio quid sit de facto si natura sumpta a x̄p̄o fruatur et erat impeccabilis. Quantum ad primum dicitur q̄ licet sit ita in re tamen nō videtur q̄ implicet impossibilitatē quin de potentia absoluta deus possit assumere naturam intellectualem que non frueretur. Et persuadetur sic. quando aliqua duo sic se habent q̄ vnum est prius naturaliter alio et maxime si realiter distinguantur et essentialiter deus potest influere ad primum non influendo ad secundum. sed operatio est posterior tali vnione et realiter differens. ergo poterit assumi et non frui. Item verbum potest assumere naturam mortalem vt patet in triduo. ergo fortius naturam sine operatione. Quantum ad secundum articulum dico q̄ stante vnione impossibile est talem naturam esse subiectam peccato. Et aliqui adducunt talem rationem quia impossibile est quin fruatur anima stante illa vnione. fruitio autem non est cum peccato. ergo r̄. Et sic concludo q̄ non potest peccare. Confirmatur. actiones sunt suppositorum. Sed in x̄p̄o non est nisi vnum suppositum. ergo omnis actio est eius. Et sic actio peccati esset actio x̄p̄i vt suppositi per consequens esset peccator. Et si filius dei peccaret quod est nebandum. Item quando aliquid est instrumentum alterius et se habet ad aliud vt principale agens impossibile est q̄ exeat in actionem nisi prius motum a principali agente. Sed humanitas est instrumentum diuinitatis secundum Damascenum quarto libro. et per rationes quia inheret supposito diuino. ergo omnis actio est dei vt principalis agentis. et corporis vt instrumenti. Sed actus semper attribuitur principali agenti et non instrumento. ergo peccatum imputaretur deo. et nō nature humane. Quantum ad tertium articulum dicitur secundum omnes doctores et sanctos q̄ de potentia ordinata natura humana assumpta a verbo est fruens et impeccabilis. probatur. nam decet deum vt filium suum perficeret quantum perfectibilis erat. sed habebat vnionem cum diuinitate et influentiam. et sic non poterat peccare. Ad argumentum in principio dicitur q̄ Augustinus intelligit q̄ melius est posse peccare et habere rationem q̄ non posse peccare et non habere rationem vt sunt bruta.

Irca distinctiones decimam tertiam queritur vtrū aie x̄p̄i crebatur vt potuit conferri summa

gracia que potuit conferri creature. Videtur quod non. quoniam anima christi non potest esse summus gratificabile. quia non est summa natura intellectualis. ergo nec summam gratiam recipere. contra patet quia natura intellectualis excellentior est nobilioris perfectionis ut est natura angeli. Ad oppositum est magister in littera qui dicit quod christus tantam gratiam habuit quantam habere potuit. Arguitur in pede questionis quod non. Primo quia anima christi non est summus gratificabile. huic respondet Godofredus quodlibeto. 19. q. 12. dicens quod anima christi dabatur habitus quidam supernaturalis per quem augebatur capacitas illius nature. Et idem replicat doctor soluendo argumenta principalia ratione unionis ad deum. Veritas questionis est scilicet magister quod christus tantam gratiam habuit quanta esse potuit. Sed pro maiori declaratione tria videbimus. primo utrum gratia christi sit finita vel infinita. secundo utrum aliqua gratia possit equari gratie christi. tertio utrum gratia alia possit esse maior. Quantum ad primum an gratia animam christi informans sit finita. quia de gratia unionis que est deitas insilens non est dubium. Sed dimissis multis modis de finitate et infinitate questio est de illo. utrum gratia anime christi sit determinate mensura in gradu scilicet suam speciem. Et ad hoc dicunt quidam quod non est determinate mensura imo infinita et sine mensura. Sed in oppositum tendit opinio doctoris. Et arguit sic. forme create repugnat infinitas graduum actu perfectionalius alterius rationis. ergo forme create repugnat infinitas graduum eiusdem rationis. ante patet quia tunc esset creatura aliqua que omnem perfectiones cogitabilem haberet. et per consequens esset aliqua creatura que deo equaretur in perfectione. Dices aliud est de gratia in se et de gratia in christo. Dico quod si gratia in se non potest esse infinita neque in christo per topicas Aristotelis. quod de se est tale. ad quodcumque comparetur semper est tale. Item gratia est eiusdem rationis sicut alie forme. sed est dare ultimum gradum in formis. ergo in gratia. Et sic ad hunc articulum dicunt quod gratia anime christi fuit finita tamen fuit data et in ultimo gradu perfectionis. sic quod maior in gradu finito non potuit dari. Quantum ad secundum articulum dicitur quod de potentia absoluta non implicat contradictionem quin alia gratia possit equari cum gratia anime christi. nam cum forme que suscipiunt magis et minus possint equari cum aliis formis. sic gratia christi cum alia gratia. tamen loquendo de potentia dispositiva ordinatiua nunquam erit equalis. Quantum ad tertium articulum videtur alia gratia posset esse maior. dicitur absolute quod gratia et beatitudo sunt species determinati gradus. quia omnes species infra naturam suam habent

gradum limitatum quod non conuenit ascendere. ita quod in summo gradu essentie necessario sunt finiti gradus. Dico ultra quod cum in ultimo gradu finitatis data sit christo gratia quod maior non potest dari. et sic respondetur articulo negative. Ad argumentum in principio dicitur quod licet non sit summus gratificabile tamen cum vnitur persone verbi ex hac vnione ampliatur eius capacitas ut possit accipere summam gratiam.

Secunda questio decimertie distic.

tionis ubi queritur utrum de facto anime christi fuerit collata gratia summa possibilis conferri creature. Videtur quod non. nam summa natura non est facta. ergo nec summa gratia antecedens probatur. quia quacumque natura facta possibile est aliam excellentiorem fieri quam illa. sed quod non est factum non datur finito. ergo et cetera. Ad oppositum est Aug. 13. de trini. In hac questione non sunt opiniones. sed dicitur ad questionem affirmatiue Et confirmatur per auctoritates Johan. 1. Vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre plenum gratie et veritatis. que qualis deest unigenitum illa est summa possibilis dari. Preterea Johan. 3. non deus dat spiritum ad mensuram. et intelligitur de christo. Et de eius plenitudine nos omnes accipimus. Preterea magister in littera credendum est deum tantam gratiam contulisse illi anime quantum potuit conferre. potuit autem conferre quantum potuit creare ideo ad questionem dicit doctor quod tantam deus contulit quantum potuit. potuit autem summam gratiam creabilem et illam dedit.

Dicit doctor plus volo in commendando christum excedere quam deficere a laude sibi debita. si propter ignorantiam oportet in alterum incidere. Confirmatur ista responsio per illud Aug. 3. de libero arbitrio. Quicquid tibi vera ratione occurrit scias hoc deum melius fecisse quam non fecisse. videtur autem simpliciter melius secundum rectam rationem summam gratiam esse collatam alicui quam non esse quia in hoc maxime manifestatur summa misericordia dei in dando summum bonum gratie sine meritis. ergo probabile est hoc esse factum non in alio quam in anima christi. Sed christus potuit aliquid mereri dico quod tria posset facere difficultates quod christus non posset mereri scilicet status beati. status impeccabilis. et quod non potuit sibi mereri. sed primum non impedit quia christus vere fuit viator et comprehensor nam vere subiectus glorie quoad superiorem portionem rationis. et vere subiectus miserie quoad corpus et appetitum sensuum. et hoc communiter dicitur quoad inferiorem portionem. quapropter quia fuit verus viator mereri potuit. Nec secundum impedit. nam

ad hoc quod mereatur vere non requiritur quod possit peccare. sed sufficit quod sit natura talis que de se possit in oppositum. tamen ex motu gratie que semper erat coagens determinabatur ad bonum. quem admodum erat in voluntate christi. Et ideo non obstante quod natura humana a deo sumpta fuisset impeccabilis adhuc tamen potuit mereri. De tertio dico quod non potuit sibi mereri gloriam. quia ipse iam erat in termino. nobis autem potuit eam mereri. et licet sibi non meruit tamen meruit sibi stolam corporis. Ad argumentum in principio dicitur quod falsum est quod deus non fecerit summam gratiam licet non fecerit summam naturam.

Quarta questio decimetertie distincti

onis ubi queritur utrum possibile sit voluntate anime christi habere summam fruitionem possibile nature create. Videtur quod non. voluntas eligit actum merendi. ergo et fruendi quod alias non secundum actum potentie eundem mereretur et frueretur. non autem potest voluntas anime christi habere summam rationem actui in eliciendo actum fruendi quia non potest habere summam virtutem actiuam que consequitur ipsam naturam intellectualem liberam. ergo nec potest summe frui. Ad appositum possibile est istam animam habere summam gratiam. ergo summam fruitionem etiam. Ad questionem dicitur quod cum anima christi habeat summam gratiam et per consequens summam fruitionem. Sed doctor dicit. ad questionem dico quod animam posse summe frui potest intelligi dupliciter. vel formaliter vel effectiue. formaliter hoc est quod summa fructio informet istam voluntatem a quocumque cause effectiue. hoc est quod ipsa voluntas eliciat summam fruitionem et sit iam actiua respectu illius. Primo modo possibile est summam fruitionem creabilem conferre anime christi quia ipsa est receptiua cuiuslibet accidentis conuenientis sibi in summo quod non determinat sibi certum gradum istius sicut fuit probatum in prima questione de gratia. et fructio est quoddam accidens absolutum possibile creati a primo causante immediate sine actione voluntatis create. Secundo modo videtur probabile quod cum illa voluntas non possit tantam vim actiuam habere quantum voluntas create. alia potest habere ut angelica. non potest ita perfecte elicere fruitionem sicut alia voluntas potest. licet enim potest summam gratiam habere que ut causa partialis respectu fruitionis eque causaret fruitionem in ipsa et angelo si haberet eam. tamen alia causa partialis erit inequalis ut voluntas. altera autem causa partiali deficiente deficiet effectus licet reliqua causa partialis sit equalis modo tamen et facto

est maxima elicitue voluntas anime christi. quia licet non sit voluntas eius ita perfecte actiua sicut voluntas angeli tamen ipsa cum summa gratia ut alia causa partiali actiua potest imperfectiorem fruitionem et voluntas angeli cum minori gratia. quia excedentia gratie excedit in ea efficientiam voluntatis angeli. Ad argumentum in principio concludit quod non potest summe frui elicitue sed bene formaliter.

Quarta questio decimetertie distincti

onis ubi queritur utrum anima christi possit summe frui deo sine summa gratia. Videtur quod non. quia sicut ad operari naturaliter requiritur esse naturale ita ad operari supernaturale esse supernaturale. ergo ad sumum operari summum esse. et illud summum esse habetur per summam gratiam. Ad oppositum. nam deus posset supplere summam gratiam. ergo posset summe frui sine summa gratia. Ad questionem dicitur quod cum gratia non se habeat respectu fruitionis in aliquo genere cause nisi efficientis ut patet discurrendo. Sed quicquid deus potest facere mediante causa efficiente potest in virtute propria ut a multis bec propositio conceditur. ergo quod poterit facere mediante gratia et sine gratia. et sic concluditur quod deus potest illud supplere. et respondetur ad questionem affirmatiue. Sed pro totali declaratione istius materie voluntas potest habere duplicem actum respectu fruitionis. unum formalem alium elicitiuum. Ad actum formalem fruitionis non requiritur gratia. Nam ad illum habet se voluntas passiuue. et ille potest causari a deo. nec ad illum oportet quod voluntas aliquid faciat nisi quod recipiat. habet alium actum elicitiuum qui actus est in potestate voluntatis. Et ad illum dico quod ad hoc quod voluntas christi summe fruatur deo oportet quod habeat summam gratiam. Sed in christo fuit aliqua gratia create. animam informans. et loquor de gratia gratum faciente. dico quod sic. Et licet aliqui dicant quod non. quia presentia diuinitatis superplebat. tamen non est rationabile et ratio est ista. nam ex acceptance diuina fuit gratia in alios homines. Sed anima christi fuit accepta immo acceptissima deo in primo instanti unionis. igitur maxima gratia informabilis et decorans animam eius fluxit in eam ex acceptance diuina. Contra illos qui dicunt quod non. persuadetur sic. Nam presentia cause non destruit effectum suum. Sed deitas est presens anime et est causa. ergo non destruit gratiam anime. Unde presentia diuinitatis per unionem non tollit illam gratiam. Sed magis auget et conseruat.

Sed per gratiam est caput ecclesie in corpore ecclesie. Circa hoc aduertendum qd caput habet quinque conditiones. Est enim in situ altiori vñ oēs alias partes excedit. secundo omnes sensus sunt in capite vt visus auditus &c. tertio ex capite fluunt virtutes ad alia membra & sensus et motus. quarto caput regit et dirigit alia membra ad suos actus. vnde Gregorius. capite membra reguntur quinto qd est eiusdem nature cum aliis partibus. Sed per istas quinque conditiones dicitur qd xpus est caput ecclesie. primo qz est altior in situ dignitatis. secundo in ipso sunt sensus cognitionis & amoris. tertio qz ab eo fluunt omnes virtutes sensus motus dilectionis & amoris in membra ecclesie. quarto quia homines qui sunt in ecclesia regit & dirigit ad suos actus quibus mediantibus veniant ad finem optatum. et quinto est eiusdem nature cum ipsis. Et propter istas conditiones dicitur caput ecclesie. Sed quomodo est caput ecclesie. dico qd per gratiam simul informantem & per gratiam vnionis. Sed gratia & gloria in xpo distinguuntur realiter. dicitur qd gloria dupliciter potest accipi. vno modo pro habitu quo eleuatur anima cuius actus est beatificatio. secundo modo potest accipi gloria magis proprie & tunc accipitur pro actu. si autem capiatur primo modo sic dico qd sunt idem realiter gratia et gloria. sicut caritas & habitus caritatis. si autem accipiatur gloria pro actu sic differunt realiter sicut habitus ab actu. gratia enim nunquam dicitur nisi de habitu. sed gloria proprie dicitur de actu. Ad argumentum in principio dico qd concludit de fruitione elicitue habenda non autem formaliter.

Circa distinctiones decimanuar
tam queritur vtrum possibile fuit intellectum anime xpi primo & immediate perfici visione verbi perfectissima possibili creature. qd est dictum id est si anima xpi ad visionem verbi requirit lumen intellectus agentis. Videtur qd non. nam tunc intellectus anime xpi comprehenderet verbum & videret ipsum secundum totam rationem visibilitatis eius & sic secundum rationem infinitatis. Ad oppositum est magister in littera. Soluendo secundum argumentum principale dicit ad secundum licet aliqui negent obiectum sub ratione infiniti videri ab intellectu creato. & hoc absolute et concedant infinitatem non videri formaliter. sed tantum incommunicabiliter. hi sunt Egidius de Roma et Dencius quodlibeto. 12. q. 1. Ad questionem dicit cum magistro qd intellectus anime xpi potest perfici immediate visione verbi absque alio lumine precedente. Sed doctor dicit qd in hac questione sunt duo articuli. primus an possit perfici visione perfectissima verbi.

secundus an primo & immediate absque alia forma perficiente. hoc est si sine lumine intellectus agentis. Quantum ad primum dicitur qd sic per illud qd dixit in parte precedenti scilicet voluntatem eius posse habere summam caritatem. & sic verisimile est de facto quod confirmatur per illud Isidori. Trinitas sibi soli est nota et homini assumpto. qd non potest intelligi nisi de noticia in termino vel possibili vel simpliciter cause. Quantum ad secundum articulum dicitur qd intellectus anime xpi potest recipere passive visionem primo & immediate. & hoc ita qd non perficiatur prius aliquo lumine tanquam forma aliqua absoluta alia a visione. tunc quia ipsa visio est lumen perfectum. tum quia intellectione naturali lumen procedens visionem requiritur propter imperfectionem obiecti qd nihil vel non est de se actu intelligibile. sed per intellectum agentem qui est lumen fit actu intelligibile qd est potentia intelligibile. vel si est actu intelligibile non est per se sufficiens ad mouendum intellectum ad actum secundum. neutrum istorum est in proposito quia essentia diuina est lux summe de se intelligibilis. & de se perfectissime motiua intellectus. ergo nullum lumen requirit cooperatum sibi. Et nota qd in medio istius questionis ante ad primum vbi dicit dictum Augustini potest exponi. inuenies quomodo intellectus possibilis se habet active ad intellectionem. Ad argo in principio aliqui dicunt qd infinitas non videtur ab intellectu creato formaliter & absolute sed qd bene concomitanter.

Secunda questio decimequarte distinctionis vbi queritur vtrum possibile sit intellectus anime xpi videre omnia in verbo que videt verbum. Videtur qd non. nam intellectus anime xpi est finitus & limitatus. ergo videtur qd necessario limitatur ad finita obiecta & determinata. Ad oppositum est magister. c. 2. omnia videt que verbis videt. In hac questione dicit Thomas prima parte summe. q. 12. articulo 8. & tertia parte eiusdem questionis decime articulo. 2. qd non quia quantum causam perfectius vident tanto necessario plures effectus possunt videri in ea & contra. sicut patet de conclusione & principio. Dencius autem dicit ex quodlibeto quinto. q. 14. qd intellectus anime xpi potuit in verbo omnia videre habitualiter non tamen actualiter. Sed pro declaratione materie tria videbuntur. primo vtrum essentia diuina sit obiectum beatorum notie sub ratione infinita. secundum dato qd sit possibile. vtrum sit possibile qd anima Christi videat in essentia diuina omnia que

verbum videt. tertio vtrum in xpo sit alia scientia & scientia realiter in verbo. Quantum ad primum dicitur q̄ essentia diuina sub ratione deitatis absolute vt infinita non sub alia ratione inclusa in illa. est obiectum primum noticie beatorum. quod persuadetur sic. sub illa ratione est obiectum beatorum per quam si sciretur a priori sciretur proprietates diuine essentie. vnde sub ista ratione est obiectum beatorum scientie per quam sciretur a priori deum esse trinum. sed per quamcuq̄ue rationem finitam a priori non potest sciri illa proprietates per nullam rationem a priori potest sciri nisi per rationem deitatis vt deitas ē. ergo q̄. Quantum ad secundum articulum dicitur q̄ sic. quia cui potest conferri maius & minus. sed maius & perfectius ē cognoscere diuinā essentiam sub ratione infinita & cognoscere omnia alia que cognoscit deus. et hoc potest intellectus creatus. g. & intellectus anime xpi.

Quantum ad tertium articulum dicunt aliqui q̄ nullam scientiam acquisiuit xpus que perficeret intellectus anime. acquisiuit tamen aliquam noticiam experimentalem partem sensitivam perficientem. nam nullus inconueniens ē q̄ in xpo homine fuerit talis noticia particularis experimentatiua. ideo in xpo nulla noticia fuit acquisita in intellectu. sed incepit habere relationes ad experimentum. Ponitur exemplum. Xpus ab instanti sue conceptionis habuit noticiam de dolore scilicet quantum sit dolor in morte. sed postea in morte sua expertus est sentiēdo vel recipiēdo speciem in memoria. Sed essentia diuina visa videntur tres persone necessario in ea. Ad hoc dicitur q̄ non videtur quin de potentia absoluta deus posset facere hoc. licet contrarium semper sit defacto. vnde quis posset videre diuinam essentiam non tamen videret in ea tres personas. Sed visa diuina essentia necessario videntur in ea oēs creature. Ad hoc dicunt aliqui qd̄ cum diuina essentia moueat voluntarie causando cognitiones in cognoscente qualem diuina essentia vult. et ideo si moueret ad cognitionem essentie q̄ non moueat. necessario ad cognitionem eorum que representat quantumcuq̄ ex se naturaliter ista representet. Exemplum ponitur ad hoc in speculo sunt multe species si ponemus q̄ voluntas extrinseca moueret speculum. tunc voluntas posset facere q̄ solum videretur speculum & non species in speculo. Sic in proposito cuius voluntas diuina sit causa visionis poterit facere q̄ visio terminetur ad essentiam in se et non ad ea que representantur in essentia. Ad argumentum in principio est limitatus. ergo est limitatus ad determinatum numerum cognoscibilium. dico q̄ non sequitur.

Tertia questio decimequarte distin

ctionis vbi queritur vtrum anima xpi nouit omnia in genere proprio. Videtur q̄ non Luce secundo. proficiebat etate & sapientia coram deo et hominibus. Ad oppositum est magister qui dicit q̄ nullam ignorantiam habuit. In hac questione sunt due opiniones. Prima est Thome in tertia parte summe. q. xi. & 12. q̄ cognitione infusa nouit omnia & non potuit perfici. cognitione autem acquisita potuit perfici. Secunda opinio ē Denrici quodlibeto. 5. q. 14. que dicit q̄ anima xpi omnia nouit habitualiter non actualiter. Doctor improbat ambas opiniones. Ad questionem dicitur secundum magistrum q̄ nullam ignorantiam habuit quia illum defectum non expediebat nobis xpm assumere. Item angeli nouerunt omnia in genere proprio. ergo multo magis anima xpi. in conclusione omnes concordant. in modo tamen dicunt diuersimode. Est opinio Scoti q̄ duplex est noticia scilicet intuitiua & abstractiua. Et secundum hanc diuisionem est resolutio Scoti q̄ noticia abstractiua anima xpi nouit omnia in genere proprio. et de ista noticia tenet dictum Augustini quarto super Genesim qui dicit. simul stat cognitio in verbo et cognitio in genere proprio. Sed de noticia intuitiua extra verbum dicitur q̄ proficiebat etate & sapientia coram deo & hominibus Luce secundo. et sic intelligitur auctoritas Ambrosii & ad Hebreos. 4. q̄ in eo aliquis sensus professit. non q̄ aliquorum cognitionem abstractiuam habitualemente acquisiuerit. sed intuitiuam tam habitualemente & actuali. Et hec est intentio doctoris. Sed in hac materia habeo vnum dubium quia doctor dicit q̄ anima Crissi professit noticia intuitiua actuali et habituali. nunquid anima xpi videbat essentiam diuinam. certe sic ergo videbat que representantur in essentia diuina cum omnia aperta essent oculis eius sed ibi representabantur facta & ficnda. et omnium illorum noticia erat intuitiua. nam perfectissimam noticiam habent beati videntes me in essentia diuina q̄ ego sum Tholose & qui intuitiue Tholose vident me. cum sit regula Francisci. q̄ ea que representantur in representatiuo supereminenti. nobiliori modo represententur & in se ipsis. Et sic semper anima Crissi habuit noticiam illorum intuitiuam. Et ideo dicit ad hoc dubium. quidam cum hoc expectando correctionem aliorum melius sciens. q̄ intuitiua ē triplex scz habitualis. actualis. sperimentalis. Et dicit q̄ xpus habebat perfectam noticiam in verbo habituales

et actualem absolute. et hoc intellige de intuitiva non comparando ad aliquid aliud. sed profertur noticia intuitiva habituali et actuali. **S**perimentali id est non accipiendo habitualement et actualem absolute. sed comparando eas ad sperimentalem. **U**el dic qd habuit intuitivam perfectam in verbo sed non extra verbu. **E**t si hoc tibi non placet solutionem quere. **A**d argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Quarta questio decimequarte di

stinctionis ubi queritur utrum anima xpi perfectissime nouit omnia in genere proprio. **A**d questionem doctor respondet duobus verbis. qd perfectissima noticia potest accipi dupliciter. vel habitualiter vel actualiter. primo modo dicit qd perfectissime nouit. nam dictum fuit supra qd illa anima habuit summam gratiam possibilem conferri creature. et sic summam noticiam. **S**i vero sumatur actualiter hoc dupliciter. vel abstractiue vel intuitiue. **S**i abstractiue et non in verbo de hoc est dubium utrum perfectissime nouerit. **S**i in verbo dicit qd ille intellectus intuitiue videns verbum potest perfectissime videre sicut videt perfectissime verbum. **D**e intuitiva extra verbum etiam est dubium. presupponere huic questioni quod non precedentem ut melius possis dicere dubitationi.

Intra decimam quintam distinctio

nam queritur utrum in anima xpi secundum portionem superiorem fuit verus dolor. **V**idetur qd non habuit dolorem per Dylarium in littera qui dicit. xpus non magis doluit per lanceatam qd aer perforatus lancea. sed aer non dolet. g. 2. c.

Ad oppositum est Isaias dicens. dolores enim nostros ipse portauit. **S**oluendo preponitur opinio Denrici distinguentis quod libeto octauo. q. 7. de portione superiori scilicet ut est natura. et si doluit. **A**lio modo ut superior portio est ratio. et sic non doluit. **I**tem Denricus quodlibeto undecimo. questione. 8. et. 9. et quodlibeto duodecimo. questione nona. aliter dicit secundum tres articulos in quos doctor suam diuidit questionem. qd doloris prima ratio est immutatio offensiva vel corruptiva dispositionis conuenientis nature. et alia que doctor narrat in textu. **S**ed in hac questione tria faciam. primo si xpus habuit dolorem ostendam. secundo si habuit secundum portionem superiores. tertio si secundum portionem inferiorem. **Q**uantum ad primum dicit qd xpus habuit dolorem et tale summum quem nemo martirum habuit. **E**t hoc per duas rationes. prima naturalis. nam xpus erat tenere complexionis

sic qd habeat carnes delicatissimas et maxime sensibiles. et intellectum dispositissimum. et quod bonitas intellectus habetur a bonitate tactus cum bonitas tactus arguat bonitatem intellectus. 2. de anima ideo preciosissima eius caro fuit maxime et sine comparatione sensitiua. **S**ecunda ratio quod in christo ex portione superiori non erat aliqua redundancia ad portionem inferiorem immo permittebatur portio inferior pati quantum poterat quod non fuit in aliis martiribus. nam in aliis erat aliqua redundancia vel consolatio ut patet de beato Laurentio et aliis. **Q**uantum ad secundum articulum dicit doctor qd christus habuit dolorem in portione superiori sic. quoniam christus sic dolebat in passione de hoc qd videbat crucifigentes eum sine causa et crucificando eum dominum contemnere cuius honorem summe diligebat hoc patet. quod sibi hoc displicebat. sed ex displicentia sequebatur dolor. sed hoc ad portionem superiorem pertinet. displicentia autem alicuius in qua contemnitur vltimus finis ad superiorem partem pertinet. igitur in superiori portione rationis habuit dolorem. **I**tem licet christus secundum portionem superiores vellet passionem suam simpliciter. tamen secundum quid eam non volebat secundum eandem portionem in qua tum erat contra deum aliquo modo ut ipse iustus innocens ab iniustus occideretur. **S**ed ad dolorem tandem in voluntate sufficit nolitio. 3. quid ut patet de illo qui proicit merces in mari. 3. et bicox. quod proiectio est simpliciter voluntatis. tamen secundum quid noluit. igitur christus in passione sua et de passione gaudebat quod eam volebat. et de eadem doluit secundum portionem superiorem 3. quid. **Q**uantum ad tertium articulum dico qd christus habuit dolorem secundum portionem inferiorem. nam christus in passione sua tristabatur de damnatione crucifigentium eum quorum salutem et saluationem summe diligebat. **E**t hic dolor pertinet ad portionem inferiorem. **I**tem quod de peccato proprio non tristabatur quod nullus habuit. sed de alieno ut puta de infidelitate discipulorum dubitantium de crudelitate iudeorum. unde Ambrosius super Lucam. et ponitur in lra. c. doles domine non tua vulnera sed mea. tristaris de meis peccatis naturam meam vulnerantibus non de tuis. sed omnia hec ad inferiorem portionem pertinent. **S**ed christus debuit assumere nostros defectus dico qd sic. nam ut habetur ad Hebreos 2. debuit per omnia fratribus assimilari. **I**tem debuit assumere nostros defectus ut probaretur veritas incarnationis. et fieret opus nostre redemptionis. **I**tem Isaias. Dolores enim nostros ipse portauit. **A**d argumentum in principio dicunt aliqui qd Dylari

defecit. alii dicunt q̄ nō fuit de intentione eius nisi q̄ ex parte xpi non erat causa quare plus noceret sibi passio. q̄ aeri lancea quia peccatum non habebat qd̄ est prima causa.

Irca distinctionez decimam sextaz

sunt questiones due. et secunda est in .3. articulo. Prima qd̄ vtz xpus habuit necessitatem moriendi. Videtur q̄ non qz necessitas moriendi in nobis est ex peccato. sed xpus non habuit peccatum. ergo r̄. Ad oppositum omne corruptibile necessario corrumpitur ex .6. metha. et causa est qz sunt contraria in eodem. cum ḡ corpus xpi fuerit compositum ex contrariis corrumpitur naturaliter. Soluendo premitit mentem beati Bonenūre ex presenti distinctione arti. p̄ q. 3. Et dicit q̄ habuit necessitatem moriendi qz in eo fuit potentia materie eiusdem rationis sicut in aliis hominibus. Ad istam questionē d̄ cum Auḡ li. i. de baptismo puerorum dicit q̄ xpus mortuus fuisset senio. si non fuisset violenter oclus. Sed hic tria videbimus. primo quomodo est intelligenda ista mors. secundo ad questionem. tertio si xpus virtute voluntatis sue potuit se preseruare a morte in passione. et est secunda qd̄. Quantum ad primum articulum d̄ q̄ ista qd̄ loquitur de xpo nō s̄ modū quē potuit assumere. nam est verum q̄ potuisset assumere creaturam gloriosam s̄ corpus et aiā. et tunc non fuisset in eo necessitas moriendi. sed qd̄ loquitur de mō quo assumpsit naturam humanam et corpus passibile. et d̄ illo tenet questio. Quantum ad secundum articulum sunt alie que rationes naturales que videntur demonstrare naturalem necessitatem moriendi in xpo ideo doctor eas reprobat contra illos qui eas adducebant ad probandum simpliciter necessitatē moriendi. nam licet probent necessitatem moriendi s̄ causas naturales quaz vna erat qz ibi erat materia. alia qz habebat naturam coniunctam priuationi. Item qz habebat contrarias qualitates. etiā qz elementa ibi erant modo violento. sed non probant necessitatem moriendi efficaciter s̄ causas supranaturales. quia possibile erat ipsum non mori s̄ formas diuinas. Dico vltimus q̄ in xpo non fuit necessitas moriendi ex pena contracta pro peccato ab eo patrato. quia peccatus non fecit nec inuentus est dolus in ore ei⁹ sed fuit necessitas moriendi ex pena contracta pro peccato in aliis hominibus. sed hec necessitas non fuit necessaria nisi ex ordinatione diuina. qz aliter pena contracta potuit deleri vt videbim⁹ licet iste modus fuit puenientior. Quantum ad tertium articulum

si xps virtute voluntatis sue potuit se preseruare a morte in passione sua. et dicitur q̄ non simpliciter hec sustinendo. qz nulla creatura potest impedire amotionem forme a materia facta dispositione que est necessitas. sed in passione ex vi vulnerum fiebat dispositio que erat necessitas ad amotionem forme. ḡ virtute voluntatis sue non potuit se a morte preseruare. Itē posse impedire actionem eoz est ex potentia obedientiali que solum est respectu diuine voluntatis. et hoc potuisset virtute voluntatis diuine. potuit tamen virtute voluntatis sue a loco passionis declinare et fugisse et talia. et quantum ad hoc dicitur passio voluntaria licet facta dispositione fuerit naturalis. Sed in hac questione Scotus dicit pro vna communi propositione que talis est. qd̄ xps semel assumpsit nunq̄ dimisit. respondet q̄ habet verum de partibus principalibus et non de aliis. nam vngues capillos et talia dimittebat. Itē illa est falsa simpliciter. nam hominem assumpsit sed in triduo dimisit. et ideo alii dicunt q̄ erat intelligenda propositio de partibus essentialibus. Sed xpus fuit vere mortuus dicitur q̄ sic. et ideo oportet ponere animam sensitiuam eductaz de potentia materie. secundo dico illam animam sensitiuam fuisse corruptam virtute vulnerum. nam non exercuit suas operationes post mortem. tertio dico q̄ fuit vniuoc mortuus cum aliis hominibus quia resolutio prima stat ad fabricam corpus. que fabrica vltius corrumpitur. et resoluitur in elementa nisi reseruetur. vnde ad hoc q̄ sit vere mortuus oportet ponere tres formas. et sic teneo. Ad argumentum in principio dicitur q̄ non fuit in eo necessitas moriendi que est ex peccato. sed fuisset in eo necessitas moriendi secundum causas naturales tantuz.

Irca decimam septimam distincti-

onem queritur vtrum in Xpo fuerunt tantum due voluntates. Videtur q̄ non. nam voluntas libera dominabatur suo actui. Sed si in Cristo sunt plures voluntates vna non dominabatur suo actui quia vna sequebatur motum alterius. nam humana sequebatur motum voluntatis diuine et per consequens non dominabatur suo actui. Ad oppositum habuit duos intellectus scilicet creatum et increatum. ergo duas voluntates. Dic nō ponuntur opiones. sed ad qd̄ d̄ cuz Damasco no. c. sexto. q̄ sicut secundum fidem firmiter tenendum est in xpo esse duas naturas. et vnā ypostasim. ita oportet concedere sicut consequens ex illo q̄ in xpo sunt proprietates naturales et potens

tie vtrinque nature. sed potentie perfectissime rationalis nature sunt intellectus et voluntas quia in ipso sunt intellectus creatus et voluntas creata. Item dictus fuit distinctione. 13. quod in christo fuit summa gratia et fructio et scientia. sed scientia pertinet ad intellectum. fructio ad voluntatem. ergo etc. Sed concessio quod in deo est voluntas creata et increata. est ne tantus una voluntas creata in christo. dicitur scilicet doctorum quod voluntas potest accipi sub propria ratione vel sub ratione generali. scilicet pro appetitu. Si generaliter accipitur pro appetitu dico quod ad minus sunt in christo tres appetitus scilicet intellectualis. increatus et rationalis creatus et irrationalis scilicet sensitivus. sed quia voluntas addit supra appetitum quia est appetitus cum ratione liber. et sic stricte loquendo tantum sunt in christo due voluntates. una naturalis alia supernaturalis. Sed communiter loquendo accipiendo voluntates pro appetitu sic puto quod in christo sicut in nobis fuerunt tot appetitus distincti quot sunt potentie apprehensivae siue in nobis. quia sicut alia est apprehensio gustus. alia visus. alia tactus. sic est alia propria inclinatio et alia dilectio propria consequens hanc apprehensionem et illam. et omnes isti appetitus possunt poni sub appetitu ymaginativae potentie. et iste potest de omnibus iudicare. Sed aliquis quereret an voluntas naturalis et libera sint due voluntates dicitur quod non. quia naturalis non est voluntas sed magis inclinatio. Sed quicquid voluit christus fuit impletum dicitur quod quicquid voluit voluntate libera eliciente totum fuit impletum non autem quicquid voluit voluntate sensuali. primum patet quia voluntas elicitiva in christo fuit conformis voluntati divinae in voluto. sed voluntas divina semper impletur ergo etc. Sed de voluntate sensuali non volebat mortem sed habuit. Sed diceret aliquis ergo in appetitu sensitivo christi fuit peccatum quia non erat conformis per omnia voluntati divinae in voluto que non conformitas est peccatum. dicitur quod habere voluntatem difformem voluntati divinae in voluto non est peccatum. sed habere voluntatem difformem in forma volendi. Exemplum deus vult patrem meum mori et tamen vult me velle patrem non mori. ecce quod ego sum difformis voluntati divinae in voluto scilicet in patre meo. sed non in forma volendi. quia volo sicut deus vult me velle. nam ut filius vellem patrem meum non mori. sed ultime volo quod deus vult. Sic in proposito erat difformitas in voluto non in forma volendi. nam voluntas divina volebat partem sensitivam appetere oppositum eius quod ipse volebat. Ad argumentum in principio dicitur quod licet voluntas creata sequeretur motum alterius tamen cum hoc domina-

batur suo actui. nam sequebatur voluntatem divinam spontanee que spontaneitas est proprius motus voluntatis cuius est operari spontanee.

Intra distinctionem decimam octavam

queritur utrum christus meruit in primo instanti. Videtur quod non. quia prius est esse et agere. sed mereri dicitur in agere. ergo oportuit prius esse christum et agere vel et mereretur. ergo in primo instanti sue conceptionis mereri non potuit. Ad oppositum christus in primo instanti sue conceptionis habuit virilem animum Jeremie. 31. sed habens virilem animum pro illo instanti potest mereri. ergo in primo instanti sue conceptionis mereri potuit. Ad questionem dicit doctor quod sic. Sed pro maiori declaratione quatuor dicat. primo quid sit meritum. secundo qualiter christus cum esset beatus potuit mereri. tertio utrum per actum beatificum potuit mereri. quarto si meruit in primo instanti. Quantum ad primum articulum quid est meritum dicitur quod est actio accepta pro qua acceptione est aliquid tribuendum facienti vel alteri in quo fecit secundum debitum iusticie. Et ad meritum requiruntur tria ex parte reddendi. primum quod illud reddendum sit de pertinentibus ad beatitudinem. quia si aliquid esset reddendum per operationem que pertinet ad peccatum magis esset demeritum et meritum. secundum quod illud redditum non sit aliud debitum. quia si esset aliud debitum non esset meritum. tertium est quod illud debitum saltem ordine nature sequatur actionem qua sit reddendum.

Quantum ad secundum articulum qualiter christus cum esset beatus potuit mereri. dicitur quod ad meritum tria requiruntur et illa sufficiunt. primum quod ille qui debet mereri sit in statu merendi. secundum quod sit dominus suorum actuum. tertium quod actus suus habeat aliquam equiparantiam secundum equalitatem proportionis quantitatis que est iusticia distributiva secundum equalitatem proportionis que est iusticia commutativa. Modo dicunt doctores quod ista tria sunt in christo. primum enim fuit in christo quia erat in statu vite. nam licet esset perfectus comprehensor. tamen passibilis erat secundum corpus et animam et mortalis erat. et ideo erat in statu acquirendi. secundum habuit quia erat dominus sui actus licet habuit voluntatem liberam spontanee exeuntem in actus suos. tertium habuit nam actus eius habebat equiparantiam mercedi. nam actus eius fuit informatus caritate et per consequens habuit actus eius equiparantiam respectu mercedis. Quantum ad tertium articulum si per actum beatificum potuit mereri dicitur quod sic. quia

meruit actu beatifice dilectionis. nam ad meritum requirunt tria
 su pradicta in. 2^o articulo que omnia fuerunt in xpo. nam ille ac-
 tus beatificus erat hominis existentis in via. nam erat viator.
 secundo qz iste actus beatificus aliquo mō erat a xpo qz maxi-
 me 3^o doctorem nostrum voluntas coagebat illi actui. ponit autē
 qz actus discretionis est aliquo mō a voluntate z ab obiecto. De
 tertio certum est qz iste actus habebat dignitatem ad mercedem
 et sic patet qz xps potuit mereri in actu beatifico. Quantū ad
 quartum articulum dicit qz xps ab instanti sue conceptionis potuit
 habere operationem meritoriam. z si potuit habuit qd declarat.
 qz q aliqua res in instanti primo in quo est qz non possit habere
 operationē suam non potest contingere nisi tribus modis. primo
 potest contingere qz deest sibi aliqua perfectio que requiritur ad
 agendum. sicut catulus in primo instanti sue natiuitatis non pōt
 videre qz non habet organum videndi ppletuz. Secundo potest
 contingere propter aliqd impedimentum seu impediens extrinse-
 cum qz impedit exitum in suam operationem. sicut lapis genera-
 tus super trabem non pōt moueri deorsum propter impediens.
 Tertio pōt contingere. qz in primo instanti nō hz actionē suā pro-
 pter naturā actionis. qz illa actio ē necessario successiua z necessa-
 rio p̄cernit tēpus z mēsuratur tēpore sicut ē moueri localiter. in pri-
 mo enī instanti pōt aliquid incipere moueri sed non mouet̄ cuz
 motus nō sit nisi in tempore. neutz̄ istoz̄ fuit in xpo. nec aliquid
 istoz̄ impedit quin xps potuit habere ab instanti sue p̄ceptionis
 actionē meritoria. primū nō impedit qz nulla perfectio sibi defuit
 ad merendū. nec secundū qz ab instanti sue p̄ceptionis nō habu-
 it impedimētuz nec in eo fuit aliqd impediens actionē meritoria
 nec tertium impedit qz p̄stat qz in actione dilectionis pōt esse me-
 ritum z tamen mot^o caritatis in deūz̄ indiuisibilis est nec requirit
 successionem nec motuz̄. in aliis hoībus requiritur tēpus. qz mēs
 ignorat quid sit eligendum ideo indiget deliberatione que talia
 nō erant in xpo ideo potuit in instanti. ideo nō videt̄ p̄radictio
 quin xpus ab instanti sue p̄ceptionis potuit mereri. et quicquid ē
 possibile perfectionis attribuendum est xpo. quare tenendum est
 xpm in primo instanti potuisse mereri maxime 3^o doctore. cuz ra-
 dix̄ oīs meriti loquēdo pp̄ue de merito p̄sistat in affectōe iusticie
 volūtati n̄ autē i affectōe p̄modi. Et nota qz i fine ist^o dist. inueni-
 es quōd i nob̄ z in angelis in p^o instāti z in appetitu naturali pōt
 esse error nō qz ille appetitus capiatur pro illa naturali inclinatio-
 ne qz illa semper est recta. sed pro actu elicitō illius appetitus po-
 test esse error z peccatum. et sic in angelis in primo instanti potuit

esse peccatum. Ad argumentum in principio in quo dicitur
 qz prius est esse rei qz agere. dicendum est qz verum est suppositio-
 ne nature vel naturalis intelligentie sed non duratione vt patet
 de illuminatione solis.

Circa distinctionē decimam nonaz
 queritur vtrum xpus omnibus nobis meruit gratiam z
 gloriā z remissionē culpe z pene. Videtur qz non. naz
 si xpus meruit omnibus nobis. ergo nullus potest sibi mereri gra-
 tiam z gloriā. nam qd iam debitū est non potest cadere sub me-
 rito. Ad oppositum est Leo papa in sermone de natiuitate di-
 cens sic. sicut nullum a reatu liberum inuenit ita liberandis omni-
 bus venit. huiusmodi autem liberatio fuit per gratiam a peccato
 per gloriā z a pena peccati. Ponitur in solutione opinio Tho-
 me tertia parte summe. q. 48. qz merituz̄ xpi potest sumi quātuz̄
 ad sufficientiam. et sic meruit omnibus remissionem culpe. z glori-
 e collationem z gracie. quantum ad efficaciaz̄ vero non. Et vtrū
 qz probat. Sed hic pro maiori declaratione tria videbuntur.
 primo vtrum omnibus aliis a xpo meruit gratiam z gloriā. se-
 cundo vtrum sibi ipsi. tertio si gracia data primis parentibus ceci-
 dit sub merito xpi. Quantuz̄ ad primuz̄ articulum dicit Sco-
 tus aliter ostendendo qz sanctus doctor. qz sicut xps vult omnes
 homines saluos fieri voluntate antecedente. sed voluntate conse-
 quente tantuz̄ predestinatos vt dictum est in primo. ita eodē mō
 voluntate antecedente pro omnibus passus est. sed voluntate cō-
 sequente passus est tantum pro predestinatis. Sed passio xpi non
 habet efficaciaz̄ nec redundantiam nisi in illos pro quibus volu-
 it pati voluntate consequente. igitur tantum in predestinatos pas-
 sio xpi habet suam eff. catiam z suam redundantiam. Est igitur in-
 tentio doctoris qz meritum passionis xpi transit ad predestinatos
 quia bene verum est qz presciti aliquando habent gratiam. s3 ab
 illa cadunt nec perseuerant. Quantum ad secundum articu-
 lum vtrum xpus meruit sibi gratiam z gloriā. hic est vnum cla-
 rum qz sic. quia in instanti sue conceptionis eam habuit. sed vtrū
 eam meruit actu consequente dubium est. Dicitur tamen cōmu-
 niter qz non meruit sibi gratiam z gloriā. sed tantuz̄ stolam cor-
 poris. Sed dico sine preiudicio qz non videtur michi quin possit
 dici qz xps actu sequente meruit graciā z gloriā quaz̄ prius ha-
 buit. sicut miles equum sibi datum potest ex aliquo casu sequen-
 te mereri. Sed est dubium quia opinio magistri non tenetur qui
 dicit qz Angelus meruit beatitudinem suam ex casu sequente.

dicitur quod non est simile de angelo et de christo. nam angelus statim fuit in termino et non potuit mereri. non autem sic christus qui cum hoc quod erat comprehensor fuit viator. ideo potuit per actus sequentes eam mereri. Sed diceret aliquis ergo primo habuit premium et meritum. dicitur quod in primo signo gratia et gloria data christo non habuit proprie rationem meriti. sed gratie ita quod secundum illos qui ponunt quod christus in primo instanti meruit possumus ponere tria signa. ita quod in primo signo habuit gratiam et gloriam. in secundo signo bene usus est gratia sibi data. in tertio signo gratia et gloria habent rationem meriti. Sed ista tria signa oportet ymaginari in uno instanti. Quantum ad tertium articulum si gratia data primis parentibus cadit sub merito christi. dicitur quod primi parentes habuerunt gratiam in duplici statu. primo in statu post lapsum. et de isto non est dubium quin eam habuerint ex merito passionis christi futuro et preuiso. sed de gratia ante lapsum est dubium. sed mihi videtur quod non. quia si caderet sub merito christi non fuisset amissa. Sed christus per passionem suam sibi meruit. dicit magister quod aliquis tripliciter meretur. primo faciendo sibi aliquod debitum. secundo faciendo magis debitum. tertio faciendo aliter debitum. id est quod erat debitum uno modo sit debitum alio modo. primo modo christus in primo instanti meruit claritates corporis. secundo modo non potuit mereri quia caritas in christo non fuit augmentata. tertio modo meruit in passione claritatem corporis et beatitudinem. hoc est meruit quod a moueretur obstaculum quo impeditur ne gloria anime ad corpus redundaret. Sed meritum christi fuit infinitum. dico aliquas conclusiones. Prima quod meritum christi quantum ad bonitatem formalem intrinsecam est simpliciter finitum patet. nam est bonitas creata. Secunda conclusio quod meritum christi quantum ad denominationem extrinsecam bonitatis est bonum infinitum. et ratio est quia est infiniti boni. licet enim principium operandi esset finitum et per consequens actus finitus formaliter et intrinsece. tamen operans. id est christus erat bonum infinitum et per consequens actus bonus infinite denominatione extrinseca. Tertia conclusio quod acceptabilitas in actu correspondens bonitati formali intrinsece erat simpliciter finita sicut et bonitas cui correspondebat. et ideo secundum iusticiam commutativam illi merito non respondebat nisi bonum finitum pro premio. Quarta conclusio quod acceptabilitas in actu christi correspondens denominationi bonitatis extrinsece scilicet bonitatis subiecti vel suppositi erat infinita quod patet. quia operans in infinitum diligibile habet actum infinitum acceptabile. quia infinita diligibilitas est ratio acceptationis infinite. sed Christus erat operans in infinitum

diligibile. ergo habuit actum infinite acceptabilem. nec valet in quantum homo non erat dilectius in infinitum. quia sufficit quod totum operans per aliquid sui sit bonum infinitum. et infinite dilectionis ratione alterius. Quinta conclusio quod actus christi bonus fuit acceptus in infinitum in quantum erat infinitus denominatione extrinseca subiecti vel operantis. Ad argumentum in principio dicitur quod aliquibus meruit gratiam primam et gratiam baptismalem et gloriam correspondentem. gratiam autem penitentialem et augmentum gratie et gloriam correspondentem non meruit ut causa totalis sed oportet homines cooperari ut sint cum christo.

Intra distinctionem vicesimam que

ritur utrum necesse fuit genus humanum reparari per passionem christi. Videtur quod non. nam pura creatura potuit redimere. ergo non erat necessarium ut per christi passionem redimeretur. antea patet. nam potuit offensam causare. ergo et delere. prout tenet quia potentia est oppositum. Ad oppositum si creatura potuisset satisfacere non videtur congruum quod filius dei fuisset incarnatus et passus. Argumento primo facto quod tale est. Si nobile est lapsum et non est necesse ipsum reparari per mortem christi. nec si minus nobile est lapsum. sed angelus lapsus nobilior est homine. ergo et cetera. Respondet Thomas in presenti distinctione. quod i. in solutione tertii argumenti quod non tota natura angelorum cecidit sicut hominum. et ideo non est simile. Secundo respondet Thomas in eodem tertio. quod z. prime distinctionis quod homo cecidit alterius temptatione scilicet dyaboli. angeli autem non. sed propria voluntate solum. In hac questione dicit Augustinus. 2. Cur deus homo c. 15. in fine. ecce vide quomodo rationalis necessitas ostendit ex hominibus perficiendam esse supernam civitatem. nec hoc fieri posse nisi per remissionem peccatorum. quam homo nullus habere potest nisi per homines qui idem ipse est deus. atque morte sua homines peccatores deo reconciliet. Ex quibus dictis videtur expresse dicere quod erat necesse hominem redimi per mortem christi. Sed nota quod hec auctoritas videtur contraria his que volumus dicere. nisi intelligas quod habet verum necessitate consequente non antecedente. vel necessitate absoluta. Sed pro maiori declaratione dicit Scotus quod hec questio videtur pure theologica. et propter hanc questionem solum videtur Anselmum fecisse illum librum Cur deus homo. ubi hanc questionem soluit. quapropter quatuor erunt videnda. primo quod necesse fuit hominem redimi. secundo quod non potuit redimi sine satisfactione. tertio quod satisfactio facta erat a deo

z homine. quarto q̄ conuenientior modus fuit fieri per passiones
xpi. Quantum ad primum ostenditur s̄ Anselmum q̄ ne
cesse fuit homine; redimi. q̄ frustra fieret rationalis creatura nisi
posset summum bonum propter se amare z ei per cognitionem in
herere z amore diligendo ipsum propter se. aut ergo deus deduxerit
hominem ad hunc finem aut non. si non frustra factus fuisset.
si sic. cum iam lapsus fuerat per peccatum necesse est ipsum repa
rari. et hoc habes. c. i. secundi. Cur deus homo. Quantum ad
secundum articulum dicitur q̄ non potest redimi sine satisfactōe
Et arguitur sic per quintum capitulum libri Cur deus hō. In iust^o
est homo qui non reddit deo id q̄ debet. sed nullus iniust^o red
dit nec admittitur ad beatitudinem eternam. ergo qui non soluit
deo q̄ debet nō saluabitur. Sed omnis peccator abstulit bono
rem deo debitum. ergo quousq; satisfecerit est debitor z iniustus
et hec satisfactio intelligenda est per se vel per alterum. 3^o et bicoz
nam que per amicos fiunt per nos quodāmodo fiunt. Quā
tum ad tertium articulum dico q̄ satisfactio fienda erat a deo et
hominatione maioris conuenientie. Sed ex necessitate dico q̄
non imo conceditur q̄ creatura potuit satisfacere pro illo peccato
si deus ita ordinasset. Et arguit sic doctor sustinendo istam partem
Quando duo actus sic se habent q̄ bonitas vnius equatur mali
cie alterius actus ille bonus potest esse satisfactorius pro malo.
quia ex tanta bonitate potest tolli tanta malicia opposita. Sed
nullum inconueniens videtur q̄ deus fecerit hominem vel potuit
facere in puris naturalibus cuius actus fuisset equalis in bonita
te malicie peccati Ade imo etiam excessus in bonitate. et q̄ bo
nitas esset maior in illo q̄ fuerit malicia in actu peccati Ade. igitur
talis actio potest esse simpliciter satisfactoria pro peccato ad.
Dices q̄ non valet quia culpa Ade redundabat in omnes. dico
q̄ et penitentia illius puri hominis potuit esse satisfactoria p om
nibus. nisi dicas causam quare non. Item deletio culpe et infusio
gracie z glorie non sunt infiniti effectus formaliter z intensiue. sed
solum materialiter z extensiue. sed ad tale infinitum non requiritur
virtus infinita simpliciter. sed secundum quid qualis non re
pugnat creature. Dices peccatum fuit infinitum ex parte obiecti
hoc nihil est. quoniam similiter gracia et caritas quantumcunq;
sint forme finite tendunt in obiectum infinitum sicut voluntas
ideo non valet instantia. Confirmo istud q̄ aliter potuit redimi
q̄ per mortem xpi. Augustinus. 13. de trinitate capitulo decimo
dicit q̄ alius modus redimendi hominem non defuit. cuius pot

testati cuncta subiacent. ergo non fuit necessitas vt sic fieret. Et si
dicatur sunt multe auctoritates Anselmi probantes necessitatem
redemptionis nature humane per xpm. Dico q̄ sunt intelligende
necessitate consequentie. z non necessitate absoluta. Necessitas cō
sequentie est idest postq̄ deus sic ordinauit necessarium erat q̄ sic
eueniret. non tamen q̄ aliter non posset ordinare. Quantum
ad quartum articulum dico q̄ fuit ille modus conuenientior per
multas rationes. Prima vt humana natura non teneretur tanta
dilectione alicui nisi deo. Item vt in hoc deus ostenderet summam
dilectionem homini vt eum per amorem z mortem filii ad se tras
deret. Item vt ista satisfactio esset efficacior z excellenti modo fier
ret scilicet per talem qui erat infinite dilectionis. et per consequens
eius actio erat infinite acceptabilis ex parte sui. Ad argumē
tum in principio dico q̄ de potentia absoluta potuit licet de con
gruo non debuit nisi filius dei.

Intra distinctionem vicesimam pri

mam queritur Utrum corpus Crispi fuisset putrefactum
si resurrectio non fuisset accelerata. Videtur q̄ sic. Xpus
assumpsit passiones nature humane. sed incineratio vel putrefac
tio est passio. ergo illam assumpsit. Ad oppositum in psal
mo. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Dennis
cus inducitur respondēs quodlibeto duodecimo. questione duos
decima. q̄ aliqua sunt futura propter causas naturales inferior
res que tamen non sunt propter causas superiores impediētes.
maxime propter primam causam impediētem. Et sic concludit
q̄ si diuina causa non impediret naturam q̄ corpus Crispi esset
putrefactum. Ad questionem dicitur secundum fideles q̄ non.
Et probant per illud psalmi. Non dabis sanctum tuum videre
corruptionem. Sed bic tria videbimus. primo propositum. Ses
cundo si in tali preservatione esset nouum miraculum. tertio si res
mansit forma alia ab anima idest si in illo corpore erat aliqua
forma.

Quantum ad primum dico q̄ om
nes in hoc concordant q̄ illud corpus fuisset putrefactum per cau
sas supranaturales. Quantum ad secundum articulum fuit
opinio aliquorum q̄ illud corpus non corrūperetur. et q̄ hoc erat
per antiquum miraculum idest per hoc q̄ erat vnitum cum diu
na natura. Sed dicit doctor q̄ hoc fuit per nouum miraculum et q̄
fuit per hoc non per assumptiones. sed ob hoc q̄ quando agentia

in ceperunt esse per naturam propinquas et voluerunt corrumpere virtus verbi impediuit de nouo istorum actionem et virtutem. Et dicit doctor quod alia volitione secundum rationem voluit corpus viri verbo. et alia voluit corpus preferuari a resolutione. Quam ad tertium articulum dico quod secundum ea que fides tenet et sacra scriptura oportet ponere quod aliqua forma substantialis remansit. quod declaratur primo sic. nam secundum auctoritates scripture oportet corpus christi viuum et mortuum esse id est substantialiter numero. Sed nisi ponatur aliqua forma substantialis remanere in corpore christi viuo et mortuo non potest saluari ut probatur. 8. et 24. maior patet auctoritate Aug. super psalmo. Deus deorum. ubi dicit sic. discipuli primo non crediderunt donec tangerent atque palparent. si caro remanserat. quia caro mortua erat. diuinitas que mori non poterat. at hec in carne latebat. ostendebat tamen dominus eandem formam eandemque carnem quam in cruce viderant que in sepulcro posita erat ut quos crucifixus fecerat titubantes. resurgens faceret fortes. Ecce quomodo ostenditur quod caro que crucifixa erat et que sepulta erat resurrexerat. Item Aug. de fide ad Petrus eandem ponit auctoritatem. Item certum est quod christus viuus multotiens dixit corpus meum requiescet in spe. et si corpus suum. 8. remansit eadem forma. Item aut corpus christi remansit idem substantialiter viuum et mortuum aut corruptum. si non viuum remansit idem habetur propositum. si corruptum fuit. ergo illud corpus generatum non erat corpus christi. sed corpus oppositum corpori christi ex quo generabatur post corruptionem corporis. et tunc diceretur quod sacramenta non fluxerunt de corpore christi. sed de corpore opposito et equiuoco corpori christi. nec de corpore sumpto de beata virgine manauerunt sacramenta ecclesie. sed de corpore equiuoco illi generato. nec corpus christi fuit lanceatum pro ipsis quia 3. euangelium iam erat mortuum. sed corpus alterius substantie et nature que omnia sunt contra fidem. Item 3. veritates et fidem catholicam aliquis de discipulis in illo triduo de potestate absoluta. si voluisset consecrasset. quia dicitur quod quisque fecerint id est facere voluerint. Sed ecclesia tenet quod nunquam consecrasset nisi illud idem corpus de quo christus dixit in cena. hoc est corpus meum. ergo consecrasset illud idem corpus substantialiter. et idem fuit in illo toto triduo cum illo corpore in cena. Sed aliqui mouent hic unam dubitationem. si de potestate absoluta aliquis discipulorum in illo triduo conficeret. quod corpus demonstraret vel conficeret an viuum vel mortuum. Et respondent quod tale quale tunc erat. Item constat quod diuinitas non uniebatur corpori nisi sicut parti humane

nature. sed si alia forma fuit introducta et nulla remansit amplius non pertinet corpus ad naturam humanam quia tunc non remansit aliquid quod in ipso fuit nisi materia prima. ergo illi corpori non uniebatur. Sed qualis erat illa forma dico quod erat forma corporeitatis. sed illud potest bene et male intelligi. quia si intelligatur quod sit talis forma corporeitatis et nullam habet intentionem formalem falsum est quod patet. quia nulla forma dat esse pure corporeum quin contrahat ad determinatam speciem corporis. unde vel dat esse corporis simpliciter vel mixtum. Et ideo debet sic intelligi quod illa forma dat esse corporis mixti. Uterius si intelligatur quod illa forma corporeitatis esset eiusdem rationis in suis partibus essentialibus quas habet sub quantitate. istud non bene intelligo quia credo quod ille partes erant alterius rationis in diuersis partibus. unde illa forma corporeitatis non est nisi forma omnium partium itaque alterius rationis erat in osse et alterius in carne. Ad argumentum in principio dico quod assumpsit passiones nature humane quas decuit. sed putrefactionem non decuit esse in corpore christi ideo eam non cepit.

Arca distinctionem vicesimam secundam

queritur utrum in triduo christus fuit homo. Videtur quod sic. omne suppositum rationale est homo hec est vera. sed christus in triduo fuit suppositum rationale quia habuit animam rationalem qua potuit ratiocinari. 8. et 24. Ad oppositum homo est animal sensibile quia esse homines presupponit esse sensitiuum sed christus in triduo non erat sensitiuus. ergo 24. In solutione primo ponit opinionem Dugonis de sacramentis li. i. parte prima. c. penul. dicentis quod anima est homo ideo in triduo verbum dicendum erat homo. quia habebat animam secundum unitatem. cui sentire videtur Albertus magnus dicens. nihil esse de quidditate rei nisi formas. Veritas quod nis est 3. theologos quod in triduo non fuit homo. Sed hic tria videbuntur. primo si forma est tota quidditas rei. 2. ut anima separata sit homo 3. si christus in triduo fuit homo. Quantum ad primum articulum videtur quod si forma esset tota quidditas tunc materia supflueret quod est contra Aristotelem philosophorum. Item 2. philosophorum ponit causas intrinsecas et extrinsecas. intrinsece vero sunt materia et forma. Item 3. theologos deus potest supplere vicem causarum extrinsecarum. scilicet agentis et finis. sed non intrinsecarum. causa est nam cause intrinsece intrant compositionem. deus vero non potest esse pars alicuius compositi. Item cause intrinsece sunt de quidditate. deus enim non est de quidditate alicuius.

Ex quibus habetur quod non solum forma est de quidditate sed materia et forma. Quantum ad secundum articulum. si anima separata sit homo dicitur cum Dugone quod sic. Sed certe hec opinio salua reuerentia est falsa et contra fidem. nam fide tenemus quod homo est ex anima rationali et ex carne. ergo non ex anima solum. Et quod hoc sit verum totus secundus de anima est plenus. et ibidem separatur hoc. i. anima ab hoc idest a corpore tanquam perpetuum a corruptibili. ergo plura sunt in homine quam anima. Quantum ad tertium articulum sunt opiniones magistri et Dugonis quod christus in triduo fuit homo. Sed iste opiniones non sunt tenende. Et probatur quod non fuit homo. nam non remanente ratione formali qua christus erat homo non remanebat homo. Sed ratio formalis qua christus erat homo et qua homo est homo est anima rationalis. 10. ethicoꝝ. vbi habetur quod homo est homo per animam rationalem ergo recedente illa sicut est certum secundum fidem quod in triduo recessit. ergo in triduo non remansit homo. Item homo dicitur homo ab humanitate. ergo non remanente humanitate non dicitur homo. sed in triduo non remansit humanitas cuius humanitas dicitur corpus et animam unita. ergo etc. et sic tenendum est quod christus in triduo non fuit homo. Aliqui dicunt quod fuit homo mortuus. Contra quia si mortuus dirabatur a ratione hominis. et sic contra dicunt sibi ipsis. Sed in morte christi fuit unio noua realis verbi ad corpus christi. dico quantum ad hoc quod non fuit unio noua realis. Ad cuius declarationem pono tale exemplum. accipiatur aliquod album quod sit simile alicui albo ibi est una similitudo in actu. et vnica similitudine refertur ad aliud album. si tamen diuidatur illud album diuidetur in duas albedines. sine tamen realitate addita ita quod solus esset alius modus. similiter similitudo illa diuidetur in duas similitudines ita quod non alia et alia relatione similitudinis refertur ad partes. sed eadem similitudine refertur qua prius diuisa tamen in duas ratione fundamenti diuisi. ita dico in proposito quod tota humanitas referebatur vnica unione in actu ad verbum. quando autem fuerunt partes diuise unio totalis fuit diuisa. quia in duas ratione fundamenti diuisi. et sic non fuit alia unio realis sed eadem unio realiter quae habebat in toto corpore addita sola diuisione sine illo modo. Sed diuinitas fuit separata ab humanitate. dico hic duo. primo quod diuinitas fuit separata ab humanitate sicut patet per exemplum positum de albedine. et potest applicari. sed applica sane. Dico secundo quod ista unio non cessabit quia tota realitas ipsius remansit. Eadem enim unio que erat ad

diuinitatem vel humanitatem fuit ad partes humanitatis sola diuisione addita vel adiecta. Sed diuinitas fuit separata a partibus. dico ad hoc quod diuinitas non fuit separata a partibus idest ab anima et corpore. nec cessauit unio nec fuerunt noue uniones realiter ut est declaratum in prima dubitatione. Sed humanitas christi erat vbiqꝫ. dicitur quod communiter ista propositio negatur. unde sicut non potest concedi diuinitas est limitata. ita nec ista humanitas est infinita vel vbiqꝫ propter unionem tamen conceditur hic homo est vbiqꝫ. Ad argumentum in principio dicitur quod verus est si illa anima fuisset coniuncta sed quia erat separata non valet

Ira distincionem vicesimam terti

am queritur vtrum de credilibus nobis reuelatis necesse sit ponere fidem infusam. Videtur quod non. quia si daretur esset habita in baptismo. sed non datur quia baptisatus veniens statim crederet ex habitu fidei inclinante quod non experitur aliquis in se. Ad oppositum ad hebreos duodecimo. sine fide impossibile est deo placere. et loquitur de fide infusa. Ad questionem dicitur quod sic. Sed pro maiori declaratione tria videntur. primo si in homine saluando requiratur fides supranaturalis ex parte obiecti. secundo vtrum requiratur ex parte modi. tertio si de illo obiecto possit esse fides acquisita.

Quantum ad primum dicitur quod sic.

nam ad hoc quod homo se dirigat in aliquem finem oportet quod necessario habeat aliquam cognitionem de ipso hoc habetur primo ethicoꝝ in principio de sagittariis vbi dicitur. Sicut sagittarii signum habentes etc. Sed modo ita est quod ad directionem habituales requiritur cognitio habitualis. ad directionem actuales cognitio actualis. sed homo se habet dirigere ad finem supernaturalem. quia ad eum ordinatur scilicet ad trinum deum et vnus ergo requiritur in illo homine cognitio illius finis supernaturalis habitualis. Sed talis cognitio non potest esse sine fide. ergo requiritur in homine fides respectu obiecti supranaturalis.

Quantum ad secundum articulum si requiritur fides infusa ex parte modi dicitur quod sic. Et ad salutem speciei humane requiritur quod alicui vel aliquibus infundatur ista cognitio per quos veritas debet preponi. cum enim ista veritas sit supra mentem hominis non potest inueniri ideo necessarium fuit quod alicui vel aliquibus reuelaretur per quem vel per quos ad nos deriuaretur. et sic necessarium fuit quod in aliquo vel in aliquibus esset fides infusa.

Sed quid est fides infusa. dico q̄ ē quedam naturalis inclinatio data a deo qua assentimus scripturis sacris. Quod hec autem fides in omnibus requiratur. de hoc est dubium. aliqui dixerunt q̄ nō Sed sancti et doctores dicunt q̄ requiritur in saluandis fides infusa. q̄ in omni homine saluando requiritur infusio gracie. sed infundendo graciā infunditur fides. quia gracia est quedam sanitas mentis. videmus enim q̄ quando deus sanat aliquem tota liter sanat eum et perfecte. sed non sanaret perfecte si non sanaret intellectum. ab inclinatione et infidelitate. et non potest sanare ab inclinatione tali nisi infunderetur fides. ergo saltem infundit talē fidem in quantum tollit talem inclinationem et infidelitatem.

Quantum ad tertium articulum si de tali obiecto supernaturali possit haberi fides acquisita. aliqui dicunt q̄ non. sed intentio doctoris est q̄ sic. Et persuadetur hoc modo. q̄ cuiuscunq; veritati proposita homo potest adherere et repudiare illam. et ex frequentatione talis cognitionis potest in se gignere habitum adhesionis sed sic est in proposito q̄ per frequentationem actuum et frequentiam adhesionis potero in me gignere habitum adhesionis qui erit fides. Confirmatur q̄ homo ex pura auctoritate dicentis potest adherere alicui falso et impossibili ex pura libertate. 2^o multo fortius ex auctoritate xpi dicentis potest virtute propria adherere. Item Apostolus ad Romanos. quomodo credent illi qui non audierunt. ergo est fides ex auditu. sed ibi non loquitur de fide infusa sed de acquisita. Concludo ergo q̄ de obiecto supernaturali potest haberi fides acquisita. Sed quid est obiectum fidei dico q̄ deus. q̄ ad illum habet fides attributionem. et hoc accipiendo obiectum absolute et incomplete. sed accipiendo obiectum complete. dico q̄ est deus qui creditur. Sed que est formalis ratio obiecti fidei. dico q̄ dupliciter potest considerari. vel ex parte obiecti vel ex parte modi obiecti. Si ex parte obiecti est deus sub ratione deitatis vel sub ratione prime veritatis. Si ex parte modi obiecti dicitur q̄ esse esse non visum vel non apparens denominatione extrinseca sicut dicimus secundo de anima q̄ color sub ratione visibilis non est obiectum visus ex parte obiecti sed ex parte videntis. sic in proposito. Sed fides resoluitur ad aliquid notum naturaliter ex quo mens moueatur ad credendum dicitur q̄ sic. sicut enim prima principia resoluntur ad aliquid extra fidem scilicet in miracula vltima ex quibus ad ea credenda mens mouetur. Sed ista miracula fuerunt visa in primitiua ecclesia q̄ nobis modo solum sunt audita naturaliter aut notū ē q̄ audita sic et vulgata credenda sunt. aliter enim nihil oīo teneremur de preteritis. nam aliter non possumus

de his habere cognitionem. Sed iudicio meo hic est distinguendum de fide. nam credo q̄ in homine qui non est hereticus est duplex fides sc̄z infusa et acquisita. Et si de resolutione loquamur credo q̄ est verum de fide acquisita sc̄z q̄ sit resoluenda. sed non de fide infusa. nam fides infusa non resoluitur ad aliud nisi ad solam motionem diuinam. vnde mens in hoc non mouetur ab inferiori licet motus fidei et credulitatis voluntarie sit etiam ab inferiori.

Ad argumentum in principio duobus dicitur q̄ veniens ad adultam etatem statim crederet etc. dicitur q̄ non actualiter. sed concedo q̄ inclinatur immediate habitualiter ad credendum. et hoc est verum.

Intra distinctionē vicesimam quar

tam queritur vtrum de credibilibus reuelatis possit alius quis habere scientiam et fidem. Videtur q̄ sic Iohannis 2^o quia vidisti me Thomas credidisti beatus etc. ergo simul habuit Thomas scientiam et fidem. fides q̄ credidit esse deum. scientiam q̄ habuit noticiam intuitiuam. Ad oppositum est Augustinus distinguens scientiam contra fidem dicens. aliis datur scientia aliis fides etc. Primo ponitur responsio Thomae ex prima parte summe. q. 1. arti. 2^o q̄ et si cum fide possit esse scientia de credibilibus non tamē scientia subalternans sed scientia subalternata. sequens opinio est Henrici quodlibeto. 12. q. 2. ponentis triplex lumen sc̄z fidei. glorie. et medium clarius lumine fidei. et infra lumen glorie. Alii dicunt q̄ hec est opinio Gaudensis quodlibeto. 8. q. 9. et in summa. Sed quantum ad istam questionem sunt duo articuli. Primus an de credibilibus reuelatis possit esse scientia. Et dicuntur credibilia reuelata quando alicui proponitur testimonio alicuius sancti resurrectio. Secundus articulus est an simul possint esse scientia et fides. Quantum ad primum articulum dicitur q̄ non. nam noticia quā habet aliquis de his que traduntur in canone biblie non est tradita per modum scientie demonstratiue mediando illam noticiam siue habitum de intellectu lre ab aliquibus aliis principiis ex cuius demonstratione concludatur. Et hoc expresse patet per Augustinum. 18. de ciuitate dei. c. 41. in fine loquendo de his que in scriptura traduntur dicit q̄ illa commendata sunt nobis diuinis eloquiis quibus per homines non argumentorum concertationibus conculcata vt non hominis ingenium sed dei eloquiis contemnere formidaret. qui illa cognoscens que tradita sunt in scriptura contemneret. Quantum ad secundum articulum si scientia et fides stant simul. dicitur q̄ scientia capit duobus modis

vno modo pro noticia quacūq; et isto modo scientia et fides bene stant simul. alio modo potest sumi scientia sicut accipit Aristoteles per posteriora scilicet que habetur per demonstrationes. et isto modo est certum quod scientia non stat cum fide. nam si fides posset demonstrari cui demonstrationi victi rationibus habuissimus adherere. tunc certe non esset fides. nec de illa adhesionem nobis esset meritum ideo fides et scientia proprie dicta non simul stant. Sed aliquis quereret istud dubium. que noticia est nobis evidentior vel noticia fidei vel noticia scientie. Dicitur ab aliquibus quod certitudine adhesionis fides est certior scientia. sed certitudine evidenti scientia est certior fide. Alii dicunt e contra. quod per fidem morti se exponit et non per scientiam. ideo videtur quod maior certitudo sit eis de fide quam de scientia. Et hanc teneo. Sed fides a quo habet unitatem. Dico quod fides acquisita habet unitatem ab objecto. sed fides infusa habet suam unitatem a fine. Sed ratio demonstratiua inducta vel habita ad ea que sunt fidei tollit meritum fidei. dicitur quod non imo quod est meritorium. Et persuadetur sic. nam discipulus meretur laudem in conformando se magistro suo maxime quando constat sibi quod magister suus errare non potest. sed mens humana est discipula dei. et constat sibi quod deus errare non potest. ergo se subdendo deo meretur laudem. Sed credendo mens sic subditur deo tanquam doctori suo in talibus in quibus non potest capere veritates de se ergo credendo meretur laudem. Sed ratio demonstratiua euacuat meritum fidei. dico quod non. nam fides et scientia possunt simul esse de eodem ita quod scientia non impedit quin fides possit exire in actum fidei. Item demonstratio ad sensum inducta vel miracula non minuunt fidem. ergo nec demonstratio ad intellectum. Item demonstratio non tollit quin possit adherere prime veritati ex auctoritate dicentis. adherendo auctoritati. sed in hoc consistit meritum ergo etc. Sed querere rationes demonstratiuas ad credita est meritorium ex se. dico quod sic. quod studere veritati ad hoc quod inueniatur ratio efficax certitudinaliter si potest haberi est opus meritorium. sed hoc est agendum secundum rationem rectam ad perfectionem hominis. ergo est meritorium. Ad argumentum in principio dicit Gregorius quod aliud vidit et aliud credidit. nam vidit hominem et credidit deum. ergo non de vno eodem modo habuit scientiam et fidem

In circa distinctiones vicesimas quin
tam queritur vtrum ante aduentum christi fuit fides necessaria eorum que modo credimus. Videtur quod non. nam an

te christi aduentum non fuit necessarium homini credere quod angeli ignorauerunt cum intellectus excedat intellectum. sed angeli ante christi aduentum et predicationem ecclesie non nouerunt incarnationem christi. ergo nec ante christi aduentum fuit necessarium credere christi incarnationem. Ad oppositum pro omni statu fuit necessarium homini omnia diligibilia ex caritate diligere quod necessarium fuit cuiuslibet caritatem habere. ergo pro omni statu fuit necessaria fides respectu credibilium quia caritas non profuit sine fide. Ad questionem dicitur quod sic. Tamen pro maiori declaratione dico quod credere potest quis tripliciter. primo quando illud quod credit habet in habitu et non in actu. secundo quando illud credit confuse et in vniuersali. tertio quando credit illud imperfecte et non perfecte. Et per oppositum credere explicitum dicitur tripliciter. primo modo habere credere in actu. secundo habere credere in actu determinato. tertio habere credere perfectum. et secundum hoc hic sunt tres articuli. Primus articulus si in adultis fuit necessarium sic credere explicitum. primo modo scilicet in actu. Et dicitur ad articulum quod pro omni statu in adultis fuit necessarium sic credere explicitum in actu licet non pro omni tempore quia preceptum affirmatiuum obligat semper. sed non pro semper. Et ratio huius est. quia pro omni statu requisitum fuit in homine quod moueret se in vltimum finem quia igitur in adultis non est salus sine proprio motu caritatis et fidei pro loco et tempore ergo etc. Secundus articulus si pro omni tempore fuit necessarium habere credere determinatum de terminato. dicitur quod non maxime ante statum gratie. sed sufficiebat quod solum crederent illud quod principales. et in illud fererentur motu caritatis. Sed dicunt aliqui quod ista caritas determinata et explicita articulo requirebatur in his qui regebant principaliter et erant prelati. Dicitur etiam ab aliquibus quod modo sufficit simpliciter quod credant quod ecclesia credit. Tertius articulus si in omni statu necessaria fuit credulitas perfecta omnium articulo. Dicunt aliqui quod sic. quia sicut apostolis fuit reuelata fides perfecta ita illis sanctis sicut prophetis et patriarchis qui habebant regere populum. Sed aliqui dicunt quod hoc non est verum. quia secundum sanctos fides creuit pro tempore. et ideo non videtur quod illa explicitum crediderint sicuti modo. Et hanc teneo. Ad argumentum in principio patet per dicta in questione.

Secunda questio vicesime quinte de
sinctiois vbi dicitur vtrum ad hoc quod fides sit in intellectu necesse

sit aliquem habitum infusum in voluntate. aliqui dicunt & sic p
 statu isto qz intellectus nō mouetur nisi a duobus scz ab obiecto
 z a voluntate. z iste videtur esse Thomas in. 3. scripti di. 23. arti
 culo. 3. q. 1. Sed doctor improbat. et dicit breuiter q ad hoc q in
 intellectus habeat habitum fidei vel fides non oportet q sit per ha
 bitum voluntatis. Et ponit exemplum ad hoc q virtus motiua
 moueat cultellum ad scindendum sufficit acucies in instrumento
 et non requiritur similis dispositio in principali mouente vel dis
 positio illi proportionata scz in virtute motiua. eodem modo hic
 Nam ad hoc q voluntas moueat intellectum incredibile credens
 dum sufficit dispositio supernaturalis a parte intellectus. z nō est
 necessarium dispositionem supernaturalem ex parte voluntatis.

Intra distinctionem vicesimam sex

tam queritur vtruz Spes sit virtus theologica distincta
 a fide et caritate. Videtur q sit eadem virtus. nam illa
 sunt eadem que non possunt separari. sed fides z spes sunt huius
 modi. g. 21. Ad oppositum est magister in littera. Propo
 sitis aliquibus dicendi modis ponitur opinio Denyici quodlibe
 to. 8. q. 15. dicentis q spes distinguitur a caritate. quia spes est in
 irascibili sed caritas in concupiscibili. et hec distinguntur non so
 lum in appetitu sensitiuo sed etiam in voluntate. Ad questione
 respondetur affirmatiue cum magistro z cum Apostolo inuen
 te. Nunc autē manent hec tria scz fides spes caritas nomina tria
 ergo distincta. Sed pro maiora declaratione dicaz aliqua tan
 q preambula pro his virtutibus. secundo dicam ad questionem
 Ad primum dicitur q habitus theologicus est qui habet pro
 immediato obiecto deus z pro fine. z in hoc differt a cardinalibz
 z moralibus. Secundo dico q virtutes theologice sunt tres scz fi
 des. spes z caritas. quarum sufficientia sic habetur. qz actus quis
 bus ordinamur ad beatitudinē supernaturalē se habent ad ipm
 vt meritum ad premium. sed ad meritum requiritur caritas quia
 nullum est meritum sine caritate. ergo habemus hanc virtutem.
 Secundo nullus ordinat se ad aliud tanq ad finem nisi sit p cog
 nitum. sed hoc facit fides ergo 21. Tertio nullus consequitur me
 ritum nisi tendat in illum finem vt possibilem. et hoc facit spes.
 Alii dicunt q sic habetur sufficientia. nam tria sunt in obiecto su
 pranaturali scz bonitas veritas z liberalitas. oportet igitur q ho
 mo vniatur diuine bonitati. diuine veritati. z diuine liberalitati.
 et illa fiunt per istas virtutes. nam fides iungit nos veritati. cari
 tas bonitati. spes liberalitati. ideo sunt tres theologice virtutes.

Et bis patere potest quomodo distinguntur obiectis z potentiis
 nam caritas tendit in bonitatem tanq obiectuz speciale. fides in
 veritates. spes in liberalitatem. Distinguntur per potentias. quia
 fides perficit intellectum. alia bonitatem concupiscibilem vt cari
 tas. alia irascibilem vt spes. Sed concupiscentia z irascibilis sunt
 aliquo modo in voluntate. z sic fides erit in intellectu et alie due
 in voluntate sed aliter z aliter. Quantuz ad secunduz princi
 pale iam per ista posset dici. Sed dico clarius ad questionem q
 spes est habitus realiter distinctus a fide z a caritate. qz eius actus
 proprius non est elicitiue nec a fide nec a caritate licet sit a carita
 te imperatus z a fide regulatus et directus. Sed proprius actus
 spei est sibi desiderare summum bonuz dico q sic. quia iste actus
 scz desiderare sibi summum bonum. vel est actus proprius fidei
 vel spei vel caritatis. sed non est actus fidei. qz actus fidei est cre
 dere. sed desiderare non est credere. nec est actus caritatis qz actus
 caritatis est perfectissimus actus diligendi. qz caritas est supremus
 amor. sed supremus actus diligendi est actus amicicie. desiderare
 autem sibi bonum non est dilectio amicicie sed est actus concupis
 centie. igitur non est actus proprius caritatis. sed non restat alius
 actus nisi spei. ergo a sufficiēti diuisione erit actus spei. Sed que
 requiruntur ad proprium actum spei. dico q ex parte obiecti qd
 est summum bonuz. qd appareat hoc possibile. vnde necessarium
 est ad hoc q illud sit desiderium spei q ex parte intellectus per ac
 tum fidei summum bonuz credatur certitudinaliter esse sibi possi
 bile. actus enim spei necessario presupponit actum fidei. Secun
 do requiritur q illud summum bonuz appareat sibi possibile nō
 ex propria virtute sed liberalitate summi boni cōmunicātis se in
 beatitudine. et ideo dico q desiderare summum bonum vt appa
 rens intellectui ex fide possibile consequi ex liberalitate dei se cō
 municantis est actus proprius spei. Et ex hoc apparet q diffinitio
 data a magistro de spe ē valde bona. Diffinit enim eaz sic. Spes
 est certa spectatio future beatitudinis proueniēs ex meritis in gra
 tia. Sed est virtus theologica spes. dico q sic. qz ducit in vitam
 eternam p illud psalmi. Letentur omnes qui sperant inte. Sed
 quis diceret virtus theologica debet respicere bonum eternum. sz
 sibi desiderare summum bonum non est bonum eternum. g. 21.
 Dico q immediate debet desiderare summum bonum. deinde q
 ipse coniungatur summo bono tanq eterno. Sed spes acquisita ē
 virtus theologica dicunt aliqui q sic. qz ad virtutem theologica
 duo requiruntur. primuz q respiciat deum pro obiecto. secunduz
 q respiciat deum z noticiam eius vt immediatam regulam. Alii

dicitur quod non est virtus theologica. quia ad virtutem theologicam stricte sumptam tria requiruntur. primum quod respiciat deum per intermedium obiecto. secundum pro mensura et regula. tertium pro agente et causante. et sic secundum tertium modum cum a deo non erit virtus theologica. Ad argumentum in principio dicitur quod possunt separari saltem quoad actus quare et c.

Trca distinctionem vicesimam septimam

queritur utrum sit aliqua virtus theologica inclinans ad diligendum deum super omnia. Videtur quod non nam secundum intentionem Aristotelis. 9. ethicorum. amabilia ad alios procedunt ex amabilibus nobis. ergo magis debeo amare me quam deum per topicam illam. propter unumquodque tale et illud magis. Ad oppositum est magister. Item Aug. de doctrina christiana: In hac questione sunt tres articuli. in tertio ponitur opinio Thomae dicentis quod naturalia non sufficiunt ad diligendum deum super omnia sine habitu infuso. Contra quam arguit Rodofredus quodlibeto. 4. q. 6. dans exemplum de aqua que aliquando ascendit sursum ne sit vacuus plus curans de esse universi quam de esse proprio. Ad questionem dicendum quod deus est diligendus super omnia. nam precepta de calogi sunt de lege nature. sed preceptum de calogi est quod deus diligatur super omnia. ergo lex nature hoc dicit quod non esset si non posset ex puris naturalibus. nam lex nature non est nisi de possibilibus secundum naturam huius intentionis sunt magister et Aug. de doctrina christiana. Sed circa hoc tria videbimus. primo utrum natura rationalis non corrupta per peccatum possit deum diligere super omnia ex puris naturalibus. Et hoc est responsivum questionis. et in Scoto est tertius articulus. secundo videbimus utrum hoc possit natura corrupta per peccatum. tertio utrum hoc possit natura non damnata per peccatum.

Quantum ad primum articulum est intentio doctoris quod ex puris naturalibus non corruptis sequendo inclinationem inditam natura rationalis non corrupta potest deum diligere super omnia quod sic persuadetur. voluntas in puris naturalibus non impedita per corporis corruptionem potest sequi inclinationem naturalem et sibi inditam a suo principio. sed naturalis inclinatio sibi indita a suo principio est ad diligendum deum supra se ergo et c. minor patet. quia si inclinatio illa esset ad diligendum se supra deum ista esset non recta quod est impossibile. Confirmatur minor per ethicorum. quia si bonum omnia appetunt ergo maximum bonum maxime appetunt. et sic deum maxime. sed maximo nihil plus ergo et c. Et rationes

que contra hoc sunt tenent de aliis a deo et non de deo. Item quod secundum Aug. 13. de civi. dei. 7. 5. natura rationalis summe diligit beatitudinem sed non magis diligit beatitudinem quam obiectum beatitudinis. ergo summe diligit obiectum beatitudinis igitur super omnia et sic supra se. Quantum ad secundum articulum si natura corporalis corrupta et pondere carnis aggravata possit ex puris naturalibus deum diligere super omnia. dicitur hic sine preiudicio aliorum quod licet post peccatum ratio sit obscurata non tamen sic quin ex puris naturalibus possit habere iudicium quod deus est summum bonum et summe diligibile in se. ergo sic videtur ex parte voluntatis quod inclinatio eius inclinatur ad deum amandum summe licet oppositum faciat hoc patet. 3. ethicorum. nam vir fortis ex puris naturalibus cognoscit debere mortem suscipere pro bono communi et negligit se. igitur fortis potest diligere plus bonum divinum quam se. et si non faciat non ideo est quod non cognoscat quod sic debet facere.

Quantum ad tertium articulum utrum natura rationalis deum nati possit deum diligere super omnia actu elicto ex puris naturalibus dico quod sic relicta sibi quia pro illo actu habet iudicium. et ideo non videtur quod inclinatio naturalis possit totaliter consumi quin absolute relicta sibi possit. tamen non potest hoc ex ordinatione divina iusta. Sed pro uno dicto Aristotelis. 9. ethicorum ubi inquit quod matres magis amant filios quam patres. dicit doctor in hac questione quod matres ardentius. sed patres fortius et firmius. Sed amor dei habet modum. dico quod quantum ad effectum non. quia non tantum diligimus deum quin plus vellemus diligere. et hoc ut in se est diligibilis. Sed quoad nos dico quod debet amari ex toto corde. id est ex tota intentione. ex tota mente ut dicit Gregorius id est ex cogitatione. ex tota anima id est ut tota pars sensitiva secundum sua precepta reguletur. ex tota virtute id est ut tota virtus executiva secundum suam possibilitatem operetur iuxta illud. Ad argumentum in principio dicitur quod Aristoteles intellexit in nobis vel in aliis a deo. sed in deo fallit illa regula.

Trca distinctionem vicesimam octavam

queritur utrum eodem habitu est diligendus proximus quo diligitur deus. Videtur quod non. nam unus habitus est unus obiectum. sed in deo et primo est alia ratio formalis bonitatis. ergo et c. Ad oppositum est Damascenus. Ad questionem dicitur quod sic. In hac. n. questione non sunt opiniones ideo proba quod eodem habitu. quia uno solo habitu scientifici potest considerari aliquod obiectum primum. et illa quod habet attributionem ad illud in quantum bene dicitur. ergo unico solo habitu dilectionis diligitur

aliquod bonum et omnia que habent attributionem ad ipsum secundum illam rationem per quam cadit sub isto habitu. sed proximus habet habitudinem ad ipsum sub ista ratione. ergo eodem habitu caritatis diligitur proximus quo et deus. Item doctor dicit sic. eodem habitu quo diligo deum volo me diligere deum. et eodem habitu quo me volo diligere deum. volo proximum meum diligere deum. quia actus sunt eiusdem rationis. et hoc est proprius diligitur deum in habitu caritatis. ergo eodem habitu diligitur deus et proximus. Si dicatur quod respectu unius habitus non est nisi unum obiectum. sed deus et proximus sunt diuersa obiecta. ergo non diligitur eodem habitu. potest dici quod verum est quod non est nisi unum obiectum principale et vltimum. sed minus principaliter possunt esse plura. vnde quecumque diligitur caritate vel sunt deus vel tendentia in deum. Et si dicatur qualiter iste habitus quo diligitur deus respiciat proximum. dicitur quod respicit deum primarie et principaliter. proximum vero secundario et minus principaliter. Ad argumentum in principio dicitur quod verum est quod unus habitus est unum obiectum primus sed possunt alia esse secundaria obiecta. vel quod est unum immediatum alia vero mediata.

Trca distinctionem vicesimamno

nam queritur vtrum quilibet teneatur maxime diligere se post deum. Videtur quod non. nam Aristoteles. 9. ethico rum reprehendit amatores sui. Ad oppositum. mensura est perfectior mensurato et magis amabilis. sed vnusquisque est mensura respectu alterius secundum illud Mathei. diliges proximum tuum sicut teipsum. Ad questionem dicitur quod sic. nam mensura est perfectior mensurato. sed quilibet est mensura respectu sui proximi secundum illud Mathei. diliges proximum tuum sicut teipsum. Item secundum illud. 9. ethico rum. Diligibilia vel amicabilia ad alios procedunt ex amicabilibus nobis. Item omnis caritas bene ordinata a seipso incipit. Et sic concludo quod licet deum teneamur diligere magis quam nos. attamen magis debemus diligere nos quam omnia alia preter deum. Sed debemus plus diligere inimicum vel amicum. dico quod magis amicum. 8. ethico rum. Et si precipitur quod inimicus ametur. dico quod hoc ideo est quia est meritorium. sed non quod magis debeat amari. nam virtus moralis circa difficile et arduum versatur. licet amicitia non sit virtus tamen consequitur virtutem.

Ad argumentum in principio dicitur quod philosophus reprehendit illos qui se diligunt immoderate non autem illos qui moderate.

Trca distinctionem tricesimam que

queritur vtrum necesse sit ex caritate diligere inimicum. Videtur quod non. nam habetur Mathei. 5. Audistis quoniam dictum est antiquis odio habebit inimicum. sed moralia precepta manent in noua lege. 9. et cetera. Ad oppositum Mathei. 5. ego autem dico vobis diligite inimicos quoniam mercedem habebitis. Ad questionem dicitur quod sic Mathei. 5. Diligite inimicos vestros. Sed hic est opinio hebreorum dicentium quod inimicus alterius legis non est amandus. et fundant se in Aristotele in de secretis secretorum. et hoc dicunt respondisse quendam hebreum cuidam mago querenti ab hebreo hanc questionem. magus vero replicauit dicendo contrarium hebrei. et dixit quod hebreus debebat amare se et filios et homines sue legis et alterius. et hoc secundum legem suam.

Sed veniendo ad questionem vtrum inimicus sit amandus. dicitur quod in inimico duo sunt scilicet formalitas inimicitie et substratum. considerando formalitatem inimicitie dicitur quod secundum illud non est amandus quia malus et malum non est amandum imo malus est odiendus. sed si habeamus respectum ad substratum dicitur quod inimicus est amandus. nam in eo inuenitur ratio amationis sicut in amico. cum in vtroque reperitur ratio ymaginis. nam eodem modo fidelis sicut infidelis sunt ymago dei. vel in vtroque reperitur ymago. et sic tam amicus quam inimicus est amandus. Sed est dubium qualiter debemus ipsum diligere. pro quo est aduertendum quod duplex est dilectio. vna beniuolentie et affectus. alia beniuolentie et effectus. quantum ad dilectionem beniuolentie et affectus dico quod tenetur homo diligere inimicum alterius legis. et ratio huius est quia caritas est habitus quo deus diligitur et quo volo alium diligere deum vel quo vult deum diligi. et ideo affectu caritatis tenetur homo velle omnem hominem diligere deum et ad ipsum attingere. tenetur etiam nolle aliquem deum odire et ad deum finaliter non attingere. vnde velle inimicum damnari est peccatum. Sed quantum ad effectum beneficentie dico quod tenetur homo in generali inimicum diligere non excludendo eum ab orationibus quibuscumque quas facit. in speciali vero non tenetur benefacere inimico nisi in casu necessario in quo non posset per alium subueniri. vnde deuter. 6. Si exuriuit inimicus tuus ciba illum. et est preceptum tamen in casu necessitatis. Sed per odium inimici corrumpitur caritas dicitur hic et bene quod sic. tamen modus est difficilis. sed dico quod caritas corrumpitur per odium dei meritoze solum effectus vero corrumpitur a voluntate diuina iuste subtrahente

influentiam suam qua conseruabatur caritas in isto. Et hoc dico eo modo quo in talibus creaturis ponitur efficientia diuina.

Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Arca distinctionem tricesimamprimam

queritur utrum caritas remaneat in patria ita quod non euacuetur. Videtur quod non manet caritas. nam Apostolus dicit prima ad Corinthios 3. quod euacuatur. Ad oppositum primo Corinthios 14. videtur auctoritas apostoli expressa ad propositum. Ad questionem respondetur affirmatiue. Sed pro maiori declaratione videbimus duo. primo si fides remanet. secundo si remanet caritas. Quantum ad primum dico quod fides potest dupliciter considerari. vel quantum ad actum vel quantum ad habitum. et sic dicitur quantum ad utrumque quod fides nec quantum ad actum nec quantum ad habitum remanet in patria. et hoc in visione clara. nam in non visione clara fides potest esse cum aliqui dicant quod Paulus vidit archana dei etc. ideo dicunt quod non vidit dare. nam si clare vidisset in eo fides non remansisset. et si clare vidit in eo fides non remansit de facto nec quantum ad actum nec quantum ad habitum. Quantum ad secundum articulum utrum maneat caritas dicitur quantum ad hoc quod caritas potest accipi vel quantum ad actum vel quantum ad habitum. ideo dicitur ab aliquibus quod cum voluntas causet libere non est inconueniens quod voluntas diuina causet de potentia absoluta. dico actus visionis et non dilectionis. et ratio est quia obiectum nihil causat extra se naturaliter per modum obiecti ut dictum est. sed solum per voluntatem. Ex isto concluditur quod beatitudo potest esse sine habitu caritatis. sed intelligo hoc de potentia absoluta. Sed pro responsione questionis utrum caritas de facto maneat dicitur quod sic quia hec est mens theologorum dicentium quod caritas remanet. Item quia Apostolus in hoc concordat. Item etiam quia non habet aliquam repugnantiam ad illum statum. et fortior ibi est ratio obiecti beatifici conuenientis voluntati. Ad auctoritates in principio dicitur quod intelligitur non quod actu sit euacuata sed quod possit euacuari.

Arca distinctionem tricesimamsecundam

queritur utrum deus diligat omnia ex caritate equaliter. Videtur quod non. nam non omnibus dat equaliter bona. ergo videtur quod non equaliter omnes diligit. Ad oppositum omnia intelligit equaliter quia per unam rationem forma

lem. ergo a simili de dilectione ex caritate. In ista questione tria videntur debentur scilicet quod doctor ponit tres articulos. primo videbitur si deus diligit. secundo si diligere est proprium alicuius persone. tertio dicitur ad questionem. Quantum ad primum et secundum articulos dicitur quod deus diligit cum ipse sit creator et nos creature. et naturaliter diligit nos. 8. ethicorum. sicut pater diligit filium et magis ipse quam alius. 4. ethicorum. nam unusquisque magis amat sua opera quam aliena ut poete et genitores. Item quia habet voluntatem ad diligendum tunc frustra in eo poneretur cum non sit repugnancia nec ex parte dei nec ex parte obiectorum volitorum. Dico secundo et est responsio secundi articuli quod diligere est perfectio simpliciter. et sic non solum est in spiritu sancto. Quis amor approprietur ei. sed diligere respectu creature conuenit omnibus tribus personis sicut creatio ut visum fuit prima questione secunda. Quantum ad tertium articulum principale dicitur quod se et alia diligit unequaliter. primo de se quod sequeretur quod eius dilectio esset inordinata si se non magis quam alia diligeret. nam scilicet proportione ad bonitatem debet aliquid diligi. cum ergo in ipso sit maior bonitas ergo et maior dilectione. secundo quod omnia diligit propter se. ergo magis se per topicam Aristotelis. propter unumquodque tale et illud magis. tertio quia ex dilectione sui procedunt alia. 9. ethicorum. Deinde ostendo quod homines diligat unequaliter hoc patet. quia sua dilectio est libera. secundo ex collectione diuersorum donorum. Sed quia hic possent fieri argumenta probantia deum non magis diligerere unum quam alium. ideo resoluo sic questionem. ex qua resolutione poterunt solui argumenta. et dico sic. Quod deum equaliter diligerere omnia stat dupliciter. uno modo ut actus transit super operantem id est super deum. et sic dico quod deus quantum ad hoc equaliter omnia diligit. nam equaliter vult omnes homines saluos fieri. Alio modo potest accipi ut actus transit super obiecta volita id est comparando voluntatem dei ad merita obiectorum. et sic dico quod unequaliter vult. Et hec sit responsio questionis. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Arca distinctionem tricesimamtertiam

queritur utrum virtutes morales sint in voluntate tantum in subiecto. Videtur quod non per 2. ethicorum in fine vult Aristoteles. quod sunt in rationali per participationem. scilicet rationale per participationem est appetitus sensitivus. 8. etc. Ad oppositum est Aristoteles per 2. politicorum qui dicit quod necesse est in principe virtutem esse ut bene princeps. scilicet voluntas principalis in motu appetitus. 8. etc. ut bene princeps appetitui inferiori omnia in ipsa ponere virtutes

In principio ponitur opinio Egidii de Roma quodlibeto: 4. q. 18. et Thome 3. scripti presentis distinctionis articulo 2. q. 4. dicentium quod non. vbi cumque enim loquitur de eis phis eas locat in parte sensitiva et non in voluntate. Ceterum autem post solutionem auctoritatis de libro politicorum adducte in pede questionis de principatu disposito ponit doctor opinionem Henrici quodlibeto. 4. q. 22. ponentis virtutes in voluntate. non in quantum libera est vel natura. sed in quantum deliberativa. Sed antequam veniam ad questionem aliqua per modum preambuli dicam. primum quod virtutes non sunt nobis a natura nec preter naturam licet simus naturaliter inclinati ad aliquas virtutes. sed insunt nobis per exercitium ut patet. 2. ethicorum in principio: Secundum est quod licet virtutes generentur ex actibus. i. presupponant actum non tamen generantur ex illis. sed ex ultimo actu perfecto inclinante ad talem habitum. Et hec opinio est bona. nec Aristoteles dicit oppositum sane intelligentibus. Tertium est ille actus quomodo causat habitum. vel quando est vel quando non est. Et dicitur breuiter quod quando est. sed est ordo nature quod primo est ille actus perfectus natura et habitus. et est quedam dispositio que in instanti corrumpitur in aduentu habitus vel virtutis. et ille actus vel illa dispositio est alterius rationis a virtute. Quartum si virtus acquisita se habet in ratione principii respectu actuum sequentium. et dicitur quod sic. nam virtus recepta in potentia secundum Aristotelem et experientia se habent ut grauitas et inclinatio et forma inclinans in opere sed tale pondus habet rationem principii actuum respectu operationis sequentis. Et hec est opinio orientatoris 3. de anima in quibus quod habemus quo operamur cum volumus et illud habet rationem principii actuum. Sed erit melior virtus vel actus. dico quod virtus est melior actibus precedentibus. sed non actibus sequentibus. cum illi sint fines virtutum. et finis est melior 2. politicorum. Sed dimissis his veniendo ad principale intentum utrum virtutes sint in voluntate est intentio philosophi per politicorum. quod necesse est in principe virtutem esse ut bene principetur. sed voluntas principatur in motibus anime. ergo ut bene principetur appetitui inferiori oportet in ipsa ponere virtutes. Sed ad hanc questionem sunt multi modi dicendi. Aliqui dicunt quod nulla virtus moralis proprie loquendo de morali est in voluntate. sed tres virtutes appetitiue sunt in appetitu inferiori scilicet temperantia. fortitudo et iusticia particularis. quarta scilicet prudentia est in intellectu. Alii dicunt quod virtutum moralium vna est in intellectu sicut in subiecto ut prudentia. alia in voluntate ut iusticia. alie due in appetitu sensitivo. sed perficit con-

cupiscibiles illius appetitus sicut temperantia. Alia irascibiles sicut fortitudo. Tercia opinio quod moralis virtus est sicut salus vel per essentiam vel per participationes. Virtus moralis per essentiam est in voluntate ut prudentia et iusticia. Sed virtus per participationes est in appetitu sensitivo ut fortitudo et temperantia. et hec opinio placet multis. Sed dicit filius cuiusdam quod sunt in intellectu et voluntate et appetitu sensitivo. Sic tamen nam concurrunt intellectus auxiliando. voluntas eliciendo. appetitus sensitivus obediendo et non nisi exteriora membra exequendo. In intellectu est prudentia in aliis vero moralis virtus appellatur. Sed aliquis quereretur quomodo prudentia est virtus moralis cum ab Aristotele ponatur. 6. ethicorum inter virtutes intellectiuas dicitur quod est virtus intellectiuas subiectiue eo quod est in intellectu. sed est virtus moralis obiectiue cum sit circa ordinationem particularum. Sed aliquis quereretur quomodo iste moralis virtutes distinguntur dicitur quod hoc modo. quia prudentia est in intellectu. iusticia vero in voluntate. et sic ista duo distinguntur subiectiue et obiectiue. Sed temperantia et fortitudo cum ponantur subiectiue in appetitu solum distinguntur obiectiue. quia fortitudo est circa terribilia. 3. ethicorum temperantia circa delectabilia. 7. ethicorum. Sed de omnibus his dictis quid tenendum est secundum opinionem Scoti ut non deuenimus a doctore. dicitur quod intentio doctoris est quod cum voluntas sit regula et prima regula operationum ad extra et ipsa principatur in motibus intellectus practici et appetitus et membrorum exteriorum quod necesse est virtutes morales principaliter esse in voluntate licet consequenter alique possint poni in appetitu sensitivo. Et hec est sua intentio. Sed de his dicam lacus deo duce in comento. Ad argumentum in principio et ad auctoritates que possent adduci dicitur quod intelligitur quod sunt in appetitu minus perfecte in voluntate vero perfecte.

Arca distinctionem tricesimam quartam queritur utrum virtutes dona et beatitudines et fructus sint habitus inter se idem. Videtur quod sic. nam donum ex propria ratione est nobilius virtute. ergo differunt. Ad oppositum si dona essent habitus specie differentia a virtutibus tunc omne donum specie differret a virtute quod est falsum. quia inter dona computatur fortitudo que realiter est habitus virtutis. Ponitur in principio opinio Henrici quodlibeto quarto questione. 23. distinguentis de modo humano in quo sunt virtutes

super humano in quo sunt dona inhumano in quo sunt beatitudines. Secundo ponitur opinio beati Boneuenture articulo primo questione prima presentis distinctionis qui dicit. Conuenit enim per virtutes bene et recte agere. per dona perfecte. per beatitudines expedite. Tertio ponitur opinio Thome prima secunde questione. 68. articulo primo. Et fratris Ricardi de media villa articulo primo. questione prima presentis distinctionis. dicunt quod oportet aliquid disponere voluntatem ut est mobilis a ratione recta. et hoc est virtus. et aliud eam disponens ut est mobilis a spiritu sancto et hoc est donum. et hec ponuntur mouentia voluntatem sed doctor improbat quod non moueant voluntatem contra illos qui dicebant quod sic. Et in questionis corpore allegatur illud poeticum nobile vincendi genus patientia et cetera. Et hoc in aliquibus libris inuenitur. in aliquibus non. et quia poeticum est dimittatur.

Sed in hac questione duo sunt videnda. primo videbimus si preter virtutes morales acquisite requirantur alie infuse morales. secundo dicemus ad questionem. Quantum ad primum est opinio sancti doctoris quod requiruntur in nobis virtutes morales infuse. et quod distinguuntur specie ab acquisitis. nam acquisite ordinant nos ad media in finem. sed infuse ordinant ad finem. Et sic distinguuntur specie per obiecta distincta. Sed Scotus et Densericus non ponunt virtutes morales infusas. et est ratio Scoti quod si requiruntur tales virtutes infuse hoc esset ut dicit sanctus doctor propter ordinem in finem. sed caritas sufficienter dat istum ordinem virtutibus acquisitis. unde ex hoc quod alie virtutes sunt coniuncte caritati habent istum ordinem. videtur igitur quod sufficiant virtutes que de se inclinant in finem sub fine. et virtute caritatis actus earum dirigatur in finem supernaturalem. ergo sufficit ponere caritatem fidem et spem in via ut homo aliquo modo participet terminum ad quem tendit. Quantum ad secundum articulum et principale dicit doctor quod virtutes dona et beatitudines non sunt habitus specie differentes. Sed circa hoc sunt tria aduertenda secundum doctorem. primum est quod virtutes dona et beatitudines sunt eiusdem speciei. ita quod idem habitus secundum speciem est virtus donum et beatitudo. differunt tamen penes modos circa istum habitum. quia si iste habitus habetur communiter et modo communi dicitur virtus. si habetur excessiue proprie dicuntur beatitudines et quasi habitus diuinus. Secundo differunt secundum eum quia isti habitus dicuntur virtutes in ordi-

ne ad actum ut facilitant potentiam. dicuntur dona in quantum habentur ex adiutorio spiritus sancti. Tertio dicuntur beatitudines quia de propinquo disponunt et faciunt nos meritorie beatos. unde dicuntur beatitudines non quod faciant nos beatos in hac vita. sed quia faciunt in alia et disponunt in ista ut patet Christi verbis. Beati mundo corde. Tertio est aduertendum qualiter secundum eum dona sunt virtutes. Septem enim dona ponuntur scilicet donum sapientie. intellectus. consilii. scientie. pietatis. timoris et fortitudinis. Donum enim sapientie secundum eum cum spe annexa est caritas perfecta que facit sapere diuina. Donum intellectus et scientie sunt ipsa fides. sed donum intellectus importat ipsam fidem perfectam de eternis. Ipsum autem donum scientie importat perfectam cognitionem qua scitur defendi contra aduersarios. Donum consilii est prudentia. Donum fortitudinis est perfecta fortitudo. Donum pietatis est perfecta iusticia. Donum timoris est perfecta temperantia. Donum enim timoris est perfecta humilitas que continetur sub temperantia ut dictum est supra ad quem reducuntur omnes partes temperantie. beatitudines quas Anselmus enumerat Mathei quinto sunt istimet habitus ut patet in prima. Beati pauperes spiritu. Ista est humilitas que est donum timoris. Similiter omnes alie beatitudines ibi enumerate ad aliquem doctorum habituum pertinent. Dona igitur secundum Scotum sunt virtutes nec differunt realiter. Sed per hunc modum ut habentur modo communi dicuntur virtutes ut modo excellenti dicuntur dona. ut modo superexcellenti dicuntur beatitudines.

Ad argumentum in principio dicitur quod nobilitas non variat speciem ut patet in viro et femina quare et cetera.

In circa distinctionem tricesimam quintam queritur Utrum Sapientia et scientia et habitus. consilium et intellectus sint habitus intellectuales. Videtur quod non. Nam Prudentia ad quam pertinet consilium est virtus moralis. ergo non pertinet ad intellectum. Quod sit moralis patet. quia sunt quatuor morales virtutes inter quas ponitur prudentia. Ad oppositum primo et sexto Ethicorum. ubi ponitur Prudentia virtus intellectiua et cetera.

In hac distinctione Scotus transit multum breuiter. Et dicit solummodo apparet ex dictis. sapientia quidem est habitus appetitiuus id est caritas licet includat fidem tanquam principium. sicut actus voluntatis includit actum intellectus. scientia et intellectus circumloquuntur habitum perfectum fidei sicut prius dictum est. consilium acceptum pro habitu est habitus prudentie. Sed nota in hac materia quod premititur unum quod vita actiua est que se exercet in operationibus virtutum moralium maxime que sunt ad proximum. Sed vita contemplatiua est que consistit in speculatione dei et celestium ut amentur ardentius. ita quod finis contemplationis est amor. Et circa hoc videbimus utrum donum sapientie sit perfectio intellectus vel voluntatis. Et communiter dicitur quod est perfectio intellectus. sed Scotus dicit quod sapientie donum realiter est caritas quod patet sic. Sapientia est illud donum quod mens dulciter sapit diuina. sed hoc est caritas. caritas enim facit sapere dulciter de diuinis ergo et cetera. Sapientie igitur donum secundum eum est realiter caritas. tamen connotat cognitionem intellectus. Duic videtur concordare quod dicitur ecclesiasticis primo. Dilectio dei honorabilis sapientia. Similiter videtur huic concordare quod dicit ecclesiastes. Beatus vir qui in sapientia morabitur. glosa id est in caritate. Secundum hoc oportet dicere quod sapientia donum spiritus sancti est perfectio voluntatis sicut immediati subiecti et non intellectus. Confirmatur quia illius potentie videtur esse sicut subiecti sapientia cuius est capere suauitatem de obiecto. sed hoc est voluntas. voluntas enim capit fructum et delectationem. sed hoc causatur per se et immediate ex caritate concomitante speculatione dilecti. Sed quid ad Augustinum qui dicit quod rerum diuinarum sapientia nuncupatur. et ponit eam in intellectu. sed dicitur quod Augustinus intellexit de sapientia de qua tractatur. 6. ethicorum que est habitus intellectus. et non de illa que est donum spiritus sancti. Vel si de illa diffinit dico quod ponitur in voluntate principaliter et in intellectu concomitantem. et sic dicitur quod diffinit eam per actum concomitantem. Sed illud donum ad quam vitam pertinet dico quod ad vitam contemplatiuam et non ad vitam actiuam. Sed quid erit dicendum ad questionem dicitur quod scientia et habitus scientie. consilium et intellectus sunt in intellectu. sed sapientia ponitur in voluntate principaliter et secundario in intellectu. Et hec erit responsio questionis. Ad argumentum in principio dicitur quod prudentia est virtus intellectiua subiectiue. moralis vero obiectiue.

In hac distinctione tricesima sexta sequuntur utrum virtutes morales sint connexe. Videtur quod non sint connexe cum prudentia. nam virtutes morales non videntur plus dependere a prudentia quam a se inuicem. sed a se inuicem non dependent necessario quia vna potest esse sine alia. 8. nec cum prudentia. Ad oppositum est Aristoteles. 6. ethicorum. In hac questione sunt aliqui articuli. Primus est de connexionone virtutum moralium inter se. et quoad hunc ponitur Denricus quodlibeto. xi. q. 17. distinguens quadruplicem gradum in bono iuxta philosophum. 7. ethicorum. primus est perseverantia. secundus continentia. tertius temperantia. quartus heroytas dignitas. In eodem secundo articulo ponitur opinio Thomae in presenti distinctione q. 1. dicens quod possibile est quicumque habitum quantumcumque perfectum in genere nature acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum vnius virtutis absque acquisitione alterius virtutis. sed ille habitus quantumcumque intensus non erit virtus quia non habet rationem virtutis nisi sit conformis aliis virtutibus. quia concordia habitus ad habitum necessaria est in quolibet actu virtutis. Secundus articulus est de connexionone virtutum moralium cum prudentia. Et hic sunt duo dubia. Primum de connexionone cuiuslibet virtutis cum sua prudentia. Et hic est opinio Bonifredii quodlibeto. 5. q. 12. et quodlibeto. 8. q. 16. et quodlibeto 10. q. 13. et quodlibeto. 12. q. 2. dicens quod sic. Et probat per multiplicem textum. Et si arguitur contra istos per articulum Parisius condemnatus qui dicit stante scientia in vniuersali et in particulari voluntas non potest velle oppositum. error. Respondet quodlibeto. 10. q. 13. dicendo articulum secundum sensum compositum et diuisum. Et quod in sensu diuisionis dicit propositiones esse falsas in sensu vero compositionis potest inquit ablatius exponi per si vel per dum vel per postquam. unde et gramaticus dicit quod tales ablatiu carent regente. Sed insurgit dubium an habitus rectus in intellectu genitus sine virtute genita dici prudentia mereatur. dicit Thomas prima secunde. q. 65. articulo. 1. quod non. Item Denricus quodlibeto. 5. q. 16. et quodlibeto. 13. q. 14. Secundum dubium principale de connexionone omnium virtutum in vna prudentia dicit Denricus quodlibeto. 9. q. 4. que est utrum scientia sit aliquid compositum in intellectu et cetera. ut communiter omnes libri habent quos vidi et male. quia habitus scientie dum augmentatur secundum intentionem nihil reale acquirit realiter distinctum

a precedenti sed tantum per rationem. Sed habitus efficitur perfectior ut perfectius eandem conclusionem vel idem principium connotat quod prius connotabat. vel nouam conclusionem connotat vel nouum principium licet scilicet actus difformes vel diuersarum rationum. quia licet diuersorum principiorum aut conclusionum augeatur. manet tamen uniformis et simplex scilicet rem licet perfectior scilicet virtutem. quemadmodum eadem albedo est intensa et remissa. et quauis per actus uniformes intendatur nihil aliud in re videtur dicere. Tertio eundem esse habitum principiorum et conclusionum differentem solum scilicet magis et minus intensum. tunc pariformiter inquit doctor subtilis habet dicere Denricus de eadem prudentia acquisita scilicet numerum ex actibus difformibus iusticie. temperantie. fortitudinis. reliquarumque virtutum. Hanc conclusionem improbat Scotus hic 2. 6. li. sue metha. q. 1. opinione secunda. tunc quia actus difformes dissimilia generant in habitu. tunc quia. 6. ethicorum habitus principiorum distinguitur ab habitu conclusionum. Sed dimissis opinionibus respondendo ad questionem resoluo eam sic dicendo cum Aristotele. 6. ethicorum. Et respondendo questionem affirmatiue. Sed pro maiori declaratione dico quod duplex est prudentia. vna perfecta que correspondet omni virtuti. alia imperfecta que correspondet vni virtuti morali precise hoc viso dico ad hanc questionem duo. Primum quod omnes virtutes morales non sunt connexe in prudentia imperfecta et partiali. ista patet quia aliquis potest se exercere per rationem in bene iudicando in materia castitatis et non in materia liberalitatis ita quod habeat prudentiam partialem solum in tali materia et virtutem solam castitatis. Secundum est quod omnes virtutes morales sunt connexe in prudentia perfecta. quia si quis est perfecte prudens totaliter et necessario habet omnes virtutes morales hoc patet. quia sicut se habet prudentia partialis ad hanc virtutem. sic prudentia totalis et perfecta ad omnem virtutem. Sed prudentia partialis et imperfecta in vna materia habet secum virtutem moralem circa istam materiam ut patet ex dictis. ergo prudentia totalis et perfecta circa omnem materiam habet secum omnes virtutes morales. hoc patet per Aristotelem. 6. ethicorum dicentem. Prudentes vniuersi existenti id est perfecte complete omnes inveniunt. quod est verum de prudentia perfecta et totali. Dico igitur quod omnes virtutes morales non sunt connexe ex se vel inter se. nam vna quantum est ex se potest esse perfecta sine alia. nec etiam sunt connexe in prudentia partiali et imperfecta que respicit solum materiam vnius virtu-

tis. sunt tamen connexe in prudentia totali et perfecta. quia impossibile est habere prudentiam totalem quin habeantur omnes virtutes nec est aliqua contradictio. frequenter enim sunt aliquae que non sunt connexe quantum est ex se. sed coniunguntur necessario inter se quodam necessario inter se posito ex habitudine ad aliud. Sed vna virtus moralis potest esse perfecta sine alia. aliqui dicunt quod non. et habent auctoritates pro parte sua. prima Gregorii libro primo moralium versus finem super illud Job. ne forte peccauerit. ubi dicit sic. nec enim vna virtus est si mixta aliis non est. Item Boetius de consolatione capitulo. 86. qui dicit sic. Suauissimum quoddam esse conceptum complexumque virtutum atque vnam pendere ex altera. Item Augustinus sexto de trinitate. capitulo quarto. virtutes que sunt in animo nullo modo separari possunt. Et loquitur ibi de virtutibus quantum ad earum esse perfectum. Sed Scotus dicit contrarium. et persuadetur sic. Si hoc esset verum nullus posset habere pro statu isto aliquam perfectam virtutem. cum cuiuslibet deficiat necessario aliqua virtus specifica. quia nullus est qui in omni materia possit se exercere. unde pauperes non possunt esse liberales nec magnifici quia deficiat in eis materia. et similiter in aliis virtutibus. Item virtus moralis est qualitas intellectus circa determinatam materiam. ergo ad hoc quod sit perfecte in sua specie sufficit quod perfecte inclinet ad suam materiam vel obiectum. sed hoc potest fieri sine alia virtute. Sicut vna forma perfecte inclinat in suam operationem sine alia. et etiam vna potentia ut auditiva non requirit per se ad sui perfectionem potentiam visivam nec aliam particularem. Sed pro auctoritatibus soluendis nota quod aliqua virtus potest esse perfecta dupliciter. Uno modo infra se et essentialiter quantum ad esse illud quod ad suam perfectam speciem necessario et intrinsece requiritur. Secundo modo aliqua virtus potest esse perfecta perfectione accidentali et extrinseca sue rationi. Loquendo ergo de perfectione accidentali et extrinseca virtutis que nihil aliud est quam coergentia vnius virtutis cum altera vna non potest esse perfecta ultimo gradu perfectionis sine alia. Unde quantum ad talem perfectionem extrinsecam vna dependet in esse suo perfecto ab alia. Quia talis perfectio ut dictum est non est aliud nisi coergentia vel coexistentia eius cum aliis virtutibus. et de hoc dicit Tullius in li. de amicitia. quia vna virtus non poterat se sola ad ea que summa sunt peruenire sociata cum altera perueniret. et de hoc

modo virtutis tenent auctoritates predictae. Sed loquendo de perfectione intrinseca que est ultimus gradus istius virtutis. videtur mihi quod una virtus vtriusque appetitiva potest esse perfecta et inesse in ultimo gradu perfectionis sine alia quacumque. Ad argumentum in principio dicitur quod non est verum. nam a prudentia dependet ut a regula cui necessarium est conformari. non autem inter se cum una specialis non sit alterius regula.

Secunda questio tricesimesexte di-

stinctionis ubi queritur utrum virtutes morales sint connexe necessario virtutibus theologice. Videtur quod sic. quia Augustinus dicit quod non sunt perfecte virtutes sine caritate. Ad oppositum nam in philosophis fuerunt virtutes morales perfecte. De qua questione non ponitur a doctore. Sed mihi videtur quod non sint connexe. nam in philosophis fuerunt virtutes morales. sed non fuerunt virtutes theologice. Sed pro maiori declaratione pono tres conclusiones. Prima quod loquendo de perfectione essentiali et intrinseca non habens caritatem perfecte potest exerceri in materia virtutis moralis. Secunda conclusio quod loquendo de perfectione que ordinatur ad beatitudinem et ut dirigatur ad ultimum finem necessario sunt connexe cum virtutibus theologice hoc de se patet. Tertia conclusio quod virtutes theologice non sunt necessario connexe inter se. quia fides potest esse perfecta in sua specie sine caritate non tamen perfecta ad meritum quod patet. quia fides non tollitur nisi infidelitate. sed quando ille perdidit caritatem non est necesse quod incurrat peccatum infidelitatis. ergo non est necesse ut perdat aliquid fidei. etiam quia omnes concedunt caritatem manere in patria sine fide. igitur non connexe. Ad argumentum dicitur quod intelligit de esse perfecto merito.

Arca distinctionem tricesimam sept-

timam queritur utrum omnia precepta decalogi sint de lege nature. Videtur quod non. nam in his que sunt de lege nature non videtur deum posse dispensare. quia talia habent necessariam bonitatem. sed deus videtur dispensasse in aliquibus que videntur contra precepta vtriusque in homicidio. Isaie. 22. ubi precepit Abrahe ut immolaret filium. et in furto Exodi. 12. cum precepit exspoliationem egypti. ergo et cetera. Ad oppositum est Augustinus 2^o confessionum. et loquitur deo dicit. furtum punit lex tua et lex in cordibus hominum scripta est. sed lex scripta est naturalis maxime si sit scripta in cordibus. ergo non furari eadem ratione omnia alia sunt de lege nature. Dicit Thomas prima secunde. q. 100. arti-

culo p^o 2. 8. quod sic. quia omnia precepta decalogi sequuntur aut mediate aut immediate ex primis principis agibilium que habent evidentiam ex terminis. Sed ad questionem dicitur quod sic per Augustinum 2^o confessionum loquentem ad deum. et Augustinus dicit sic. furtum punit lex tua et lex in cordibus hominum scripta est. sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis. igitur non furari et per consequens alia sunt de lege nature. Sed hic videbuntur tria. primo que vocantur precepta prime tabule. secundo vtriusque ista precepta sunt de iure naturali. tertio si potest fieri dispensatio in preceptis. Quantum ad primum articulum precepta sunt decem. et istorum aliqua ordinantur in deum et aliqua in proximum. Illa que ordinantur in deum sunt precepta prime tabule. nam ad hoc quod homo ordinetur in deum oportet quod tria observet: primo fidelitatem. sic quod eius dominium ad alium non transferat et huic deseruit primum preceptum scilicet non habebis deos alienos. Secundo debet servare reverentiam nihil indecens vel viciosum committendo. et huic deseruit secundum preceptum scilicet non accipies nomen dei in vanum. id est non facies nomini diuino irreverentiam. Tertio debet observare deo reverentiam beneficia cognoscendo. et huic deseruit tertium scilicet memento diem sabbati. id est beneficia saluatoris recogites. ad quod recognoscendum prefixus est talis dies. Et hec vocantur prime tabule. id est prime facie in mente. Precepta secunde tabule ordinant hominem in proximum. Et quia inter proximos sunt priores parentes ideo dicit. Non ora patrem. et de isto solo demonstrat premium expressum scilicet viues longius super terram. Etiam homo ordinatur ad alios ut erga illos bene se habeat hoc modo quod non inferat nec opere nec ore nec corde nocumentum. In ore non loqueris falsum testimonium. In opere tripliciter. aut in bono quod est ipse. et sic dicimus non occides. aut in bonum id est in persona sibi coniuncta que est vxor. ex quo habetur non mechaberis. aut in bono fortune. et sic dicimus non furum facies. In corde potest fieri nocumentum proximo dupliciter vel concupiscendo bona fortune sibi. ideo dicitur non concupisces rem proximi tui. aut concupiscendo personam sibi coniunctam. et sic dicitur non concupisces vxorem. Quantum ad secundum articulum vtrum ista precepta sint de iure nature dicitur quod sic. quia sicut est ex parte intellectus speculativi quod habet verum cognitum pro obiecto. sic suo modo ex parte intellectus practici quod habet bonum cognitum pro obiecto. Ex parte autem intellectus sunt aliquae propositiones que statim ex terminis cognoscuntur vere et necessarie. et iste dicuntur cognite naturaliter. ut omne totum est

maius sua parte. Alie sunt que habent necessariam connexionem cum primis et per modicum discursum apparent vere. Et iste licet cognoscantur realiter quia per discursum. tamen quia valde de pro-
 pinquo et facilliter cognoscuntur ex illis ideo aliquo modo dicuntur
 cognite naturaliter ut homo est rationalis. Tertie propositiones
 sunt que non habent necessariam connexionem cum primis sed con-
 nexione probabilem et contingentes. et de talibus sunt opiniones et non
 scie ut quod Scotiste sunt reales. Sic ex parte intellectus practici sunt
 aliqua dictata que sunt dictata vere bona et necessaria ut deus est.
 Alia que habent necessariam connexionem ad illa. et ex modico
 discursu apparent bona necessaria ut quod virtutes sunt bone. Ter-
 tie sunt que non habent necessariam connexionem cum primis.
 sed probabilem et contingentem. et consonantem pro aliquo tem-
 pore ut scilicet pro tempore necessitatis omnia sint communia. Pri-
 me propositiones intellectus practici dicuntur esse proprie de le-
 ge nature quia statim cognoscuntur esse vere bone cognitio termi-
 nis. Secunde sunt de lege nature non tamen ita proprie sed aliquo
 modo. Tertie que non habent necessariam connexionem cum illis
 non dicuntur esse de lege naturali sed magis de lege positiva ex
 rationali opinione hominis iudicio. Ad propositum videtur vi-
 cere doctor quod duo precepta prime tabule scilicet non habere deos alie-
 nos. et non accipias nomen dei in vanum. sunt stricte de lege na-
 ture. nam si proponantur intellectui apparent bona et necessario
 bona. Tertium preceptum in prima tabula non est de lege nature
 stricte. sed est de lege nature in secundo gradu. Et sicut dico de illo
 dico de aliis septem in proximum ordinatis. unde ista non appa-
 rent ita bona nec necessario sicut prima. nec quod non posset fieri op-
 positum. et ista si probantur esse bona probantur ex modico discursu
 ex primis. Quantum ad tertium articulum si in preceptis po-
 test fieri dispensatio. dicit doctor quod sibi videtur quod non. accipien-
 do proprie dispensationem. nam precepta sunt bona et necessaria
 postquam cadunt sub precepto legis nature et sunt formaliter bona. et
 in formali bonitate non potest fieri dispensatio quia esset malum
 illud quod est bonum formaliter. vel quod esset dispensatio con-
 tra bonum. Et sic dicit doctor quod in nullo decem preceptorum cas-
 dit dispensatio a quocumque. Et si deus posset dispensare vel de po-
 tentia absoluta vel ordinata relinquo sub dubio. nam si determi-
 narem restringerem potentiam dei. Sed si aliquis diceret nun-
 quid dispensatur in furto videlicet quod tempore famis quis possit
 furari pro vita sua naturali conservanda. Dico quod non est commissio

furti. quia illo tempore omnia sunt communia. Et sic habeas re-
 gulam quod precepta affirmativa valent semper sed non pro semper
 id est semper bonora patrem tuum valet semper sed non pro sem-
 per. Nam si quis vult ingredi religionem potest ingredi nolente
 patre. nec in tali casu patri debet obedire. Sed precepta negati-
 va valent semper et pro semper. ut non occides valet semper et pro
 semper id est quod nullo pacto illud facere debes. Et nota in hac ma-
 teria que est causa quare decem precepta nunquam fuerunt mutata
 Et dicitur quod hoc ideo est quia fuerunt scripta et sculpta in tabu-
 lis lapideis. quod figurabat eternitatem. vel quod semper debebant
 durare. Cerimonialia vero non fuerunt scripta saltem in tabulis
 lapideis quod figurabat quod adveniente Christo debebant habere
 terminum nec amplius homines illis debebant uti. Ad ar-
 gumentum in principio dicitur quod non dispensavit in homicidio
 simpliciter. sed dispensavit in homicidio ex auctoritate. nam homi-
 cidium ex auctoritate propria semper est prohibitum ideo Abra-
 ham non ex se sed auctoritate et dei precepto illud faciebat. quas
 re et cetera.

Intra distinctiones tricesimam octa-
 uam queritur utrum omne mendacium sit peccatum. Vi-
 detur quod non quia Jacob dixit patri suo se esse Esau et vi-
 detur quod menciabatur quia Esau non erat. nec in hoc peccavit ut
 videtur quia si peccatum fuisset mater sua Rebeca que spiritu ge-
 nitrici spiritus sancti ad hoc eum non induxisset. Ad oppositum
 est Augustinus in libro de mendacio. Conclusio est certa quod sic
 sed ratio queritur. Dicit ut videtur. Si veritas spiritualis limites
 tur ad deum. frater Petrus de Tarentasia in presenti distinc-
 tione questione quarta quod ideo est peccatum quia necessario avertit
 a deo qui est veritas. Mendacium autem est contra veritatem.
 Dicit sanctus doctor secunda secunde questione. 100. et articulo
 tertio. Quod ratio est quia actus malus ex genere nunquam potest esse
 bonus. Est autem malus in genere ratione obiecti. quia circum-
 stantie sequentes non tollunt precedentem malitiam. Mentiri au-
 tem est actus malus ex genere quia materia loquendi debet esse
 verum vel apparens in mendacio est materia opposita. Dicit
 tertio Bonaventura in presenti distinctione questione secun-
 da. Et Geraldus Odonis primo ethicorum impugnans opi-
 nionem Platonis de felicitate questione prima. quod ideo menti-
 ri est peccatum. quia mentiri ex ratione sui dicit intentionem

malam et ita includit formaliter malum. Ceterum infra ponit opinionem Boneventure in presenti distinctione. q. 4. dicentis mendacium iocosum et ociosum non esse peccatum mortale viris imperfectis. sed bene viris perfectis. quia aufert ab eis auctoritatem ne credatur eis. Sed circa hoc tria queruntur. primo si omne mendacium sit peccatum. secundo si omne mendacium est peccatum mortale. tertio an habitus mendacii sit in intellectu vel voluntate

Quantum ad primum articulum dicitur quod triplex est genus mendacii. unum quod non obest sed prodest ut mendacium officiosum. aliud quod nec obest nec prodest ut iocosum. tertium quod obest et nulli prodest sicut perniciosum. Et sic dicitur quod omne mendacium est peccatum siue officiosum siue iocosum siue perniciosum. nam est contrarium veritati. et veritati contrarium est malum et peccatum. Confirmatur per Aug. in li. de mendacio. quisquis (esse aliud quod genus mendacii quod peccatum non sit) imputauerit. decipiet se ipsum turpiter. Item in eodem li. Mendacii genera multa. que quidem omnia naturaliter odisse debemus. nullum enim est mendacium quod non sit contrarium veritati. Item dicit Aristoteles. 4. ethicorum. secundum se ipsum mendacium prauum est et fugiendum ergo peccatum. Quantum ad secundum articulum. si omne mendacium sit peccatum mortale. dicitur quod si est contra proximum et scienter et malicia proposita non est dubium. Sed de iocoso et officioso dicunt aliqui quod in prelatis et talibus est peccatum. Sed veritas huius articuli est quod perfecti vel religiosi doctori vel prelato non omne mendacium est peccatum mortale. Dico tamen quod est peccatum graue et maxime religioso. quia mendacium eorum est magis in scandalum aliorum. nam mundus reputat quod debent esse maioris virtutis quam alii. unde sine graui peccato religiosus mendosus esse non potest. saltem ratione scandali et ratione mali exempli. unde populus solet dicere in quo debemus credere quando in illis in quibus debet esse veritas non est nec inuenitur. Quantum ad tertium articulum in qua potentia est habitus viciosus dicitur breuiter quod cum potentia eadem sit oppositorum et de anima. et verum et falsum sint opposita. et verum est obiectum intellectus. 6. ethicorum. ideo falsum erit in intellectu et habitus falsus erit in intellectu. hoc habetur ab Aristotele in eodem. 6. et est iste textus. At contemplatiue mentis. que nec in agendo nec in faciendo est laus et vituperatio in vero et falso consistit. hoc enim totius intellectiui opus est. Item Ambrosius in li. Cur deus homo. c. 12. vbi dicit sic. non potest velle mentiri voluntas nisi in qua est corrupta veritas. Ad argumentum in principio dicunt aliqui quod illud non

fuit mendacium quia sibi debebatur primogenitura Esau enim sibi vendiderat. vel dicunt quod si fuit peccatum quod fuit veniale. Et cum dicitur non quia mater induxit. dico quod non est in consuetudine mulieribus mentiri.

Circa distinctionem tricesimam nono
nam utrum omne periurium sit peccatum mortale. Videatur quod non. nam dicitur extra de iureiurando. quod pro periurio non sunt homines tanquam pro peccato mortali puniendi. 6. videtur quod non sit peccatum mortale. Ad oppositum Exodi. 20. non periurabis. reddens autem domino deo tuo omnia iuramenta tua et in psalmo. Nouete et reddite etc. Sed hic ponuntur aliqua per ambula. Primum quod non omne iuramentum permissorium obligat necessario causa. 22. q. 4. per totum. melius est votum stulte promissionis non implere quam crimen committere. ergo nec ibi periurium est peccatum mortale. probatio antecedentis de iuramento coacto extra de iureiuranda. c. verum. in ea. quod ne de iuramento doloso patet quod non intendit se obligare extra de iureiurando. quanto. vbi habetur per textum et glosam quod si aliquis iuret non stare contra alium in aliqua re. tamen potest contra eundem stare in eadem re super quam iurauit. causa tamen iusta vel legitima apparente ut in causis ecclesie et communitatis ut patet in casu prealato. c. nam quocienscumque iuramentum apparet illicitum si iurans impleat illud vergit in peiorem exitum. 22. q. 4. si aliquid. igitur maius peccatum est iuramentum seruare quam illud non seruare. Sed hic tria videbuntur. primo si periurium sit de genere peccati mortalis. et dicitur quod sic. Ratio huius est quia periurium nihil aliud est quam falso deum invocare in testem. sed in hoc fit irreuerentia prime veritati immediate. nam falsidicus testis tribus personis est obnoxius. primo deo cuius presentiam contemnit. deinde iudici quem menciendo fallit. postremo parti seu innocenti que falso testimonio ledit ut habetur extra de cri. fal. c. 1. Item per periurium solueretur credulitas in vniuerso. quia non esset aliquis cui crederetur. Dico tamen quod licet sit peccatum mortale ex genere actus. tamen aliquando non est peccatum mortale ex parte facientis quando videlicet iurat falsum ex motu surrepticio. Secundo videndum est utrum periurium sit peccatum contra preceptum prime vel secunde tabule. et dico simpliciter quod periurium semper est peccatum contra preceptum prime tabule in hoc quod falso sumitur prima veritas in testimonio interdum est contra preceptum secunde tabule utpote cum quis falsum testimonium contra proximum firmat iuramento. et in tali

casu est contra preceptum prime et secunde tabule. Tertio videndum quod est maius peccatum periurium vel homicidium. Aliqui dicunt quod periurium quia fit contra veritatem primam. id est contra deum quia adducit eum in falsum testimonium. Sed homicidium contra proximum quod est. Sed rei veritas est quod homicidium de genere actus est maius peccatum quam periurium. quia homicidium contrariatur directe caritati. periurium autem contrariatur patrie qua seruatur deo reuerentia in verbo. Sed peccatum contra caritatem dicitur maius ex genere actus quam peccatum patrie. sicut simpliciter est maius peccatum occidere quam non orare in die sabbati. Sed indeliberatio excusat a peccato mortali. dico quod illa indeliberatio bene excusat maxime si postea peniteat ut de hominibus iurantibus multum. si vero non peniteat dico quod est peccatum mortale. Sed si ex consuetudine sit peioratum est mortale. dicitur quod si sit per inadvertentiam etsi sit peioratum non est mortale. sed si cum advertentia est mortale. Sed si aliquis iurat de aliquo de quo non est certus an sit verum. sed credit et cum illa credulitate iurat et decipitur peccat mortaliter. dicitur quod sic postquam iuraverit cum deliberatione et coram iudice. nam si non coram iudice et ex improviso non est mortale. Sed que est causa quod aliquis iurans per euangelia si false iurat est infamis. et iurans per deum non est infamis. Dico quod infamia non semper sequitur qualitatem culpe sed crimen publicum. extimandum est autem quod iuramentum super euangelia sit cum deliberatione et publicum. et ideo presumitur transgressor iuramenti et violator fidei. et ita rationabiliter habetur infamis. non sic potest presumi de aliquo leuiter iurante per deum. Ad argumentum in principio dicitur quod ibi loquitur de periurio in causato vel ex habitu non tamen de illo qui est periurus coram iudice

Intra distinctionem quadragesimam

queritur utrum lex noua sit grauior lege veteri. Videtur quod non sed durior. quia illa lex grauior est que superaddit legi veteri. sed lex noua addit Mathei. 5. ergo 2d. Ad oppositum nam onus legis veteris erat onus importabile ut dicitur Actuum. 15. Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. Ad questionem dicitur quod lex antiqua est grauior ut dicitur Actuum. 15. Hoc est onus quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. Sed antequam veniam ad questionem ponamus utrum lex noua sit aliquid in mente hominis pertinens ad rationem vel voluntatem. Et de hoc est intentio sancti doctoris

prima secunde. q. 90. articulo primo dicentis quod lex pertinet ad intellectum. Sed quoad hoc dico tria. Primum quod est distinctio inter actum legis et legem. sicut inter actum fidei et fidem. nam actus legis in mente nihil aliud est quam quedam actualis cognitio practica dictans menti de agendis. Secundo dico quod lex in mente hominis est habitus cognitiuus practicus determinans mentem ad tales cognitiones actuales practicas. Tertio dico quod lex Christi in mente hominis est habitus cognitiuus practicus determinans mentem ad dictamina et iudicia practica de his que christus agenda determinauit. Sed iste habitus in mente hominis qui dicitur lex Christi est vnus vel plures. dico quod non est nisi vnus habitus explicitus de his que agenda sunt auctoritate et mandato christi. Sed est difficultas quia cum fides sit habitus speculatiuus pure ut videtur et multi doctores dicunt. et lex in mente hominis sit habitus practicus. ergo lex in mente hominis non poterit esse fides. Dic dico quod fides non est pure habitus speculatiuus. quod patet sic. quia ille habitus quo dicitur aliquid esse agendum ille est habitus practicus. Sed fides est huiusmodi quia dicitur de agendis. Minor patet quia fide dicitur michi esse implendum quod Christus precepit. et aliter non nisi per fidem habeo noticiam huius dictaminis. unde videtur quod lex Christi in mente hominis non est nisi fides. Sed radix huius fidei est amor vel timor. dico quod radix fidei Christi est amor. et radix veteris legis est timor patet quia lex noua habuit incipit ex ostensione diuine caritatis quia incepit in effusione sanguinis Christi. lex antiqua incepit ex ostensione diuine potestatis. Secundo lex noua ex opere operato dat caritatem scilicet quia per sacramenta influit caritatem et vberius influit latere amoris scilicet Christi iam aperto. vetus autem lex non. sed solum ex opere operante. Tertio quia ideo dicitur lex amoris quia in lege noua deus ostendit maiora signa amoris quam in veteri. Quarto dicitur lex amoris quia secundum doctores ista lex ex intentione dantis magis data est ad elicendum amorem. vetus autem ad inducendum timorem. et hoc propter conditionem populi quia populus iste erat carnalis et rudis ille spiritualis effectus virtute passionis Christi. Sed potest fieri lex nobilior et excellentior. Dicunt aliqui quod non quantum ad perfectionem preceptorum et consiliorum. posset tamen fieri melior quantum ad efficaciam sacramentorum. Sed ista lex noua est lex eterna. ad hoc dicitur faciliter quod lex christi dicitur testamentum eternum. sed testamentum et lex sunt idem ergo 2d. Sed primo dicam

quid sit lex eterna. Ad qd dicitur q lex eterna nihil aliud est q dictamen diuini intellectus practici secundus q gubernat z regit omnem creaturam. vnde lex eterna dicitur vniuersalis regula dirigens respectu omnium agendorum vel fugiendorum. vñ Aug. 1. de libero arbitrio dicit q lex eterna est summa regula z e ars practica plena rationibus fiendorum z factorum vt dicit in fine sexti de trini. Et qz vñs omnē aliā pñnet z ab illa oēs alie fluūt z deriuantur. cur ista sit pima z vñs regula agendorum. Tunc ad dubium dico qñ queritur vtz lex noua sit eterna. dico q lex noua habz duplex esse vnus esse habet in primo legislatore scz in deo incarnato. i. in xpo secundo habet esse in recipiētibz ipsam legem in quibus scz imprimatur. vñ autē lex habet esse in inferente legem z in suscipiente eam. Tunc gº dico ad dubium q sº primū esse lex est eterna. et sº illud esse est antiqua tamē dicitur noua qz postremo data. sº autē secundum esse continuo innouatur. Sed vltius pro solutione qñnis ponitur vna diuisio q talis ē. q vnā legē esse leuiorez alia potest intelligi tripliciter. primo qñtum ad leuitatē pceptoz in se intensiue. 2º qñtum ad paucitatē pceptoz. 3º quoad auxilium qd pbet ad pcepta implenda. His vñs dico ad qñnē q si accipiamus leuiorez primo mō sic dico q lex xpi nō ē leuior lege veteri. sed fortiora z perfectiora. intensiue pceptoz z in gradu altiori z pfectiori. et hoc patet. nam bec superaddit veteri Mathei. 5. Item qz est perfectior gº vigorosior z difficilior. Si accipiamus leuitatem scdo mō sic lex noua ē leuior. qz ad Cerimonialia legis Moysayce non obligat qz erant figure. z adueniente veritate cessat figura Rabi moyses enumerat plusq sexcenta cerimonialia pcepta ad que tenebantur antiqui que omnia amota sunt preter moralia xpo adueniente. Si loquamur de lege 3º mō sic dico q lex xpi est leuior q fuerit lex antiqua. ratio huius est quia illa lex prebet caritatem in plenitudine latere xpi aperto. vnde prebet adiutorium plenissimi amoris. omnia autem leuia et quasi nulla facit amor. prebet etiam maius adiutorium exemplorum z beneficiorum propter que illa que sunt in hac lege dilectissime portantur a corde caritate inflammato. ideo xpus dicebat in euangelio Mathei 4º. Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis et ego reficiam vos. tollite iugum meum super vos. et discite a me quia mitis sum et humilis corde. iugum enim meum suauē est z onus meum leue. Quod iugum nos sustinere faciat qui est alpha et o hic et imperpetuum. Ad argumentum in principio dicitur per ea que dicta sunt.

Incipit tabula tertii libri sententiarum

Distinctio prima.

Trum possibile fuit naturā humanā vniri deo in vnitatem persone. hic ponit tres articuli. primº an aliquid addat suppositū sup naturā. scdus de possibilitate vnionis humane nature ad vñs. tertius sub qua rōne formali vñs terminet vnionem an sub ratione essentie vel sub rōne huius proprietatis.

2. q. Vtz tres persone possint assumere eādem naturā numero

3. q. Vtz vna persona possit assumere plures naturas. hic sunt tres articuli. primº in quo pñsit rō suppositi. 2º vtz natura possit assumi in supposito. 3º articulus ē respōsiuus qñnis.

4. q. Vtz suppositum creatum possit sustētare ypostatise aliam naturā creatam q istam quam habet.

5. q. Vtz formalis rō terminandi vnionē nature humane ad verbū sit proprietatis eius relatiua. hic ponunt duo articuli. primus quid sit proprietatis constituens personam. scdus si proprietatis personalis sit ratio terminandi istam vnionem.

Di. 2. Vtz naturā aliquā immediate vniri vbo ypostatise z non frui eo includat contradictionē. hic ponuntur tres articuli super illo dubio. Si natura non nata frui possit assumi. z primus est an possit assumi de potentia absoluta. scdus si potest assumi de potentia ordinata. tertius si magis debuit assumi natura humana q alia natura.

2. q. Vtz fuerit aliqd medium congruitatis inter verbū z naturam assumptam. hic ponuntur duo articuli. primº de medio intrinseco. i. si primo sumpsit partes. scdus est an grata mediet inter naturam istam vñtam z terminum vnionis.

3. q. Vtz incarnationem precesserit corporis organitzatio et animatio. hic sunt duo articuli. primº de prioritate temporis. scdus de prioritate nature.

Di. 3. Vtz beata virgo fuerit concepta in peccato originali. hic sunt tres articuli. primus distinctionis positius. scdus in quo doctores veniunt. 3º in quo ponitur opinio Scotti

2. q. Quare nō ptraxit corpus xpi peccatum originale.

Di. 4. Vtz beata vgo fuerit de mater dei z hoīs. hic ponuntur tres articuli. primus si mater habet aliquam vim actiuā in generatione. scdus si beata virgo aliquid cooperata est in generatione xpi. tertius si fuit vere mater.

Di. 5. Vtz natura diuina assumpsit vel assumere potuit. hic

Tabula.iii.libri:

est alia questio scz vtrum persona creata fuit assumpta vel potuit
assumi. hic ponuntur tres articuli. primus vtrum natura humana
preexistit ante assumptionem. secundus vtrum verbum assumpsit
eam cum propria personalitate. tertius dato q non vtruz eam as
sumere potuit prius personatam propria personalitate.

Di. 6. Utruz in xpo sint plura esse. i. si in xpo sint due nature
actualiter existentes cum vna substantia 2^o

2. q. Utruz xpus sit aliqua duo idest si persona xpi sit com
posita. hic sunt tres articuli. primus vtruz humana na
tura que dicit animam 2 corpus addat aliquaz entitatem anime
2 corpori. secundus vtruz ex verbo 2 humana natura assumpta re
sultet aliquod totum quod addat entitatem aliquam super vtruz
q3. tertius est questionis responsiuus.

Di. 7. Utrum ista sit vera deus est homo. Et ponit hic quis
sit modus predicandi.

2. q. Utrum deus factus sit homo. vbi ponuntur tria. pri
mus si humana natura est vnita verbo accidentaliter
secundum si humana natura vnitur verbo per modum instrumen
ti. tertium vtrum ex vnione ad verbum fuit aliqua virtus super
naturalis agendi miracula.

3. q. Utrum xpus predestinatus fuit esse filius dei.

Di. 8. Utrum in xpo sint due filiationes reales. vna ad pa
trem alia ad matrem.

Di. 9. Utruz xpo debeatur latria vel honor latrie solum se
cundum naturam diuinam. Dic ponuntur quatuor
articuli. primus quot modis latria accipitur. secundus qualiter
quatuor nominibus nominatur. tertius si est virtus generalis.
quartus erit responsiuus questionis.

Di. 10. Utrum xpus sit filius dei adoptiuus. hic ponunt tres
articuli. primus si xpus secundum q homo est perso
na. secundus si fuit predestinatus. tertius q dnis responsiuus.

Di. 11. Dic sunt tres questiones. prima vtrum xpus sit creatu
ra. secunda vtrum xpus secundum q homo est creatu
ra. tertia vtrum xpus incepit esse. ponuntur tres articuli et quilibet
bet respondet sue questionis.

Di. 12. Utrum xpus potuit peccare. hic sunt tres articuli. pri
mus vtrum natura intellectualis assumpta de necessi
tate fruatur 2 sit beata. secundus vtrum talis natura sit necessario
impeccabilis. tertius quid sit de facto si natura assumpta a xpo
fruebatur 2 erat impeccabilis.

Di. 13. Utruz anime xpi conferebatur vel potuit conferri sum

Tabula.iii.libri:

ma gracia que potuit conferri creature. hic ponuntur tres articuli
1. primus vtrum gracia xpi sit finita vel infinita. secundus vtruz
aliqua gracia possit equari graciae xpi. tertius vtrum aliqua gra
cia possit esse maior.

2. q. Utrum de facto anime xpi fuerit collata gracia summa
possibilis conferri creature. vbi babes an Xpus potuit
aliquid mereri.

3. q. Utrum possibile sit voluntatem anime xpi habere sum
mam fruitionem possibilem nature create.

4. q. Utruz aia xpi possit summe frui deo sine summa gracia

Di. 14. Utrum possibile fuerit intellectum anime xpi primo
2 immediate perfici visione verbi perfectissima possi
bili creature. hic sunt duo articuli. prim^o an possit perfici visione
perfectissima verbi. secundus si potest perfici sine lumine intelec
tus agentis.

2. q. Utrum possibile sit intellectus anime xpi videre omnia
in verbo que videt verbum. hic sunt tres articuli. prim^o
vtrum essentia diuina sit obiectum beatorum noticie sub ratione
infinita. secundus dato q sit possibile vtrum sit possibile q ani
ma xpi videat in essentia diuina omnia que verbum videt. terti
us vtrum in xpo sit alia scientia q scientia realiter verbi.

3. q. Utrum anima xpi nouit omnia in genere proprio.

4. q. Utrum aia xpi pfectissime nouit oia in genere proprio.

Di. 15. Utrum in anima xpi secundum portionem superiorem
fuerit verus dolor. hic ponuntur tres articuli. primus si
xpus habuit dolorem. secundus si habuit secunduz portiones su
periores. tertius si secundum portionem inferiorem.

Di. 16. Utruz xps habuit necessitatez moriedi. hic ponuntur tres
articuli. primus quomodo est intelligenda illa mors. secun
dus respondet questionis. tertius vtrum virtute voluntatis anime
xpi potuisset se xpus in passione a morte preseruare.

Di. 17. Utrum in xpo fuerunt tantu due voluntates. vbi ba
bes si quicquid voluit xpus fuit impletum.

Di. 18. Utrum xpus meruit in primo instanti. hic ponuntur
quatuor articuli. primus quid sit meritum. secundus
qualiter xpus cuz esset beatus potuit mereri. tertius vtruz per actu
beatificum potuit mereri. quartus si meruit in primo instanti.

Di. 19. Utruz xpus oibus nobis meruit gratiam 2 gloriam 2 re
missionem culpe 2 pene. hic ponuntur tres articuli. prim^o
vtruz omnibus aliis a xpo meruit gratiaz 2 gloriuz. scdus vtruz sibi
ipsi. tertius si gracia data primis parentibus cecidit sub merito xpi

Tabula.iii.libri.

- Di.20.** Utrū necesse fuit genus humanū reparari per passiones xpi. hic sunt tres articuli. primus q̄ necesse fuit hominem redimi. secundus q̄ non potuit redimi sine satisfactione. tertius q̄ satisfactio faciēda erat a deo et homine. quartus q̄ cōuenientior modus fuit fieri per passionem xpi.
- Di.21.** Utrū corpus xpi fuisset putrefactum si resurrectio non fuisset accelerata. hic sunt tres articuli. primus ubi ostēditur propositum. secundus si in tali p̄seruatione esset nouū miraculum. tertius si remansit alia forma ab anima.
- Di.22.** Utrum in triduo xpus fuit homo. hic ponuntur tres articuli. primus si forma est tota quidditas rei. secundus utrum anima separata sit homo. tertius responsiuus q̄d̄nis.
- Di.23.** Utrum de credibilibus nobis reuelatis necesse sit ponere fidem infusā. hic ponuntur tres articuli. primus si in homine saluando requiratur fides sup̄naturalis ex parte obiecti. secundus utrum requiratur ex parte mediū. tertius si de illo obiecto potest esse fides acquisita.
- Di.24.** Utrū de credibilibus nobis reuelatis possit aliquis habere scientiam et fidem. hic ponuntur duo articuli. primus an de credibilibus reuelatis possit esse scientia. secundus an simul possit esse scientia et fides.
- Di.25.** Utrū ante aduentum xpi fuit fides necessaria eorū q̄ modo credimus. hic primo distinguit de credere. deinde ponuntur tres articuli. primus si in adultis fuit necessarium sic credere explicitate. secundus si pro omni tempore fuit necessarium habere credere determinate. tertius si in omni statu fuit necessaria credulitas perfecta omnium articulorum.
- 2.9.** Utrum ad hoc q̄ fides sit in intellectu necesse sit aliquē habitum infusum in voluntate.
- Di.26.** Utrum spes sit virtus theologica distincta a fide et caritate. hic ponuntur duo articuli. primus p̄ambularis. secundus questionis responsiuus.
- Di.27.** Utrum sit aliqua virtus theologica inclinans ad diligendum deum super omnia. hic ponuntur tres articuli. primus utrum natura rationalis non corrupta per peccatū possit deum ex puris naturalibus diligere super omnia. secundus articulus utrum hoc possit natura corrupta per peccatū. tertius utrum hoc possit natura non damnata per peccatū.
- Di.28.** Utrum eodem habitu sit diligendus proximus quo diligitur deus.
- Di.29.** Utrū quilibet teneatur maxime se diligere possit deum

Tabula.iii.libri.

- Di.30.** Utrum necesse sit ex caritate diligere inimicum.
- Di.31.** Utrum caritas remaneat in patria ita q̄ non euacuetur. hic ponuntur duo articuli. primus si fides remanet secundus si remanet caritas.
- Di.32.** Utrū deus diligat omnia ex qualitate equaliter. hic sunt tres articuli. primus si deus diligit. sc̄dus si diligere est propriū alicuius persone. tertius erit responsiuus q̄d̄nis.
- Di.33.** Utrū virtutes morales sint in voluntate tanq̄ in subiecto. hic videntur tria. primo ponuntur p̄ambula q̄d̄nis declaratiua. 2^o r̄ndēf q̄d̄ni. 3^o d̄r quomō virtutes distinguunt.
- Di.34.** Utrū virtutes dona et beatitudines et fructus sint habitus inter se idem. hic duo ponuntur. primum si p̄ter virtutes morales acquisitas requirantur alie virtutes morales infuse. secundo dicitur ad questionem.
- Di.35.** Utrum sapientia scientia habitus consilium et intellectus sint habitus intellectuales. ubi habes de vita actiua et contemplatiua.
- Di.36.** Utrū virtutes morales sint connexe. ubi habes duo. primum utrum sint connexe inter se. secundo si sunt connexe cum prudentia.
- 2.9.** Utrum virtutes morales sint connexe necessario virtutibus theologis.
- Di.37.** Utrum p̄cepta de calogi sint de lege nature. hic sunt tres articuli. primus que vocantur p̄cepta prime tabule. secundus utrum ista p̄cepta sint de iure nature. tertius si potest fieri dispensatio in p̄ceptis.
- Di.38.** Utrū omne mendacium sit peccatum. hic ponuntur tres articuli. primus si omne mendacium sit peccatū. secundus si omne mendacium sit peccatū mortale. tertius an habitus mendacii sit in intellectu vel voluntate.
- Di.39.** Utrum omne periurium sit peccatum mortale. hic videntur quatuor. primo ponuntur p̄ambula. secundo si periurium sit de genere peccati mortalis. tertio utrum sit peccatū contra p̄ceptum prime vel secunde tabule. quarto quod est maius peccatū periurium vel homicidium.
- Di.40.** Utrum lex noua sit grauior lege veteri. hic ponuntur quatuor. primo distinctio inter actum legis et leges. secundo q̄ lex in mente hominis est habitus cognitiuus practicus. tertio q̄ lex xpi in mente hominis etiam est habitus cognitiuus practicus. quarto soluit questionem.

Ircu Quartuz libru3 Sco

ti pauperum sit hec prima distinctio Utrum creatura possit habere aliquaz actionē respectu termini creationis. Uidetur q̄ sic. Nam Aug⁹. 83. questionum. q. 78. dicit. artifices ideo de nihilo non possunt aliquid fabricare quia per corpus operatur. ergo per opposituz creatura spiritualis potest aliquid de nihilo producere q̄ operat non per corpus. Ad opposituz est Aug. super Genesis. c. 14.

In ista questione inquit doctor cōmuniter theologi tenent partem negatiuam. Et ponit quatuor rationes aliorum theologoz. Prima est Thome prima parte summe. q. 44. articulo. 5. vbi dicit q̄ oportet effectus vniuersaliores in causas vniuersaliores reducere. esse est effectus vniuersalissimus igitur reducit in causas vniuersalissimam que est deus. Secunda ratio est Denrici quodlibeto. 4. q. vlti. 7 Ricardi de mediavilla in secundo. di. 1. articulo. 40. q. 4. super distantiam infinitam non potest nisi virtus infinita inter terminos creationis vt inter nihil et ens est distantia infinita igitur 2c. Ex eodem medio aliter formatur ratio a Thoma prima parte summe. q. 44. articulo. 5. in solutione tertii argumenti non est aliqua proportio nullius potentie ad aliquam potentiam. ergo non est aliqua proportio distantie que est inter potentiam 2 actum ad illam que est inter nullam potentiam 2 actuz Tertia ratio est Egidii quodlibeto. 5. q. 1. Et fratris Petri de tarantasia li. 2. di. 1. q. 3. Et dicunt sic. Agens inferius presupponit in agendo effectum agentis superioris. ergo omne creatuz agens vt agat presupponit effectum dei. ergo nullo supposito repugnat agere. Quarta ratio ē Egidii vbi supra quodlibeto. 1. q. 4. sic inquit. nullum agens creatum est actus purus siue purum esse. igitur nec actio eius est actus purus igitur est cum motu 2 mutatione. Contra primam rationem doctor arguit que est Thome quam reducit ad duas propositiones. prima est. Esse simpliciter ē primus effectus. secunda est. Esse simpliciter est proprius effectus creationis. Et postmodum ostendit rationem peccare secundum equiuocationem. et respondet propositioni sumpte ex libro 8 causis. Postea ponit quandam confirmationem Thome ad suaz rationem vbi supra de effectu vniuersaliori. et dicit. sic inquit debet intelligi scilicet q̄ effectus vniuersalior secundum predicationem debet reduci in causam vniuersaliozem secundum perfectionem.

licet enim homo possit esse ab homine non tamen inquantuz homo potest esse nisi a causa perfectiore tota specie hominis. postea dum Thomas loquitur de instrumento videtur dicere q̄ tantum agit dispositiue. si intelligat vniuersaliter contradicit sibi. nam in 4^o suo di. prima. q. 4. dicit oppositum. quod doctor noster notat dum dicit. possibile est secundum ipsum alibi instrumentum at: in gere effectum principalis agentis. Post tribus aliis improbatis rationibus ponit opinionem Auicenne qui concessit creationez Et adducit contra eum rationem Thome habitam ex prima parte vbi supra dicentis ad primam rationem. participans inquit aliam naturam non producit sibi simile secundum illam nisi applicando illam ad aliud. Non enim potest esse homo causa nature humane absolute quia sic esset causa sui. Sed est causa quare natura humana fuit in isto homine generato. et sic presupponit materiam per quam est hic homo. quodcunqz autem creatum participat naturam essendi ergo 2c. Post multa autem doctor descendit ad soluendum questionem iuxta mentem propriaz. Et premitit q̄ difficultas est de creare principaliter 2 instrumentaliter. Deinde diuidit creare principaliter in duo membra scilicet independenter aut per formam intrinsecam licet tamen alio modo. Et de illo secundo modo inquit sunt tres modi dicendi. Unus q̄ conclusio negatiua tenetur sola fide propter auctoritatem sanctorum. Dicit est Guillelmus varronis libro. 2^o di. 1. q. 6. accipiendo rationem directe. Secundus modus est q̄ conclusio negatiua potest ostendi et hoc vniuersaliter de qualibet creatura. siue eniz nequit esse forma inesse cause formalis alicuius nisi cum materia. sic nec agens limitatum causa in fieri nisi cum materia. Danc sequitur in virtute Landulphus seu Radulphus ordinis minorz in quarto distinctione prima. questione prima. respondendo quarto argumento. Petri aureoli. Tertia opinio est propria doctoris subtilis dicentis q̄ creatura non potest creare. quam probat per tres conclusiones. Prima conclusio est. Substantia spiritualis alia a prima non potest creare totam substantiam rei et per consequens non potest creare probatur consequentia. nam talis substantia spiritualis non agit nisi per intellectum 2 voluntatem. vel per intellectionem et volitionem. Sed intellectio et volitio sunt in ipsa substantia spirituali accidentia modo ita est q̄ per accidens sicut per principium non potest produci tota substantia rei. ergo substantia spiritualis alia a prima non potest producere totam substantiam rei. q̄ substantia spiritualis non agit nisi per intellectum et voluntatem est Commentatoris. De intellectu

et volitio sint accidentia probatur. quia quocienscumque aliquid potest variari & aliquo in aliud illud a quo variatur videtur esse accidens respectu illius. sed intelligentia potest variari de vna in tellectione ad alias. quia da oppositum. haberet tunc intellectionem omnium que possunt intelligere infinita. et sic intelligeret actu in finita. quapropter eius intellectio esset actu infinita quod est inconueniens. quia vnum solum infinitum potest esse et non plura ut habetur per libro. Sed quod per accidens sicut per principium non possit produci tota substantia rei probatur dupliciter. primo quia actio per accidens sicut per principium necessario presupponit subiectum omnis enim operatio accidentis cum sit accidens necessario recipitur in subiecto. ergo non potest producere totum effectum imo effectus suus presupponit subiectum. cuius effectus non sit abstractior quam actio ipsa vel principium operationis. Secundo probatur hoc propositio. Ad generationem substantie non requiritur actio accidentis nisi forte ad disponendum vnde in fine alterationis substantia agit immediate substantiam ita quod accidens pro tunc non mediat. Sed ad creationem totius substantie nulla dispositio potest precedere. ergo creatio totius substantie non potest fieri mediante aliquo accidente. igitur per accidens sicut per principium non potest tota substantia rei produci. Secunda conclusio quod substantia rei materialis non potest creare totam substantiam rei. probatur. nam illud quod habet materiam partem sui non potest producere materiam in aliquo. nam tunc haberet actionem et effectum non in materia quod est impossibile. Est enim impossibile ut effectus sit abstractior quam principium et actio quam effectus. ita quod forma que est talis substantie principium agendi est in materia igitur effectus ipsius forme. ergo materia non est effectus forme. materia enim non recipitur in materia cum sit principium receptiuum. Tertia conclusio est hoc quod nec substantia spiritualis nec materialis potest creare aliquam formam substantialem vel accidentalem probatur. quia quando forme substantiales vel accidentales creantur prius ordine nature sunt in se quam in subiecto. omne enim creatum et per se terminus creationis prius naturaliter est in se ipso quam in subiecto et per consequens creans prius natura ponit ipsum in effectu quam in subiecto. Sed omne tale potest a suo creante conservari sine subiecto. et per consequens illud quod potest creare illas formas cum prius naturaliter sit in se quam in subiecto potest illas conservare sine subiecto. Sed nulla creatura potest formam substantialem vel accidentalem conservare sine materia et subiecto. sed sola virtus diuina ergo nec creare. Ex his conclusionibus probatur deducitur. cuius

ergo non sit nisi substantia materialis et spiritualis et neutra potest totam substantiam rei creare nec formam substantialem nec accidens ut dictum est. ergo nulla creatura absolute loquendo potest creare: Ad argumentum in principio dico quod illa est aliqua causa quaz ponit Aug. et manifestior sed non precisa.

Secunda questio prime distinctionis

ubi queritur utrum hec sit vera diffinitio sacramenti. Sacramentum est inuisibilis gracie. et visibilis forme.

Videtur quod non debeat poni visibile. nam in quibusdam sacramentis non est nisi verbum tantum quod non est signum visibile sed audibile tantum ut in sacramento penitentie et matrimonii. ergo male dicitur visibile. Ad oppositum est magister in littera. et de con. di. i. sacrificium. In primo articulo ostendit quorum potest esse diffinitio et quorum non. ubi notat quinque conditiones que hic ponuntur. Secundus articulus ostendit quod sacramenti potest esse aliqua diffinitio. Et nota in secunda conditione diffinibilis quod ibi est opinio Ricardi de mediaulla li. 4. di. i. q. 2. arti. 1. Quia quod sacramentum non habet per se unitatem ideo non est diffinibile. et eius improbationem ibi ponit doctor. Et consequenter habes in illo loco secundum doctores quomodo intentiones logice et entia rationis diffiniuntur. Tertius articulus ostendit que est diffinitio sacramenti. Et secundum hoc tria videbimus. primo cuius entis est diffinitio. secundo si sacramenti sit diffinitio. tertio dato quod sit diffinitio que sit illa. Quantum ad primum articulum dico quod diffinitio est entis positui per se vnius entis realis compositi realiter et habentis conceptum vniuersalem. ubi demonstratur quod entis diffinibilis sunt quinque conditiones. Prima quod est entis positui hec patet. nam non entis non est diffinitio. cuius primo topicoz habes. diffinitio est expressiua quidditatis. Secunda conditio quod est entis quod est per se vnum patet. 7. metha. quia quod non est per se vnum vel unitate reali vel unitate conceptus non est diffinibile. Tertia conditio quod diffinitio est entis realis quod patet. quia entis rationis proprie non est diffinitio. ratio est quia diffinitio exprimit quidditatem. ens autem rationis non habet quidditatem propriam. Sed hic accipitur ens rationis non pro illo quod est in intellectu subiective sicut sunt scientie. sed pro illo quod solum habet esse secundo modo consideratum quod vocatur relatio rationis. Quarta conditio quod diffinitio est entis compositi realiter hoc patet. 7. metha. quia diffinitio est sermo longus habens partes. Quinta conditio quod diffinitio est alicuius habentis conceptum vltim.

ratio est qz particularium non est diffinitio. 7. metba. Quantum ad secundum articulum si sacramentum habet aliquam diffinitionem. dico qd diffinitio vno modo accipitur vt exprimit quid proprie extra aiam. alio? vt exprimit vnū conceptum per se in intellectu. siue ille conceptus sit rei extra aiam siue rationis vt exponebatur ens rationis in tertia conditione. primo? sacramenti nō ē diffinitio sed secundo mō. qd patet. qz prima conditio non impedit. Est enim sacramentum ens posituum qd probo tribus propositi onibus. Prima est qd possibile est deum creare aliquem effectum inuisibilem pertinentē ad salutem scz hoīs viatoris. hec patet supposita omnipotentia dei scz omnes theologos. Secunda ppō ē qd possibile est deum instituire aliquod signum etiaz sensibile ad significandum predictum effectum hoc patet. quia homines possunt instituire signa rememoratiua prenostica z demōstratiua ad significandum suos effectus ergo multo magis deus. Tertia propositio qd possibile est deum determinare se ad cooperandum illi signo instituto vt sequatur effectus iam predictus nisi impediatur indispositio hominis suscipientis. Ex his sequitur qd diffinitio sacramenti non est falsa scilicet vbi dicitur sacramentum est signum sensibile gratiam dei vel eius effectum gratuitum ex institutione diuina efficaciter significans ordinatum ad salutem hominis viatoris. et hec est vera cum omnes eius partes sint vere. Et applica omnes conditiones diffinitionis. nam non repugnant predicate diffinitioni. Et probatur etiam in decre. 1. q. 1. multi. circa medium vbi habetur qd eo dicuntur sacramenta quia sub tegimento corporalium rerum diuina virtus eorundem sacramentorum salutem operatur. vnde a secretis virtutibus sacramenta dicuntur.

Quantum ad tertium articulum dicitur qd diffinitio sacramenti concordat cum diffinitione magistri si bene glosatur scilz sacramentum est inuisibilis gratie z visibilis forme. concor. de consecra. di. 2. sacrificium. Accipitur enim forma visibilis pro signo sensibili eo modo quo ymago herculis dicitur forma herculis. Ponit visibile pro sensibili siue vno siue pluribus pertinentibus ad eundem sensum vel ad alium z ad alium. vel pro quocunqz sensibili in comuni. Ponitur gratia inuisibilis pro effectum dei gratuito interiori ordinato ad salutem hominis viatoris. Et sic videtur qd hec diffinitio z illa bene cōcordant. In solutione principalis rationis prime nota qd eiusdē rationis possunt esse plura fundamenta. ibi etiam sensibiliter videtur idem de relatione reali in xpo. Ad argumentum in principio dicitur qd ponitur visibile pro sensibili cuiuslibet sensus.

Tertia questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum pro tempore cuiuscunqz legis a deo date debuit institui aliquod sacramentū. Videtur qd nō qz non legimus de aliquo sacramento instituto a deo pro tempore legis nature. sacramentum autem non potest institui nisi a deo.

Ad oppositum est Aug. contra Faustum. In hac questioe non sunt opinioniones. Sed doctor articulizat eam quadruplici articulo scz qd quatuor ponam conclusiones. Prima conclusio qd congruum fuit aliqd sacramentū institui. tum propter incitationem. tum propter eruditionem. tum propter humiliationem. tum propter discretionem. prime tres congruitates sunt magistri in lra. quarta est Aug. contra Faustum inquitis qd bene est qd sint sacramēta instituta per que fideles ab infidelibus distinguantur. Secunda conclusio qd a solo deo potest institui sacramentū quantum ad certitudinem signi patet. nam solus deus est in cuius potestate ē causare signatum sacramenti puta gratias. et sic solus deus potest instituire qd ad signum certum vel qd ad certitudinem. Tertia conclusio qd pro oī statu vie post lapsu necesse fuit institui aliqd sacramentum patet. nam pro oī tēpore pro quo ē morbus ē necessaria medicina. sed pro oī statu vie post lapsu fuit morbus. gō necessaria fuit medicina. sed hec medicina est sacramentum. igit pro omni tēpore fuit oportunum sacramentū. Ex his habetur qd pro statu patrie non congruit aliquod sacramentum. nec in statu innocētie per rationem dictam. Sed an matrimonium qd constat fuisse in statu innocentie sit sacramentum dicitur inferius. Et dicunt aliqui qd ante lapsu fuit necessarium sacramentum generatiuum quale est matrimonium. sed non sacramentum purgatiuum vel vigoratiuum. nam ista alia sunt necessaria post lapsu. Circa quod notandū est qd sacramētorū ecclesie qdā sunt necessaria qdā voluntaria. necessaria vt bapismus de pse. di. 4. nulla p. er. Itē confirmatio. de pse. di. 4. nullus ministroz. Itē Eucharistia de pse. di. 1. oīs xpianus. Itē extrema vnctio. 26. q. 7. c. 1. Itē penitentia de peni. di. 1. §. nō pot. Alia vō duo sacra sunt voluntaria videlz ordo. 7. 4. di. vbi ista. Itē matrimonium. 30. q. 2. vbi nō ē. Etiaz nota qd bapismus ē sacm intransitiuū de pse. di. 4. nulla p. er. §. porro. añ finē. Scz confirmatio ē sacm pugnatiuū de pse. di. 4. spūs sanctus. Eucharistia vō ē sacm progredientiū propter qd et viaticum de 26. q. 6. qui recedunt. z. c. de his. Sed penitentia est sacramentum redeuntium. 16. q. 7. his qui. de peni. di. 3. c. 2. §. 2. Extrema vnctio est sacramentum exeuntium. 26. q. 7. ca.

ab infirmis. Quarta conclusio q̄ pro diuersis statibus 2 legib⁹ fuerunt diuersa sacramenta instituta maxime contra morbum originalis peccati. tuz q̄ deus ordinate agens procedit de minus p̄fecto ad magis perfectum. tum q̄ perfectior lex requirit perfectiora adiutoria ad sui obseruationem. et sic posterior lex debuit habere sacramentum signans gratiam perfectiorem. et ex hoc ait Dugō de sacramētis. Ordo 2 ratio hoc poposcit vt sicut ab initio crescente tempore magis ac magis aduent⁹ saluatoris appropinquauit. sic magis ac magis effectus salutis cresceret 2 cognitio veritatis. propter q̄d 2 ipsa signa salutis per successionem temporū alia poni. alia mutari debuerunt. In secundo articulo nota quomō licet sacramentuz a solo deo debuit institui tamen potuit ab alio promulgari. Item etiam nota in eodem articulo quomodo sacramenta ex institutione habent efficaciam 2 quomō non. nam si intelligatur institutio pro determinatione voluntatis imponentis habent efficaciam. si accipiatur institutio pro promulgatione nō habent ex illo efficaciam. Ad arg⁹ in principio d̄ q̄ si nō erat sacramētuz exterius tñ erat interius aliquid equiuales sacramēto

Quarta questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum possibile sit aliquod sacramentuz habere causalitatez aliquam actiuam respectu gratie. Et iuxta hoc querit secundam questionem que dicitur in ordine quinta scz Utrum possibile sit in aliquo sacramento esse aliquam virtutem supernaturalem. Videtur q̄ sic. nam Aug. super Johānez Omelia. 87. q. prima dicit que est virtus ista aque vt corpus t̄gat 2 cor abluat. 2 loquitur de aqua baptismi. Ad opposituz est Bernardus in sermone de cena domini vbi dicit q̄ ista exteriora sunt signa 2 non cause. Ad primam questionem ponit opinionem beati Thome in. 4. sententiarū di. 1. q. 4. ad primā que stunculam dicitis q̄ sacramenta sunt causa instrumentalis gratie non quidem gratiam attingendo. sed causando quandaz dispositionem gratie preuiam que in quibusdam sacramentis est character. in quibusdam ornatus anime que precedit gratie infusionem. Ad secundam questionem ponit opinionem vbi supra respondendo ad secundam questionem que ponit virtutem aliquā supernaturalem absolutaz in ipsis sacramentis que est virtus meriti respectu istius dispositionis. Quomodo autem virtus spiritualis potest esse in re corporali ponit tria exempla. primum de sensibili. secundum de voce continente conceptuz. tertius de motu celi respiciente virtutem intelligentie mouentis. Improbatur doctor

subtilis positionem beati Thome vtriusqz questionis. 2 ostendit exempla pro illa opinione posita ad secundaz questionem de virtute spirituali que non est in corporali natura falsum supponens vbi inuenies quomō vox se habet ad conceptum. Secunda opinio prime questionis Gaudensis. 4. li. q. vlti. q̄ deus instituit sacramenta per que causat gratiam. improbat eam. Tertia opinio prime questionis propria doctoris Scoti dicitis q̄ sacramenta nullam vim actiuam habent respectu gratie. nec dispositionis ad gratiam. sed sunt causa gratie per modum meriti. vbi inuenies in doctore quomō sacramenta possunt dici causa gratie. ibi etiam nota triplicem acceptionez de agente instrumentali 2 quomō in instrumentis artificialibus nulla est vis actiua in aliquo artificiali in quantum tale. Secunda positio prime questionis propria doctoris subtilis que ponit q̄ nulla virtus actiua absoluta ē in sacramentis q̄ frustra poneretur. naz si sacramenta sunt causa actiua gratie ergo in eis est aliqua virtus supernaturalis. Sed b̄ est falsum probatur hec falsitas. q̄ illa virtus aut effet tota in toto sacramento. aut tota in qualibet eius parte. aut tota in toto. aut pars in parte. primum non potest dari q̄ hoc soluz competit anime intellectiue inter formas creatas. nec secundum q̄ tunc extenderetur per accidens in subiecto q̄d est contra rationez virtutis vel forme spiritualis ergo 2c. Qz sacramenta nō sunt causa gratie est opinio Bernardi in sermone d̄ cena domini inquit. sicut inueniuntur Canonici per librum. abbas per baculum. Episcopus per anulum. sic diuisiones gratiarum tradite sunt in sacramentis. sed omnia predicta sunt signa 2 non cause. ergo sacramenta non sunt causa gratie. Sed aliquis diceret quomō saluabimus dicta sanctorum asserentuz q̄ sacramenta sunt causa gratie. Ad quod dicitur tripliciter. vno mō q̄ sunt causa sine qua non. Sed cōtra q̄ causa sine qua non. non est causa nisi per accidens. Alio modo dicitur q̄ omnis dispositio immediate necessitans ad aliquaz formam posito q̄ non causaret aliquam dispositionem mediam potest dici tam causa actiua q̄ instrumentalis. Sed ipsum sacramentuz seu susceptio sacramenti est dispositio immediata nō causans aliquam dispositionem mediam. potest ergo dici causa actiua instrumentalis. nam conceditur q̄ merituz est causa premii. q̄ per meritum acquiritur premium 2 tamen meritum non causat premium. nec causat aliquam dispositionem mediam inter meritum 2 premium. Tertio dicitur q̄ sacramenta sunt causa gratie secundum quandam assistentiaz gratie sacramento. assistit enim eis ex quadam pactione virtus diuina que est causa gratie. et deuotio

suscipientis. Sicut per simile patet quando ad verbum Elizei Nabam se lauante aspicit virtus diuina effectiua sanitatis. nulla tamen causalitas fuit in verbo Elizei neque in aqua Jordanis. De his viis secunda et tertia sunt bone. magis tamen tertia. In solutione questionis vel rationum principalium prime questionis nota quomodo sacramenta noue legis et veteris differunt. Etiam nota quomodo sacramenta noue legis efficiunt quod figurant. et quomodo non stat character per accidens gratie. et quomodo stat character. et quomodo causa ponitur in eorum diffinitione. et quomodo sancti de sacramentis tractant.

Ad argumentum in principio dico quod aqua abluuit cor. id est animam non quidem causando dispositionem mediam inter ipsum et abluentem. sed abluuit tanquam dispositio proxima immediata ad gratiam eo modo quo dicitur quod meritum inducit beatitudinem.

Septima questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum in circumcisione remittatur peccatum originale. Videtur quod non. nam Augustinus super illud psalmi vt quid deus repulisti. dicit quod sacramenta veteris legis tantum promittebant et signabant. hec autem noue legis dant salutem. Ad oppositum est Augustinus. qui dicit instituta est circumcisio dei ad purgationem huius peccati veteris valebat magnis et paruis. sicut baptismus valere cepit ex quo institutus est. Pro ista questione ponuntur tres conclusiones. Prima conclusio quod in circumcisione remittebatur peccatum originale patet. quia ad Romanos. 4. super illo verbo signaculum accepit circumcisionis. dicit glossa. quod in circumcisione remittebatur peccatum originale. et contra ipsum valebat circumcisio. sicut baptismus in nouo testamento vt habetur de psalmo. 4. ex quo. Item Augustinus li. 2. de nuptiis et concupiscentia dicit. circumcisio instituta est in populo dei ad remissionem veteris peccati. Sed vetus peccatum est peccatum originale ergo etc. Item deus nunquam reliquit genus humanum absque remedio necessario ad salutem. ergo tempore legis dedit aliquod remedium deus contra culpam originalem. sed non legimus nisi circumcissionem ergo etc. Secunda conclusio quod circumcisio non pertinet ad tempus legis nature patet. quia lex nature communis est omnibus. circumcisio autem non est communis omnibus. nam secundum Dugonem li. de sacramentis. Circumcisio est sacramentum legis scripte succedens sacramentis legis nature licet fuerit inchoata ante legem scriptam. nam data fuit tempore Abrae vt habetur in Genesi. nec est inconueniens quod aliquid particulariter pertinens ad legem sit inchoatum ante legis publicationem. quare circumcisio

suo succedit sacramentis legis nature. dicit Bonanventura di. 1. quarta. quod est ratione grauitatis et euidentie. et ratione certitudinis et etiam efficacie quod magis remittebatur fomes in illis qui circumcidebantur quam in his qui tempore legis nature solis sacrificiis et fide mundabantur. Tertia conclusio quod circumcisio magis est confirmata sub Josue quam sub Moyse. cuius ratio est quod tempore Moyse non dimiserunt circumcisionem. sed sub Josue neglexerunt eam in deserto ideo oportuit dari in mandatum. Alia ratio est spiritualis quod circumcisio facta tempore Josue fuit post peregrinationem in terram promissionis. sed hec circumcisio figurat circumcissionem et abiectionem vitiorum que semper est sub precepto. et hec circumcisio carnis erat signum iustificationis et purgationis anime de confessione. 4. ex quo. Ad argumentum in principio dicitur quod Augustinus intelligit de sacramentis improprie dictis que dicebantur cerimonie.

Septima questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum in circumcisione et vi circumcissionis conferebatur gratia. Videtur quod non per illud ad Romanos. 4. vbi dicitur quod peccatum bene dimittebatur. sed gratia ad bene operandum adiutrix non prestabatur. Ad oppositum est Augustinus et Beda super illud Luce 2. In hac questione primo ostendit quod circumcisio peccatum originale deleat et inquit vtrum potuit deleri sine infusione gratie. Et ponit primam opinionem dicentem quod non. que opinio est Ricardi de media villa li. 4. di. 1. q. 6. articulo. 3. et beati Thome di. eadem. q. 2. articulo. 4. sed doctor improbat ostendens quod per iusticiam originale absque infusione gratie potuit peccatum originale deleri. vbi habes quod deus potest virtutem virginitatis perditam reparare quo ad omnia. que dicunt virginitatis positue. Et sic est conclusio doctoris quod deus potest originale peccatum dimittere absque infusione gratie. facit ad hoc. 6. q. 1. si omnia. vbi habetur quod gratie plenitudo adiectione non indiget nec vlla requirit commendationis augmenta. Mouet dubium primum an deus de potentia absoluta possit dimittere peccatum originale absque collatione cuiuscumque positiui repugnantis illi culpe. Et ponit rationem quod non possit. et soluit illam. Et in solutione prime rationis nota quod non ideo alius quis est debitor originalis iusticie quia propagatus ab Adam. In solutione secunde rationis nota quomodo est duplex mutatio in iustificatione peccatorum. vna positiua alia priuatiua. Mouet secundum dubium an deus de potentia ordinata potuit dimittere

re originale absq; infusione gracie. Prima opinio q̄ facit de facto et est magistri sententiarum di. i. c. 4. Secunda opinio q̄ circūcisio principaliter erat ad tollendum originale. ex consequenti nō conferebat graciā. et est Uarronis li. 4. di. 1. q. 2. et Thome di. eadem. 2. parte. q. 4. Sed hec doctor improbat. Tertia opinio propria doctoris subtilis q̄ de potentia ordinata deus nec originale nec actuale mortale potest dimittere absq; infusione gracie. Sed vt melius hec materia videatur ponentur tres articuli. primus si de potentia dei absoluta potest remitti culpa originalis sine infusione gracie. secundus si de potentia ordinata possit remitti sine infusione gracie. tertius si in circumcisione conferebatur gracia

Quantum ad primum articulum dimissa opinione tacta superius dicit q̄ deus de potentia sua absoluta potest remittere culpam originale sine infusione gracie. et hoc maxime qz gracia nō opponitur peccato originali formaliter. Quantum ad secundum articulum si de potentia dei ordinata deus potest dimittere culpam non infundendo graciā. Et ad hoc dicit q̄ non qz secundum leges diuine sapientie post naturam lapsas non est dare mercedem inter filium regni et filium perditionis. sed filius regni ē per graciā s; Aug. filius autem perditionis est per peccatū igitur si remittitur culpa datur gracia. Et hoc de his duobus articulis licet sententialiter iam dicti essent. sed apposui propter tertium articulum.

Quantum ad tertium articulum. si in circumcisione conferebatur gracia. hic dicitur tripliciter. primo magister dicit sic q̄ in circumcisione remittebatur culpa sed non conferebatur gracia. vnde glo. super illud ad Ro. 3. Signaculum accepit circumcisio. dicit q̄ peccatū ibi dimittebatur. sed gracia adiutrix ad bene operandum non prestabatur. Et Aug. super titulum. 73. psalmi. dicit q̄ sacramenta veteris legis promittebant graciā s; nō dabant. Item circumcisio non aperiebat ianuam paradisi. sed habenti graciā patens est ianuā paradisi. Alii dicunt scilicet Uarro vbi supra q̄ in circumcisione conferebatur gracia non tamen principaliter sed ex consequenti. qz circumcisio principaliter ordinatur ad deletionem peccati originalis et ex consequenti ad graciā conferendam. Et ideo dicitur graciā non conferre vt dicit prima opinio. qz non eam confert principaliter sed ex consequenti. Tertius modus dicendi vel tertia opinio est q̄ in circumcisione conferebatur gracia tamē parua respectu eius que confertur in baptismo. Cum dico graciā parua duo dico scilicet graciā et parua graciā. sed eo ipso q̄ in aia est gracia remittitur culpa. et licet abilitetur anima ad perficiendum quia tamen parua est ideo parua

abilitat hoc habetur de conse. di. 4. in. c. qd̄ apud. 2. c. se. vbi habes q̄ magis valet apud nos baptismus q̄ apud veteres circumcisio. et propter hoc soluentur auctoritates magistri. nolunt enim auctoritates ille negare graciā conferri in circumcisione. sed quia parua abilitat ideo dicitur graciā non prestari. Alio modo soluit doctor noster dicendo q̄ ille auctoritates loquuntur de sacramentis improprie sumptis sicut erant purgationes et expiationes. Ad aliud de aperitione ianue dicitur q̄ non fuit defectus circumcisio q̄ non aperuit ianuam. sed quia venit in tempore quo precium non fuit solutum. sed soluto precio circumcisus in gracia potuisset habere ianuam apertam. nisi aliquid aliud impediret. In solutione quarte rationis nota q̄ alicui offensa dimittitur et deo reconciliatur. et tamen non acceptatur ad vitam eternam. Item nota post opinionem doctoris q̄ ceremonie que improprie dicebantur sacramenta in lege veteri conferebant graciā quomōdo et circumcisio quia ratione operis operati. Et quare dicitur circumcisio non conferre. et quomodo sacramenta noue legis graciā conferunt. Et nota in illo passu vbi dicitur quasi in fine. Nunc autem de istis ceremoniis infra. vbi dicitur q̄ non requiritur ibi bonus motus interior qui mereatur graciā. sed sufficit q̄ suscipiens nō ponat obicem. Aliqui dicunt hic Scotum errasse et heresim dicere. sed ne mirum. nam ignorantia multos decipit. et ideo excusum. nam hic Scotus locutus est in paruulis quod patet. nam in di. 4. ad primum vel questionis prime in si. dicit ibi vbi ponitur ante primum articulum q̄ suscipiens sacramentum oportet q̄ habeat aliquam deuotionem si sibi debeat valere sacramentum aliter videretur contempnere. et sic videtur q̄ Scotus non neget motum interiorē merentē graciā. Et sic illud prime distinctionis intelligatur in paruulis et non in magnis. Ad argumentū in principio patet per ea que in littera ponuntur.

Etava questio prime distinctionis

vbi queritur vtrum in lege nature fuit aliquod sacramentum correspondens huic circumcisio. Videtur q̄ non de conse. di. 4. qd̄ apud 2. c. et Gregorius. 4. moralium dicit q̄ agit apud nos aqua baptismi hoc egit apud veteres pro paruulis sola fides. vel pro maioribus virtus sacrificii non ergo sacrificium. Ad oppositum est Aug. contra Faustum. in nullum nomen religionis possunt homines coagulari nisi aliquorum signorum velut sacramentorum consortio colligentur. Breuiter dicit

ad questionez q sic. Sed postq non sunt opiniones ponetur tres conclusiones. Prima q tempore legis nature fuerunt aliqua sacramenta correspondentia circumcisioni patet. nam nullo tempore dimisit deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem sed delentio culpe originalis post lapsum fuit necessaria ad salutem ideo omni tempore fuit aliquod remedium seu sacramentum ad salutem. Secunda conclusio q illud fuit fides parentum vel virtus sacrificii qd probatur per Gregorium. 4. li. moralium. nec accipitur hic fides pro solo habitu. s; pro actu et p actu nō tm̄ meritorii sed etiaz exteriori. i. pro actu quo quis inuocabat deus ore v; aliquo signo exteriori sensibili offerenda sacrificia vt fides offerētium que in baptismo prodest paruulis de consecra. di. 4. illud.

Tertia conclusio q circumcisio iam cessauit qd patet per Aug. contra Faustum vbi dicit sic. Sacramenta que seruabantur prenunciatiua erant que cum suo aduentu xpus impleuisset ablata sunt. et alia instituta que sunt virtute maiora. vtilitate meliora. actu faciliora et numero pauciora. Sed tunc queritur quo tempore cessauit circumcisio dicitur q Hieronim^o et Aug^o. sunt contrarij. Hieronimus ponit duo tempora. vnum tempus condendi euangelium. et incepit ab aduentu xpi vsq; ad passionis consummationem. Aliud tempus promulgationis vsq; ad finem mundi. Et sic dicit Hieronimus q circumcisio debuit seruari quousq; veritas euangelii promulgaretur. Aug. autem alio mō soluit dicens q triplex est tempus. primum condendi euangelij. secundus promulgandi conditum. tertiu custodiendi promulgatum. primum tēpus fuit ab aduentu xpi vsq; ad passionis consummationem. et hoc tempore fuerunt legalia infirmata. et in morte xpi mortua. secundum tempus fuit a morte xpi vsq; ad diuulgationem in omnes gentes. iuxta illud. In omnem terram etc. Et hoc tempore fuerunt legalia ad tumulum deducta. tertium tempus fuit ab illo tēpore vsq; ad finem mundi in quo legalia sunt quasi in sepulcro posita et clausa. dicit igitur Aug. q primo tempore legalia seruari poterunt tanq; velut via salutis vel propter salutis vtilitatem. secundo tempore seruari poterunt etiaz ab his qui audierunt euāgelium propter honestatem quia bonore erat deducenda sinagoga ad tumulum. tertio vero tempore nullo modo fuit seruanda. quia qui iam seruat non est materni corpusculi honorator. sed sepulture impudēs reuelator. Et sic ponit q Petrus et Paulus vterq; seruauerit non tantus propter vitandum scandalum proximi. sed etiam ad bonorem matris id est sinagoge impendendum.

Ad auctoritatem in principio patet per secundas conclusionem

Irca secundam distinctionem queritur vtrum sint septem sacramenta noue legis. Uidet q non. nam matrimonium est sacramentum sed non noue legis. ergo non sunt nisi sex in lege noua. Ad oppositum. 7. sunt infirmitates contra que sunt sacramenta. ergo. 7. sacramenta. Circa istam questionem sunt tres conclusiones. Prima q congruum est legem euangelicā sacramentis perfectissimis adornari patet. nam congruum est legem veritatis et gracie perfectissimis sacramentis adornari. Sed lex euāgelica est lex veritatis et gracie secundum illud Jobānis primo. Gracia et veritas p Ihesum facta est. Secunda conclusio q illa sacramenta quibus lex euangelica adornatur sunt septem patet. quia secundus numerus infirmitatum sunt medicine. sed infirmitas est duplex scilicet culpe et pene. infirmitas culpe est triplex scilicet originalis contra quas est baptismus. actualis mortalis contra quas est penitentia. actualis venialis contra quas est extrema vinctio. Infirmitas vero pene est quadruplex scilicet ignorantia. pusillanimitas malicia et concupiscencia. contra maliciam est eucharistia. contra concupiscenciam est matrimonium. contra ignorantiam est ordo. contra pusillanimitatem est confirmatio. Vel aliter sacramenta sunt quedam medicine. sed medicina est triplex scilicet preseruatiua. curatiua et confortatiua. Medicina preseruatiua curat a morbo. sed non liberat ex toto et talis est matrimonium. Medicina curatiua liberat per graciā. et hec vinctio secundum triplicem graciā scilicet baptismalem. et sic est baptismus. penitentialem et sic est penitentia. finalem et sic est extrema vinctio. Tertia est medicina confortatiua duplici enim ex causa homo indiget confortari. vel propter difficultatem pugne et sic est confirmatio. vel propter latitudinem itineris et sic est Eucharistia. Ordo autem est ad minustrandum vtrunq; sacramentum.

Tertia conclusio q illa septem sacramenta sunt a deo instituta patet. nam omnia sunt instituta a xpo pro tempore legis euangelice licet matrimonium fuerit ante institutum. tamen pro lege euangelica fuit a xpo approbatum. De baptismo patet quia fuit institutum xpo veniente iuxta illud Mathei ultimo. Ite docete omnes gentes baptisantes. et sic xpus instituit illud sacramentus De Eucharistia patet eius predicatio diffusa Jobannis sexto. sed eius institutio fuit in cena Mathei. 26. De confirmatione patet institutio eius Jobannis. 20. Accipite spiritum sanctum. De penitentia patet eius institutio Jobānis. 20. quoz remiseritis peccata

et Mathei. 16. Quecunq; ligaueritis super terram. De extrema vnctione dicit q; fuit instituta a Jacobo Jaco. 5. Si infirmus quis in vobis est. Sed melius est dicere q; fuit a xpo. legitur enim Marci. 6. q; ap;li vngebant oleo multos infirmos et sanabantur. Constat autem q; hoc non fecerunt nisi in virtute xpi qui instituerat illam vnctionem. De matrimonio xpus ratificauit eum Mathei. 19. quando dixit propter hanc reiuuet homo patrem et matrem. De ordine patet Mathei. 26. hoc facite in meam commemorationem. Et nota q; istorum sacramentorum tria in quibus imprimuntur character non iterantur sc; baptismus. confirmatio. et ordo. alia vero bene iterantur. Ad arg; in prin; p; per tertias conclusionem

Secunda questio secunde distincti

onis vbi queritur vtrum sacramenta noue legis habeant efficaciam a passione xpi. Videtur q; non. q; 1. metha. 2. 2. phicoz; d; q; causa i actu et effect; i actu simul sunt et nō sunt sc; passio xpi nō est in actu. g; 2. Ad oppositū sunt magister et Aug. de ciui. dei. c. 26. Dic dicam duas conclusiones. deinde de aliqua alia. Prima conclusio q; sacramenta habent efficaciam a solo deo patet. Efficientia sacramentorum non potest esse ab aliqua inferiori causa instituyente ipsam. sed solus deus instituit sacramenta vt dictum est in precedenti questione et in tertia conclusione. Confirmatur. solus deus determinat se ad causandum effectum proprium. alias deus non esset prima causa si posset aliunde determinari. Sed effectus signati per sacramenta sunt proprii soli deo quia solus deus potest causare gratiam. igitur a solo deo sacramenta habent efficaciam. sicut a causa principaliter agente et causante. et hic sit primus articulus. Secunda conclusio et secundus articulus est q; sacramenta habent efficaciam a passione xpi sicut a causa meritoria quod probatur sic. Ab illo sacramenta habent efficaciam sicut a causa meritoria quod plus acceptat deus q; displicet sibi offensa primi parentis. sed talis fuit passio xpi vt patet per Anselmum in libro Cur deus homo. et declaratur libro tertio distinctione secunda. et illud exemplificatur de consecratione di. 4. proprie. vbi habetur q; baptismus fluminis sumptus simpliciter virtutem ex passione xpi. Et nota hic opinionem magistri cum eius improbatione de institutione extreme vnctionis q; fuit instituta a Jacobo vt dixi in superiori questione. Nota etiam quomodo in collatione istorum remediorum concurrunt misericordia et veritas. Vbi nota quomodo baptismus ianuam aperit et non circumcisio. In solutione secunde rationis

nota q; sacramenta habent a xpi passione efficaciam vt exhibita non tamen actu exteriori sed interiori. hoc est q; sacramenta xpo viuentente potuerunt institui et omni tempore vite sue. et tunc in primo instanti potuerunt habere efficaciam a passione iam perfecte voluta. et sic intelligitur actu interiori exhibita. In solutione tertie rationis nota q; gratia potest habere causam de congruo in recipiente et de condigno in alio sc; in xpo dante. ibidem nota q; in omnibus dei operibus nō fuit a deo opus mere gracie nisi incarnatio. In solutione quarte rationis et vltime nota quomodo sacramenta specialiter dicuntur fluxisse ex vulnere lateris xpi licet nō fluxerūt principaliter. si xpo mortuo inflicto fuit vulnus sed si xpo viuo

Ad argumentum in principio dico q; est passio xpi non sit nec in effectu. est tamen in acceptatione diuina et hoc sufficit.

Tertia questio secunde distincti

vbi queritur vtrum baptisati baptismo Jobānis iterum erant baptisandi baptismo xpi. Videtur q; non. nam in receptione sacramentorum qd datur non est reiterandum. sed si aliquid obmittatur caute est supplendum extra de clerico per saltum promot. c. vnico. Ad oppositum est Aug. de baptismo contra donasistas. 5. ca. Ad banc questionem dicitur q; sic de conse. di. 4. c. aliud. Et accipitur ab Aug. O melia. 5. super Jobānes. Si quos baptisauit iudas non iterum sunt baptisandi. quos autem baptisauit Jobānes iterum sunt baptisandi. Et ideo circa hoc tria videbimus. primo a quo fuit baptismus Jobānis institutus. secundo ad quod fuit institutus. tertio q; erat eius efficacia

Quantum ad primum articulum dico q; baptismus Jobānis fuit institutus a deo. q; Jobānis p; habetur q; ipse Jobānes baptista dicebat. Qui me baptisare misit ille mibi dixit. Sed Lanoniste habent q; fuit institutus verbo et exemplo cum dominus a Jobāne fuit baptisatus. et tunc vim regeneratiuam contulit de conse. di. 4. per quas. verbo enim et precepto fuit institutus cum dixit. euntes in mundum docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et. de conse. di. 4. c. proprie. et in decretalibus d; hap. et eius esse. c. debitum. Quantum ad secundum articulum dicitur q; baptismus Jobānis nō fuit institutus ad efficiendum. Sed vt ponit magister in lra fuit institutus ad significandum baptismum xpi et ad assuefaciendū homines ad baptismum xpi. vnde super illo verbo Mathei. 3. dicit glo. Ego baptiso id est tantum corpora lauo q; peccata dimittere nequeo. Sed sicut nasci

cendo et predicando pro eo. sic baptizando ad baptismum christi iustos dirigam. Quantum ad tertium articulum de efficacia baptismi Jobanis dicitur quod baptizatus a Jobane poterat baptizari duobus modis scilicet in forma tradita a christo vel in forma alia. utputa in nomine venturi. Siquis autem fuisset baptizatus a iobanne in forma tradita a christo non erat ille rebaptizandus. nam ille erat baptizatus baptismo christi et non Jobanis licet esset baptizatus a Jobane. Siquis vero fuisset baptizatus a Jobane in alia forma utputa in nomine venturi. vel alia consimili forma erat necessario baptizandus. quia preceptum generale obligat omnes. Sed preceptum generale est quod omnes baptizemur in forma tradita a christo ergo etc. In solutione prime rationis nota quod magister in hac questione non tenetur. Etiam ibi nota. quomodo est vera illa maxima scilicet in receptione sacramentorum. quod datur non est reiterandum. sed si aliquid omittatur caute est supplendum ut extra de sacra. iter. c. 1. et vlti. Et causa est ne fiat iniuria sacramento ut habetur de conse. di. 4. ostenditur. Ad argumentum dico quod illud est verum quando aliquid baptismi confertur. in baptismo Jobanis nihil conferebatur nisi fieret ut ponitur in tertio articulo. vide ibi.

Intra tertiam distinctionem queritur

utrum hec sit vera definitio baptismi quae ponit magister scilicet Baptismus est instinctio id est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta. Videtur quod non. quia pars non predicatur de toto. sed ablutio est pars sacramenti baptismi secundum Augustinum. accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Ad oppositum est magister in littera. Canonis vero definitur sic videlicet. Baptismus est ablutio exterior cuius certa forma verborum sine qua nemo saluatur et que proficit ad salutem. ut habetur. 1. q. 1. detrahe. Et alibi dicitur quod interdum vocatur baptismus ipse character anime impressus ut habetur de conse. di. 4. c. tunc valere. Sed pro maiori declaratione ponent tres articuli. Primus articulus est cuius entis sit definitio. Et de hoc iam determinatum est in hoc. 4. in illa questione de definitione sacramenti vide supra. Secundus articulus est quod baptismi est aliqua ratio definitiva patet. quia est ens positivum per se unum unitate conceptus. nec est simpliciter simplex et habet conceptum communem. sed omne tale est diffinibile ergo baptismi est aliqua definitio. Tertius articulus est que sit eius ratio definitiva. ubi notandum quod baptismus est signum sensibile. et ut est signum

importat relationem. de cuius relationis fundamento possumus dupliciter loqui. uno modo quod eius fundamentum sit non solum ablutio sed eius verba. alio modo quod eius fundamentum sit sola ablutio cuius habeat aliam concomitantiam scilicet rationem diffinitivam baptismi. et secundum duplicem opinionem sunt verba prolata cum intentione baptizandi. Ad propositum. si teneatur ista via ultima potest poni talis ratio definitiva baptismi. Baptismus est ablutio hominis aliquo modo consentientis facta ab alio in aqua abluciente sub certis verbis simul cum intentione debita proferente significans efficaciter ex institutione divina ablutioem anime a peccato. Si vero teneatur alia via scilicet quod verba cum ablutioe sint fundamentum baptismi tunc potest poni alia ratio baptismi scilicet Baptismus est sacramentum ablutioe anime a peccato consistens in ablutioe hominis aliquo modo consentientis facta in aqua ab alio abluciente et in verbis certis ab eodem abluciente cum debita intentione prolatis. Et hec ultima magis placet doctori quam alia licet primas non reprobet. nam non est differentia inter illas definitiones nisi per hoc solum quod una ponit ablutioem in recto. sed alia ablutioem et verba. Et nota quod in responsione ad argumentum principale tangitur responsio Ricardi de mediavilla di. 3. huius. 7. articuli. q. prima. ad arg. 2. et reprobatio eius. Ad argumentum in principio oportet dicere quod ablutio non est pars fundamenti quod includit baptismus sed est totum fundamentum licet remotum. et sic pars predicatur per modum totius.

Secunda questio tertie distinctionis

ubi queritur utrum sit ista precisa forma baptismi. baptisio te in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Videtur quod non sit hec forma. Ego baptisio etc. nam cuiuslibet habentis formam et materiam forma cuius est debet esse in materia. Sed hec verba non sunt in aqua nec in ablutioe ut in subiecto. ergo etc. Ad oppositum est extra de baptismo et eius effectu. si quis. In illa questione sunt tres articuli. Primus est si aliqua verba sunt forma baptismi. Secundus que sunt illa verba que sunt forma baptismi. Tertius articulus. si illa verba possunt mutari vel variari sine periculo sic quod esset vere baptizatus. Quantum ad primum articulum dicitur quod aliqua verba sunt forma baptismi patet. nam ibi est ablutio exterior et sunt verba. Ablutio habet rationem materie. et verba rationem forme quod potest haberi per Augustinum. 2. de doctrina christiana dicentes. Verba inter omnia signa tenent principatum significando. igitur aliqua verba sunt in forma. Quantum ad secundum articulum ubi queritur

que sunt illa verba que sunt forma baptismi. Dic ponuntur due conclusiones. Prima est q̄ forma baptismi in ecclesia Romana est illa. Ego te baptiso in noīe patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti amen. Quaz formam tenetur seruare quilibet minister in predicta ecclesia. nam sic Romana ecclesia instituit vt notatur extra de baptismo ⁊ eius effectu. c. si quis. Secunda cōclusio est q̄ forma baptismi in ecclesia grecorū est illa. Baptisetur seruus xpi in noīe patris ⁊ filii ⁊ spiritus sancti. In qua forma non exprimitur persona ministri sicut in alia. Et hoc ad cuitandum scisma vt ponitur prima ad Corinth. c. i. Gloriabantur enim baptisati de ministris dicentes. Ego quidem Pauli. alius Ego quidem Petri. propter q̄ ap̄t̄s concludit dicens. Diuisus est ergo xpus. Ad tollendum igitur illud scisma ordinatum est in ecclesia grecorū vt nomen ministri non exprimeretur. Quantum ad certum articulum. si illa forma vel verba possent variari sine periculo baptisati. Dic sunt tres opiniones. vna dicit q̄ quacunq; variatione facta circa verba dummodo tres persone exprimantur integrum est sacramētum baptismi. Est alia opinio Thomae que est totaliter ad oppositum que dicit q̄ necesse est predictam formam totam seruare alias sacramētum non esset integrum. Tertia opinio est Scoti q̄ illa variatio potest esse quadrupliciter. vel ex parte ministri. vel ex parte actus. vel ex parte suscipientis. vel ex parte clausule sequentis sc̄z in noīe patris ⁊c. Si autem fiat variatio ex parte ministri puta q̄ baptisans non dicit Ego. integrum est sacramētum. sicut patet de grecis qui vere baptisant. et tamen non profertunt illud pronome ego. ille tamen sic faciens in ecclesia romana mortaliter peccaret. Si autem fiat variatio in actu exprimendo illum modum in optativo modo ⁊ non indicatiue dicendo sic. baptisetur seruus xpi in noīe patris ⁊c. adhuc esset integrum sacramētum sicut patet de grecis. Si autem fiat variatio in suscipiente sacramētum nō est integrum. Si autem fiat variatio in clausula sequente sc̄z in noīe patris ⁊c. Dico q̄ potest fieri sex modis sicut ponit Bonaventura super. 4. di. 3. q. 6. sc̄z mutando. addendo. corrumpendo. transponendo. interponendo. ⁊ plura eodem verbo implicando. Mutando fit vt si diceretur baptiso te in noīe patris genitoris genitris ⁊ spirati. tunc non esset baptismus. q̄ licet idē significent tamen alium modum significandi habent. ⁊ xpus voluit personas nominari propriis nominibus personarum. Additio fit tribus modis quia est vna additio contra fidem vt si diceretur baptiso te in nomine patris maioris ⁊ filii minoris. et sic nō esset baptisat⁹. Alia est additio que non est contra fidem vt si diceretur Baptiso te in

nomine patris omnipotentis ⁊ filii ⁊ spiritus sancti. et sic bene baptisaret si faciens nullum intendret errorem. Corruptio fit dupliciter aliquando est tanta q̄ nullo mō tenet sensum. et tunc non est baptismus. Aliquando est pauca ⁊ tunc non corrumpit sensus vt patet in habentibus linguam impeditam et tunc non impeditur baptismus vt patet de conse. di. 4. c. retulerunt de illo presbitero lingue latine imperito qui dixit. Ego te baptiso in noīe patria ⁊ filia. Transmutatio fit tripliciter. quia aliquando variat orationis sententiam vt si diceretur. Ego patris baptiso te in nomine filii et spiritus sancti. et hec impedit. Aliquando non variat orationis sententiaz vt si diceretur. Ego te baptiso in noīe filii ⁊ patris ⁊ spiritus sancti. et hec non impedit nisi fieret ex malicia volens minister inducere errorem. Interpositio autē vel intermissio fit dupliciter. q̄ aut est tanta q̄ discontinuat intentionem ⁊ longam facit moram vt si baptisans recederet ⁊ postea reuerteretur tunc in tali casu nihil fit nisi reincipiatur. Aut est parua mora vt si pro stemuto faceret pausam ⁊ tunc bene est baptismus. Implicatio fit duobus modis. Uno modo vt baptiso te in noīe trinitatis. ⁊ sic non baptisaret. nam tres persone debent exprimi Mathei vlti. Alio modo fit sic dicendo vt baptiso te in nomine xpi. Et de isto est dubium maxime pro tempore isto q̄ aliquo tempore bene licuit baptisare in nomine xpi vt patet Actuum. 2. et ideo de tali tenenda est regula que ponitur extra de baptis. ⁊ eius effec. c. i. vbi dicitur q̄ omnes tres persone debent exprimi. Sed in isto casu sunt multe contrarie opiniones. et Scotus dubius se dimittit in hoc casu. nec audet determinare. sed dicit dubito q̄ sit baptisatus. Ad argumentum in principio dicitur q̄ illud intelligitur in materia et forma naturalibus ⁊ naturaliter operantibus.

Tertia questio tertie distinctionis

vbi queritur vtrum sola aqua naturalis pura sit conueniens materia baptismi. Videtur q̄ non q̄ aqua artificialis habet eadem accidentia cum illa naturali sc̄z humiditatem frigiditatem ⁊c. sed ex accidentibus agnoscatur substantia primo de aia. ergo ⁊c. Ad oppositum est Jobānis. 3. In hac questione sunt duo articuli. primus est q̄d nō responsiuus. secundus articulus est dubitationum declaratiuus. Quantum ad primum articulum ponuntur tres conclusiones. Prima q̄ aqua naturalis est materia baptismi. hec cōclusio patet. nam illa aqua vel humor est materia baptismi in quo xps determinauit baptismus fieri. sed hic est aqua vt patet Jo. 3. ⁊ Mathei. 3. Secunda con-

clusio q̄ sola aqua naturalis est materia sufficiens per se baptismi patet. nam aque conueniunt multe congruitates de quibus doctor ponit numero quatuor. Tertia conclusio q̄ aqua artificial non est materia baptismi patet. nam illa aqua variat speciem maxime cum ille aque sint mixte et non simplices et artificialiter facte et non naturaliter. Quantum ad secundum articulum que sit materia propinqua et que remota in baptismo. dicitur q̄ aqua est materia remota. ablutio vero actiue sumpta est materia propinqua. Etiam nota q̄ ad naturalem pertinet determinare materiam baptismi et non ad theologum. vel canonistam. In solutione tertie rationis nota q̄ aqua artificialis est subtilior naturali subtilitate et qualitatis. sed non simplicitatis. In solutione quinte rationis nota q̄ aqua que fluxit de latere xpi fuit vera aqua et non fleuma secundum opinionem Innocentii. Et probat hoc verbis euangeliste. Qui vidit testimonium perhibuit veritati profecto non aquam sed fleuma dixisset. si non fuisset aqua sed fleuma. probat hoc per figuram que precessit super isto in veteri testamento quando Moy ses percussit silicem et ex ea non fleuma sed aqua manauit. Ibi etiam in quadam probatione nota q̄ illa aqua fuit ibi de nouo creata miraculose vel de componentibus resoluta. vel q̄ fluxit sicut sibi placuit. Ad argumentum in principio dicitur q̄ ex accidentibus communibus non arguitur nec agnoscitur substantia nec dicit hoc Aristoteles p̄ de aia. sed ex propriis. vel licet habeat aliqua similia habet tamen alia dissimilia.

Quarta questio tertie distinctionis

vbi queritur vtrum institutio baptismi euacuauerit circuncisionem. Videtur q̄ non. Nam Genesis. 17. Data fuit Abrae circumcisio in fedus sempiternum. ergo ad semper permansurum. Ad oppositum Mathei. 3. Nec questio iam quasi est determinata superius. Sed cum hoc ponentur duo articuli. primum vnde baptismus habeat necessitatem. secundum quo tempore circumcisio fuit euacuata. Quantum ad primum articulum dicitur q̄ baptismus habet necessitatem ex precepto et non ex institutione. vbi ponit propositiones vniuersalem quomodo aliquis obligatur ad obseruandum precepta diuina mere posita. et q̄ baptismus primo fuit promulgatus per modum consilii. et ex hoc omnes fuerunt obligati ad non contempnendum. Secundo per modum precepti. et ex hoc omnes fuerunt obligati ad suscipiendum. Ibi habes q̄ consilia vel precepta diuina contempni non possunt sine peccato mortali. facit ad hoc textus in capitulo hoc

ipsum. xxxiii. q. 2. et in capitulo qui humanis legibus. xii. questio ne. 2. secus autem de precepto vel de consilio humano. facit textus in capitulo si dominus ea iubet. xi. questione. 3. Ibi etiam habetur quomodo contempnentes consilium paupertatis vel impediētes peccant mortaliter Mathei. 8. et facit textus in cle. dudum. in §. ceter. extra de sepul. in cle. Quantum ad 2. arti. ponit opinio nē communē sancti Thome in secunda parte prime distinctionis q̄ne. §. 7. Ricardi dis. 3. huius. 4. 2. q. articulo. §. q̄ tempore quo baptismus fuit sub consilio vsq; ad passionem circumcisio non fuit euacuata. et isto modo quoad necessitates. a passione vero vsq; ad promulgationem non fuit necessaria sed utilis. a promulgatione vero et post fuit mortifera. Improbatur hanc opinionem quoad tria que dicit. Secunda opinio propria doctoris subtilis est q̄ baptismus habuit duo tempora tantum scilicet consilii et precepti. Circumcisio habuit quatuor tempora. primum ante vtriusq; temporis baptismi quo fuit necessaria. secundum est pro tempore baptismi quo fuit licita et utilis iudeis non tamen necessaria. tertium tempus circumcisionis concurrens cum secundo tempore baptismi quo fuit conuersio ex iudeis licita non utilis nec necessaria. Conuersio vero egentibus nullomodo licita. et istud tempus durauit ultra tertium consilium habitum Ierosolymis sub Iacobo. quartum vero tempus in quo est omnibus mortifera ibi q̄ diuerso tempore diuerses gentes obligabantur ad suscipiendum baptismum secundum q̄ diuerso tempore eis predicabatur. Sed doctor instat contra tertium tempus et dicit q̄ illo tempore Petrus fuit reprehensus a Paulo in Antiochia volens legalia seruare. ibi notatur quomodo de scandalo passiuo non est curandum. nec propter scandalum est veritas dimittenda. Item q̄ determinatum tempus non habetur a scriptura quando mortiferum fuit legalia obseruari. In solutione rationis principalis nota quomodo legalia iudicialia Cerimonialia aliqua manent. In solutione secunde rationis nota quomodo circumcisio fuit fedus sempiternum inter deum et Abraam et semen eius. Scilicet sempiternum §. Nicolaum de Iura sonat. id est longum. et dicitur in Ebrayco olam. Ad argumentum in principio patet per vltima verba. q. quomodo sempiternum est exponendum.

Intra distinctionem quartam que

rit vix paruuli sint baptisandi. Videtur q̄ non. nam baptismus est remedium contra peccatum. sed paruuli non habent peccatum quia nec vsus rationis. Ad oppositum est Augustinus de fide ad Petrum qui ponit q̄ habent peccatum

Ad istam questionem dicitur q sic. Et est intentio Bede. et ponitur in ultimo ca? prime distinctionis istius quarti sic in quentis. Qui dudum clamabat per legem aia cuius prepucci circumcisa caro non fuerit perbit de populo suo. nunc per euangelium clamat. nisi quis renatus fuerit etc. Sed in ista qone ponitur opinio Pelagiorum dicentium q paruuli non sunt baptisandi. nam baptismus est contra peccatum seu contra morbum peccati originalis. sed paruuli non habent illud. qz ideo peccatuz quia voluntarium. 3o et bicorum. sed in illis non est tale voluntarium cu? no habeant rationem ergo etc. Sed contra hoc est Gregorius super Exodus in glo. omnes in peccato nati sumus. et carnis delectatione concepti culpam originalem traximus nobiscum. Item David in psalmo. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis coepit me mater mea. Et Aug. li. de si. ad Petrum. et in li. de baptismo paruulorum inquit. Adam per preuaricationis exemplum infecit in se omnes de sua stirpe veturos preter virginem. Et e sua intentio et fidelium q paruuli sunt baptisandi. qz sine eo salo no habetur de conse. di. 4. firmissime. Ad argumentum in principio dico q est voluntarium in se vel in habente vel in radice. i. in primo parente qui habuit vsum rationis.

Secunda questio quarte distinctio
nis vbi queritur vtrum paruuli baptisati recipiant effectum baptismi. Videtur q non. nam nullus recipit gratiam a deo nisi aliquo mo sibi coniungatur. nam actualiter auerso et omnino indisposito deus no dat gratiam. prima aute coniunctio ad deum fit per fidem. ergo non habenti illam non datur gratia. paruulus non habet eam ante baptismum. ergo non datur ei in baptismo. Ad oppositum est Aug. in enchelidion. Dicit q sic. nam sicut creditum est paruulo in baptismo peccatum originale dimitti ita creditum est sibi gratiam conferr. De peccatum originale remittatur per ipsum baptismum probatur de conse. di. 4. regenerante. et c. sine penitentia. vbi habetur q per ipsum originale mortale et veniale peccatum remittitur. Sed pro maiori declaratione videbimus tria. primo an paruuli recipiant fides infusaz secundo vtrum recipiant caracterem. tertio vtrum recipiant gratiam gratum facientem. Quantum ad primum articulum dico q paruuli recipiunt fidem infusam in baptismo qd patet. nam sine fide impossibile est deo placere vt ait Aplos ad Debreos. s. paruuli cito baptisantur placent deo ergo habent fidem. Sed non acquisitam quia eam non lucrati sunt. ergo habent infusam

Quantum ad secundum articulum dicitur q recipiunt caracterem patet. nam congruum est ad formam perfectam ponere aliquam dispositionem. sed gracia est forma perfecta et supernaturalis. ergo est congruum ponere dispositionem. illam autem dispositionem voco caracterem igitur paruuli baptisati recipiunt caracterem. Quantum ad tertium articulum dicitur q deus pro statu nature lapsu de communi lege nulli dimittit culpam quin infundat gratiam. sed paruulis in baptismo dimittitur culpa originalis. igitur infunditur eis gracia gratum faciens illo modo idest q habent dispositionem propinquam ad gratiam gratum facientem. et de facto datur eis. nam in omni baptismo spiritualiter renascitur homo et membrum xpi efficitur de conse. di. 2. qz passus. circa finem. et di. 4. ad hoc. In solutione rationis nota q de potestate absoluta deus potest dare gratiam sine fide. Ibi etiam nota quomodo actus se habet respectu habituum supernaturalium. et q tales habitus inesse non possunt probari ratione naturali. In solutione secunde rationis nota quomodo paruulus coniungit deo in baptismo. Et ibi notatur opinio Alexandri d'ales in. 4. parte summe titulo de baptismo. collatione de baptisandis. q. 1. Et ponitur reprobatio a doctore subtili. nam Alexander dicebat q paruulus coniungebatur deo per fidem parentum. Sed dicit Scotus contra. Si parentes sunt heretici vel infideles. et ideo dicit doctor q datur per causam meritoriam que causa meritoria xpus est.

Ad argumentum in principio dicitur q paruulus coniungitur deo per fidem parentum vel per fidem ecclesie vel per causam meritoriam que xpus est.

Tertia questio quarte distinctio
vbi queritur vtrum paruulus possit in vtero matris baptisari. Videtur q sic. nam donus dei perfectius est q peccatum Ade vt patet Jobanis. 5. paruulus autem in vtero matris potest infici peccato Ade. ergo potest perfici dono dei. et sic recipere sacramentum perfectissimum. Ad oppositum Corinth. p. opoortet nasci carnaliter et spiritualiter renasci. In ista questione ponitur opinio Petri de tarentasia li. 4. di. 6. problema te. 2. q. 1. q non. qz est coniunctus carni sue corruptionis. improbat doctor et dicit q in vtero potest baptisari baptismo flaminis et sanguinis. de baptismo flaminis patet Jere. p. et de Jo. baptista Luce p. De matre xpi hoc tenet firmiter ecclesia. De baptismo sanguinis patet. nam si quis insequitur matrem grauidam et filium in ea existentem. et si quis occidit eam pro fide et filium cuius ea

in hoc casu. si ille moritur pro fide baptisatus est baptismo sanguinis ac si post natiuitatem moriretur. Sed in utero sunt baptisandi baptismo aque est opinio doctoris q̄ paruulus totaliter existens in utero non potest baptisari quia non potest aqua tangi. Ex quo habetur q̄ baptisati in coreo sic q̄ inuoluerentur in coreo q̄ eos non tangeret aqua non sunt baptisati. Sed si quis proiceret aliquem de ponte et diceret illi verba. esset baptisatus. dicunt aliqui q̄ non. et huius intentionis est Scotus. nam ille non esset ad vitam ordinatus vel ad lotionem sed ad mortem. Alii dicunt q̄ esset baptisatus. sed q̄ non debet fieri propter periculum proicientis quia esset homicida. Dices faciet penitentiam. dico q̄ hoc est dubium an tantum tempus dabitur ei. Et quilibet debet magis amare salutem propriam q̄ alienam. Si vero pars principalis id est caput apparet debet baptisari. nec iterum baptisandus est. Si vero sit dubium an sit homo vel mulier datur consilium obstetrici q̄ recipiat equam et liniendo caput dicat creatura dei ego te baptiso in nomine patris etc. Si vero pars minus principalis ut pes vel manus etc. appareat in ea est baptisandus et postea rebaptisandus sub conditione ut habetur extra de bap. et eius effec. c. 2. Et si moritur esse p̄ciendus in loco sacro. Nota in solutione secunde rationis quomodo paruulus in utero matris non est subiectus domino temporaliter sed domino spiritualiter. Sed baptisata muliere pregnante fetus in ea baptisatur. dico q̄ non de conse. di. 4. Si ad matris. et duo capi. se. et c. si baptisata. Ad argumentum dicitur q̄ de bene potest iustificare paruulum non natum per donum suum. sicut dicitur de Jobanne et virgine etc. sed non per illud sacramentum. nam in utero non est capax illius sacramenti.

Quarta questio quarte distinctionis

ubi queritur utrum adultus non consentiens potest recipere effectum baptismi si non habet usum rationis. Videtur q̄ non. nam nullus dissentiens contrahit matrimonium carnale. ergo nec spirituale. quia non minus sed magis requiritur ibi consensus spiritualis. in baptismo autem contrahitur quoddam matrimonium spirituale. quia tunc anima desponsatur deo ergo etc.

Ad oppositum extra de baptismo et eius effec. maiores. Ad istam questionem dicitur q̄ adultus talis vel non utitur ratione nec uti potest nec utetur. et si sic iudicandus est sicut puer maxime si de eius cura desperatur. Si vero aliquando habuit rationem et expectatur q̄ habere poterit mediante aliqua curatione. dico q̄ ille expectandus est nisi immineret periculum mortis. Si vero modo

non habet usum rationis sed aliquando habuit. dico q̄ iudicandus est secundum statum in quo perdidit sensum. nam si tunc erat sua intentio recta sic iudicandus est secundum illam. si vero non dimittendus est. Si autem habet usum rationis et nullo modo consentit non recipit sacramentum. si vero consentit tamen non cogitat. dico q̄ suscipit sacramentum. nam non obligatur q̄ non sit distractus sicut de sacerdote. nam si dicendo verba sit distractus at tamen postquam intentio sua erat conficere conficit. sic de baptisante. et ideo debet clericus protestare antequam creata sacrificia q̄ vult celebrare secundum ritum ecclesie et omnia ad seruicium dei deputare. Si vero sit aliquis qui ut possit euadere mortem vult fieri christianus tamen eius intentio non est. Dico q̄ in isto dubium est licet recipiat sacramentum si recepit rem sacramenti. quia deus per sapientem dicit proverbiorum 3. fili prebe mihi cor tuum. nolens aliquem inuitum ascribi familie sue. et suscipiens baptismum ascribitur per hoc familie. Et si quis dicat iste actus fuit voluntarius et inuoluntarius et tamen voluntate voluntarius. sicut de proiciente mercurio in mari. Et sic isti dicunt q̄ ille est vere christianus. Alii dicunt q̄ in ista ablutione si ipse consentit sicut ecclesia. vel recipit eam eo modo quo intendit ecclesia ipse est christianus. si vero accipit ut quoddam balneum est dubium. Sed siue illud siue istud est cogendus ad ecclesiam. dicitur q̄ sic quia ecclesia iudicat de exterioribus et non de interioribus. et talis baptismus verus est si secundum ritum ecclesie sit factus de conse. di. 4. solet. et duobus. c. sequen. sed talis non prodest ad salutem nisi simulatione cessante de conse. di. 4. tunc valere incipit. Aliter doctor resoluit istas questionem dicendo q̄ non consentiens potest intelligi dupliciter scilicet negative et contrarie. negative ut cum negat actualem consensum contrarie vero ut cum ponit actualem dissensum. Et patet illa distinctio quia non est idem non velle et nolle ut dictum fuit dist. 1. primi. Iterum dissentire potest quis dupliciter videlicet simpliciter et secundum quid. nam qui propter tempestates proicit merces in mari simpliciter vult et secundum quid non vult ut. 3. et bicoz patet. c. de voluntario et inuoluntario. et secundum hoc erunt tres articuli. Primus articulus q̄ non consentiens simpliciter nec secundum quid non recipit baptismum. nec effectus baptismi patet nam deus non vult aliquem ois inuitum ut supra dictum est proter. 3. Secundus articulus q̄ dissentiens simpliciter et consentiens simpliciter recipit baptismum sicut patet de illo qui consentit propter minas hoc patet extra de bap. et eius effec. c. maiores. ubi dicitur q̄ quidam ad christianitatem coacti sunt et nobis sunt sacris diuinis associati. Tertius articulus q̄ si

non consentit negative recipit baptismum qz non oportet semper in sacramentis prebere actualem consensuz sicut patet de sacramento conficiente corpus xpi qz quando consecrat potest alibi cogitare z non habere talem considerationez ad corpus xpi. sed vere cōsecrat. Sic recipiens potest recipere z non habere actualem considerationem. Ad argumentum in principio dico qz baptismus magis proprie est adoptio in filium qz matrimonium. naz paruulus proprie non potest dici contrahere matrimoniu cum nō utatur ratione. cuius vsus requiritur ad omnem contractuz. in adoptione autem sufficit solus actus adoptantis z si nullum actuz habeat adoptatus.

Quinta questio quarte distinctionis

vbi queritur vtrum adultus fictus suscipiat graciaz baptismi. Videtur qz sic. nam habetur ad Galatas. 3.º quotquot in xpo baptisati estis xpm induistis. sed nullus induit xpm nisi accipiendo gracia fiat conformis xpo ergo &c. Ad oppositum est Aug. de penitentia. c. 2.º. In ista questione sunt duo articuli. primus vtrum fictus interius z non exterius recipiat rem sacramenti. secundus si non volens se separare a peccato vel infidelitate recipit sacramentum z rem sacramenti. Quantum ad primum articulum dico qz fictus in recipiendo potest dupliciter esse. vno modo qz ostendat se velle recipere ablutionē baptismi eo modo quo ecclesia intendit illam conferre z tamen oppositum habet in animo. et iste dico qz non recipit sacramentum nec rem sacramenti. tamen ecclesia cogit cum ad obseruantiam fidei xpiane. nam ecclesia presumit partem meliorem vbi signa in meliorem partē p̄tendunt. sicut de matrimonio. naz si quis iurasset alicui per verba de presenti sine testibus z postea iurasset alteri cum testibus ecclesia staret pro secundo matrimonio licet primum esset legitimum. Quantum ad secundum articulum dicitur qz si aliquis est fictus ostendendo se esse dispositum ad recipiendum sacramentum. z tamen interius est indispositus propter infidelitatem vel aliquod peccatum mortale. in quo vellet remanere sic dicit qz non recipit rem sacramenti. cuius ratio est qz deus non iustificat nisi volentem secunduz illud Aug. Qui creauit te sine te non saluabit te sine te. Et ad istam etiam intentionem loquitur Aug. in li. de penitentia. c. 2. et ponitur in lra. omnis enim qui ias sue voluntatis arbiter est constitutus cum accedit ad sacramentum fidei nisi peniteat eum vite veteris nouam inchoare non potest. Sed in quo differunt isti duo ficti in duobus articulis. Dicunt qz

si primus deponeret fictionem esset rebaptisandus quia nec suscipit sacramentum nec rem sacramenti. sed fictus secundo modo si deponeret fictionem non esset rebaptisandus quia talis licet non habuerit rem sacramenti habet tamen sacramentum. et sic iste nō oportet nisi qz peniteat z confiteatur suum crimen. Ad argumentum in principio dico qz omnis baptisatus induit xpm quantum ad hoc qz xpi familie ascribitur. sed non semper induit xpm per caritatem vel gracia. Vel dic qz talis fictus non est baptisatus in xpo sed in xpi nomine.

Sexta questio quarte distinctionis

vbi queritur vtrum iam iustificati teneantur ad susceptionem baptismi. Videtur qz non. nam non legitur de apostolis nec de beata virgine qz fuerint baptisati. Ad oppositum Johānis. 3.º nisi quis renatus fuerit ex aqua. In hac questione non sunt opiniones. et sic conclusio sit ista qz tā baptisati baptismi fluminis qz baptisati baptismi sanguinis si remaneant viatores tenentur ad baptismum fluminis. et ratio est qz tenentur cōmunicare cuz mēbris ecclesie. sed alia mēbra habēt baptismū fluminis gº &c. Item qz preceptum implendum est. sed preceptus est qz quilibet sit baptisatus baptismi fluminis ergo &c. Secus ē de his qui non remanent viatores. nam illi excusantur qz preuenti morte. In solutione prime rationis principalis nota qz apostoli cum debuissent esse veri sacerdotes z vere alios baptisantes. nam eis dedit potestatem Marhei vlti. Euntis baptisate &c. Ordo autem sacerdotii presupponit baptismum saltem de congruo extra d̄ presbitero non bapt. c. veniens. ideo tenendum est qz fuerint baptisati. nec videtur necessitas qz xpus in hoc cum apostolis dispensauerit quia nulla ratio videbatur dispensandi. Sed de beata virgine doctor dubitat z de ea dicit sic. Consimiliter supponendum ē de beata virgine nisi forte sit excepta ab illa lege. nam de ipsa fuit ratio dispensandi quia habuit inceptionem filii sui z illam dispensationem gracia ad quam deus eam disposuit peruenire. Ibi nota qz cuiunqz recipienti sacramentum semper additur gracia nisi iam peruenierit ad terminum qz de nullo tenetur qz esset in termino nisi de beata virgine forte. De xpo non oportet loqui. naz ipse gracia exempli suscepit baptismum. nam in hoc qz xpus mundus a peccato baptisari voluit exemplum baptisandi nobis in peccato natis dedit de pse. di. 4. si baptisata ē. z. c. nō regenerantur. qz apli essent baptisati tempore xpi habēs de pse. di. 4. qm nō recol. z. c. se. Ad argumentum in principio patet p ea q̄ dicta sunt.

Septima questio quarte distinctionis

nis ubi queritur vtrum omnes baptisati recipiant equaliter effectum baptismi. Videtur q̄ sic. quia effectus baptismi magis dependet a p̄ferente q̄ a suscipiente. sicut effectus magis dependet a causa efficiēte q̄ a materia. sic in proposito. Ad oppositum actus actiuorum magis sunt in paciente disposito 2º de aīa. ergo in magis disposito perfectius accipitur effectus. In hac questione ponuntur quedam distinctiones aliorum doctorū sc̄z Thome et Ricardi in. 4º dis. 4. q. 3. articulo. 3. Et de effectu baptismi qui habet plures effectus sc̄z gratiam causare. et fomites reprimere. et ostendit q̄ ista diminutio fomitis nō est in se forma liter sed in effectu suo. In hac tamen questione ponuntur tres articuli. primus si ex parte dei datur maior gratia vni q̄ alteri. secundus si xp̄us in passione se offerebat magis pro vno q̄ pro alio. tertius si ex parte recipientium sit equalitas. Quantum ad primum articulum restringēdo solutiones ad gratiam dicitur q̄ ad istum effectum concurrat deus vt causa principalis. concurrat secūdo passio xp̄i. concurrat tertio suscipiens. Sed restringendo articulum ad ipsum deum dicitur q̄ de lege cōmuni prima gratia non datur maior absq̄ omni differentia a deo extra causam principalem. sed de speciali beniuolentia potest deus et facit et sic dat illud effectum id est gratiam equaliter et inaequaliter. Quantum ad secundum articulum de passione xp̄i tanq̄ causa meritoria. dicitur q̄ passio xp̄i potuit efficacius operari ad gratias in vno q̄ in alio nam xp̄us ponitur cōmuniter noscere omnia que deus nouit scientia visionis et per p̄sequēs nouit oēs electos ad quē gradū glorie fuerunt electi. potuit ergo pro predestinato ad maiorem gloriam plenius offerre passionem suam. Item passio xp̄i efficacius operatur pro nobis qui sumus in lege euangelica q̄ pro patribus in lege Moyse. Quantum ad tertium articulum. i. si ex parte recipientium sit equalitas. dicitur q̄ potest esse equalitas et inaequalitas. nam si sint ambo paruuli q̄tum est ex parte eorū nulla est inaequalitas. potest tamen esse inaequalitas vel ratione parentum vel assistentium vel ratione ministri. quare magis optandum est baptisari a bono ministro q̄ a malo. Si autem sit vnus adultus et alius paruulus perfectius accipiet adultus effectum. et hoc si bene recipit. Et nota in solutione rationis principalis q̄ baptismus plus dependet a ministro ad hoc q̄ sit sacramentum. q̄ in eo requiritur simpliciter intentio non sic in suscipiente. quia si paruus ē nō

potest vt ratione. sed quoad hoc vt hic effectus maior vel minor recipiatur magis dependet a baptisato. Sed mouetur dubium quid faciendum est de paruulo inuento de quo non scitur an sit xp̄ianus vel non. dicitur q̄ si de eo possint haberi signa xp̄ianitatis non est baptisandus. sed si non. dicitur q̄ sic. sed cum hoc baptismus debet fieri tute dicendo. si non es baptisatus etc. Ad argumentum in principio dico q̄ baptismus plus dependet a ministro ad hoc q̄ sit sacramentum. sed quoad hoc vt hic effectus maior vel minor recipiatur magis dependet a baptisato.

Octaua questio quarte distinctionis

ubi queritur vtrum paruuli iudeorum sint inuitis parentibus baptisandi. Videtur q̄ non. q̄ coacta seruicia non placent deo. Ad oppositum minus malum est vt sint xp̄iani cum de aliquibus possit haberi spes que non haberetur si essent iudei vel infideles. Ponit primo opinionem sancti Thome secunda secunde. q. 10. articulo. 12. et Ricardi in. 4º di. 6. q. 3. articulo. 3. et est sententia istorum q̄ non sunt baptisandi. nam si darentur patribus tunc baptismus esset in contumeliam fidei xp̄iane. si non darentur parentibus tunc fieret eis iniuria. Nam dum sunt paruuli ius habent parentes in eis. Sed Scotus dicit q̄ licet iste rationes babeant verum q̄ persona priuata non debet facere. tamen q̄ princeps potest facere cum illi sint sibi subditi in regimine reipublice. nam in paruulo deus habet maius ius domini q̄ parentes. vniuersaliter enim in potestatibus ordinatis potestas inferiorum non obligat in his que sunt contra superiorem sicut docet Augustinus d̄ verbis domini Omelia sexta. et ponitur c. vlt. secundi libri. Sed Scoti sententia ista est. dico ergo breuiter q̄ si princeps hoc faceret cum cautela bona scilicet ne parentes prius cognoscentes hoc futurum occiderent pueros suos et q̄ baptisatos facerent religiose educari bene fieret immo quod plus est crederem religiose fieri. si ipsi parentes cogentur minis et terroribus ad suscipiendum baptismum. et ad seruandum postea susceptum. quia posito q̄ ipsi non essent vere fidei in animo tamen minus malum est in eis non posse impune legem suam illicitam seruare q̄ posse eam libere seruare. Item filii eorum si bene educantur in tertia vel quarta progenie erunt vere fideles. Quod paruuli sic baptisati sint xp̄iani habetur maxime cum paruuli in fide patrum possint baptisari. 1. q. 4. placuit. vel in fide dantis de conse. di. 4. constat. Et si dicas q̄ secundus propheta 3. quā recitat Paulus ad romanos. Reliquie israel auertentur in fines. quapropter

non est necessarium iudeos cogi totaliter ad baptismum suscipiendum et relinquendum legem suam. Dicitur quod verum est quod debet manere hebrei usque ad finem mundi. sed non in tanta quantitate.

Ad argumentum in principio patet per ea que in littera dicuntur

circa distinctionem quintam que

ritur utrum malicia ministri impediatur conferri verum baptismum. Videtur quod sic per Augustinum de baptismo separati formam habere possunt virtus in eis esse non potest etc. Ad oppositum est magister in littera. In ista questione non sunt opiniones. Sed veritas huius questionis est et intentio doctoris quod quavis minister sit hereticus siue scismaticus siue malus quocumque modo salva unitate ecclesie et si intendat facere que facit ecclesia et seruet modum ecclesie vere confert baptismum. et talis baptismus vere habet effectum in baptisato non obstante malicia ministri. hoc habes. l. q. i. dictum est a domino. §. cum vero. cum duobus c. se. r. 19. di. secundum. et de conse. di. 4. si ita et duobus. c. se. Et enim non merita ministrorum sed virtus christi in baptismo operatur de conse. di. 4. baptismus. Et confirmantur hec argumento a fortiori. quod si a pagano vel iudeo baptismus in forma ecclesie datur est verus de conse. di. 4. Romanus. Si quis dicat propter quid hoc est dicitur quod ita placuit christo instituire ut malicia ministri non impediret sacramentum nec eius effectum. Et quod sic instituerit Augustinus colligit ex auctoritate Iohannis baptiste. Super quem videris spiritum sanctum descendere hic est qui baptizat. et scribitur Iohannis primo. In solutione ultime rationis nota quod omnes obligantur explicite ad credendum articulos fidei et pertinentia ad illos. Alia vero sunt ad que homo non tenetur statim nisi dum fuerint declarata ab ecclesia ut sunt multe conclusiones necessario incluse in articulis fidei et tamen oportet ante circa illas sobrie operari videlicet quod homo sit paratus eas credere pro tempore pro quo fuerit veritas declarata. Sed si non esset intentio vicarii baptizare et tamen faceret cum forma ecclesie esset baptisatus. Dicit quidam quod sic non baptismus aque sed baptismus flammis extra de bap. c. debitus. Etiam si quis deridendo sacramentum diceret infidelibus verba et alia scilicet formam dicitur quod eos baptisaret non baptismus sanguinis sed flammis. Sed quis potest seipsum baptizare dico quod non. sed si mouitur cum tali intentione esset baptisatus baptismus flammis et esset renatus in voto licet non in aqua. Ad argumentum in principio dico quod intelligitur de his qui sunt separati per maliciam qui non accipiunt rem sacramenti.

Secunda questio quinte distinctionis

ubi queritur utrum recipiens baptismum scienter a malo ministro peccet mortaliter. Videtur quod sic quod cooperans alicui ad peccandum mortaliter peccat mortaliter. sed recipiens a malo ministro scienter est huiusmodi ergo etc. Ad oppositum est de conse. di. 4. romanus. In ista questione sunt due opiniones. Prima est Ricardi in presenti distinctione. q. 4. articulo. 3. quod licet minister sit prescissus ab ecclesia et tenetur ab illo recipere. Alia est opinio quod non tenetur recipere si fuerit paruulus siue adultus. et est opinio sancti Thome in presenti distinctione. q. 2. articulo. 2. ad primum et 2. articulum secunde questionule. Sed doctor improbat istam opinionem. ubi nota quod preceptum inferioris non obligat contra preceptum superioris. Et ideo ponitur duo articuli. primus de malo presciso. secundus de malo non presciso. Quantum ad primum articulum dicitur quod adultus potest recipere a malo presciso baptismum. et hoc potest haberi ab Augustino contra donatistas li. 6. satis cito post principium. Et dicit tertus potest tradere separatim. Item de conse. di. 4. romanus. Et dicitur in fine. c. romanus pontifex non attendit hominem qui baptizat sed deum. et si paganus sit qui baptizat. est verus qui ab hereticis scienter baptisatur quia tunc nihil gratie receperunt per impositionem manus sunt ecclesie reconciliandi. pri. q. 1. et quidam dicunt de conse. di. 4. quauis. Si autem baptisandus sit paruulus nec alius qui baptiset potest haberi tenetur paruulum exponere baptismum malo ministro. nimis enim durum videretur diceretur quod tenetur paruulus perpetuo damnari dimittere cum possit habere aliquem qui eum baptisaret cum saluetur cum quocumque baptisante. Et si paganus baptiset 3. illud de conse. di. 4. romanus. nam in necessitate licite recipitur baptismus a quocumque. 24. q. 1. Si quem 32. q. 4. Iste. §. se. de conse. di. 4. constat. Quantum ad secundum articulum de malo non presciso dicitur quod si sit malus non tamen notorie potest ab illo recipere etsi non sit in necessitate. si tamen notorie sit malus et sibi incumbit ex officio si alius potest haberi et si sine scandalo expectetur si alius non possit haberi vel sine scandalo non posset denegare non velle recipere ab illo suscipiat ab eo. Et si non sibi incumbat ex officio sed alius non potest haberi suscipiat: nam iam in necessitate ab heretico acciperet. ubi nota quod malus sacerdos preferendus est bono layco. et hoc habes in solutione rationis principalis. nam excepta necessitate baptismus a sacerdotibus debet dari. 23. di. diacones de consecratione. di. 4. constat.

In solutione tertie rationis nota q̄ in casu ubi non possit haberi minister volens baptizare nisi cōmittendo symonias nullo modo debet aditus a tali baptizante baptismum recipere. etsi sit parvulus potius est dimittendus mori sine baptismo. Uel dicit Scotus baptiset ipse si potest. i. si non sit mancus vel mutus baptiset suus parvulum. nam in necessitate a patre potest conferri carnali. et ob hoc non ideo pater impeditur q̄ non possit reddere debitum mulieri. 30. q. 1. ad lumina. nec si alter eorum propter malicias proprium filium eleuaret de fonte ut ne ob hoc haberet reddere debitu petenti excusaretur. 30. q. 1. per totum. Uterius dicit Scotus q̄ potest aqua non ut consecrata emi vel etiam labor baptizantis.

Ad argumentum in principio patet per ea que in littera dicuntur

Tertia questio quinte distinctionis

ubi queritur utrum aliquis debeat ministrare baptismum quando presumitur baptismationem vergere in periculum vite corporalis eius qui suscipit. Videtur q̄ non. nam magis debet amare se et vitam suam q̄ alterius per illud. 9. ethicorum. Ad oppositum esset durum ut illum scienter dimitteret damnari et c. Dic doctor dicit sine argumens q̄ si presumptio est probabilis non debet utpote proicere in puteum vel flumen. Si vero presumptio non sit probabilis sed magis irrationabilis ut pro modica frigiditate aque dico q̄ debet. Sed si proiceret in riuo esset baptizatus. Aliqui dicunt q̄ sic si faceret cum intentione baptizandi. sed ipse remaneret in peccato mortali. Et quilibet debet magis amare animam suam q̄ alterius. 9. ethicorum. cum amabilia ad alios procedant ex amicabilibus nobis. Sed Scotus dicit in hoc passu q̄ non esset baptizatus. cum baptismus ordinetur ad vitam et non ad mortem. Accipe opinionem quam voluens. Sed si aliquis ut non proiciat aliquem in puteum dimittit eum mori et scit ens damnatum stante tali conscientia si debet baptizare. dico q̄ non nisi deponat illam conscientiam. Et si baptizando moritur creatura vel ex frigiditate aque vel caliditate est irregularis. dico q̄ debet se gerere ut irregularem licet non sit. Item dicit Scotus q̄ stante tali conscientia magis vitandum esset clerico q̄ laico baptizare. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Intra distinctionem sextam queritur

utrum solus sacerdos possit baptizare. Videtur q̄ sic. Hic de officis li. 2. c. 25. constat baptismum solis sacerdotibus traditum. Ad oppositum de conse. di. 4. In illa questione

ponuntur tres articuli. Primus articulus est q̄ congruum est solum viatorem baptizare patet. q̄ xps instituit sacramentum baptismi et fuit homo. tum q̄ in sacramento baptismi est aliquid sensibile et aliquid spirituale. et per consequens magis competit veteri sensu et intellectu q̄ nature pure intellectuali. Secundus articulus est q̄ congruum est inter viatores solum sacerdotes baptizare patet q̄ baptismus recipitur per damnum in collegium ecclesie militantis. Sed receptio alicuius in aliquod collegium pertinet ad presidentes et ad auctoritatem habentes in collegio. tales autem sunt sacerdotes et episcopi et alii superiores prelati. Tertius articulus est q̄ in necessitatis articulo quilibet homo potest baptizare patet. nam tabula contra naufragium tempore naufragii potest a quolibet non impedito ministrari. sed baptismus est talis tabula. ergo potest a quolibet ministrari si habeat manus et linguam. 32. di. preter. §. verum. et §. porro per totum. Sed angelus in assumpto corpore potest baptizare. dico q̄ si illud faceret angelus bonus esset verus baptismus. sicut legimus de sancta Cristina quaz baptizauit angelus in lacu vulcano. Si autem est malus angelus et faceret ex precepto diuino adhuc esset verus baptismus. Sed quoniam occurrit talis casus sicut dicit Bonaventura. q. 1. huius distinctionis esset diuina reuelatio expectanda. Sed si malus angelus non baptiset ex precepto diuino. dico q̄ est iterum baptizandus. Ad argumentum in principio dico q̄ intelligitur q̄ solis sacerdotibus est traditum ex officio vel ex congruitate. sed non ex necessitate.

Secunda questio sexte distinctionis

ubi queritur utrum unitas baptismi necessario requirat q̄ ab vno ministro deferat. Videtur q̄ non. q̄ vnus potest simul plures baptizare. 9. et plures vnus. contra patet a simili. Ad oppositum minister ibi representat xpm qui est mediator dei et hominum. s. xps vnus est. 9. et minister. In hac questione non sunt opiniones ideo ponuntur tres breues conclusiones. Prima est q̄ si duo baptisent vnum aliquem quorum quilibet totum facit talis est baptizatus. hic ponit vnus correlatiuum q̄ baptismus magis est baptizatio passiva q̄ actiua. Secunda conclusio est q̄ si neuter totum faciat. s. alter abluat et alter verba dicat nihil fit. Tertia conclusio est q̄ vnus sacerdos pluribus si verba proferat et eos aqua perfundat omnes illos baptizat tamen ipse clericus peccat mortaliter nisi excusetur q̄ erat causa necessitatis. s. q̄ esset periculum q̄ ab eo vellat mori. Item non. q̄ baptismus talis in pluribus non est vnus s. plures. Sed aliquis quereret qualiter modus est baptizandus. dicit q̄ si sint due anime oportet q̄ sint plures baptismi. si vna anima tantum non oportet q̄ sit nisi vnus baptismus.

Sed si mancus diceret verba et mutus spargeret aquam utrum ille esset baptisatus. Aliqui dicunt quod est distinguendum vel secundum Latinos vel secundum Grecos. dicunt quod secundum Latinos non esset baptisatus. nam in ritu Latinorum debet poni ego te baptiso quod non posset fieri a muto per se. nec a manco per se. Si vero baptisaretur in forma Grecorum dicunt quod esset baptisatus. nam ibi non exprimitur pronomen ego. sed fit in tertia persona ut baptisatur seruus christi. De his opinionibus tene quam vis. Ad argumentum in principio patet per ea que in questione dicuntur.

Tertia questio sexte distinctionis

ubi queritur utrum requiratur simul esse ablutionem et horum prolationem. Videtur quod non. quia eucaristia est unum sacramentum et tamen inter verba consecrationis super panem. et verba consecrationis super vinum est magna interpositio ab illo loco. simili modo versus hoc est. Ad oppositum est Augustinus super Iohannem Omelia. 80. Est opinio Bernardi glossatoris in hoc passu quod sic quod si puer non esset in aqua antequam ultima sillaba finiretur non esset baptisatus. Sed doctor improbat hanc opinionem. Est opinio doctoris quod sufficit illa simultas que concedi potest in actibus humanis. nam non est necessarium instans cum apostoli baptisantes tria milia in vno die. Actus. 2. non semper cum ultima sillaba forme asperserunt aquam. ideo dicit Scotus. dico ergo quod talis simultas requiritur qualis requiritur in actibus humanis. noluit enim christus nos obligare ad tam subtilem simultatem quam vix posset homo percipere vel seruare. Judicatur autem simultas inter factum hominis et verbum quando unum incipit antequam finierit aliud vel econtra. verbi gratia. Si quis dicat ante orationem faciet hoc et fricet barbam. siue incipiat actum suum ante prolationem siue econtra. dum tamen unum non finiatur complete ante inceptionem alterius. dicitur simul dixit hoc et fecit hoc ita dico quod siue sacerdos prius immergat vna immersione ubi mos terre est immergere ter postea incipiat verba. et dicto Ego te baptiso immergat. tamen illis verbis sequentibus simultas est sufficiens breuiter tunc prolatio non finiatur ante inceptionem ablutionis. nec ablutio finiatur ante inceptionem prolationis. Nam accedit verbum ad elementum et fit baptismi sacramentum ut habetur. 1. q. 1. detrabere. Ad argumentum in principio dicitur quod non est talis vnitas inter species panis et vini qualis est in sacramento baptismi. ille enim non sunt tales partes quarum neutra signat sine altera. vere enim species panis continet corpus christi

ante consecrationem sanguinis. sed hec verba baptismi nihil sunt sine ablutione et econtra.

Quarta questio sexte distinctionis

ubi queritur utrum teneatur baptisans distingui a baptisato. Videtur quod non. quia sacerdos potest sibi ipsi dare eucaristiam patet in missa. ergo sic potest illud sacramentum recipere a se ipso. Ad oppositum extra de bapt. et eius effec. debetur. Illa questio soluitur expresse in. c. illo debitum pro parte affirmatiua. ad quas adducitur ibi figura auctoritas et ratio congrua. figura quod ad hoc designandum christus non a se sed a Iohanne voluit baptisari. Auctoritas ex verbis domini colligitur dicentis apostolis. Ite baptisate omnes gentes in nomine patris etc. ubi discipulos exprimit in vnam personam et baptisandos in aliam. ratio congrua quod in baptismo debet esse diuersitas personarum testificanti-um ingressum illius in religionem christianam. vel quod 3. Aug. nemo se ipsum gignit. Item quod sicut ad ingressum mundi habuit parentes carnales ad instruendum et nutriendum corpus carnale. sic ad ingressum religionis christiane debet habere parentes spirituales ad animam informandam. nam illi qui in baptismo suscipiunt dicitur patres spirituales. 30. q. 1. ad lumina. §. filia. Sed baptismatum non debent plures accipere quod vnus de conse. dis. 4. non plures. et c. in cathecismo. Item quod est decens licet non sit prohibitum coniuges simul alterius puerum de baptismo non leuare. 20. q. 4. quod autem. nam vno coniugum suscipiente puerum alterius in baptismo vterque fecisse iudicatur et vterque compater efficitur. 30. q. 4. sciscitatur. et c. si quis. Ad argumentum in principio patet quod non est simile.

Quinta questio sexte distinctionis

ubi queritur utrum in baptisante requiratur intentio. Videtur quod non. nam instrumentum non oportet quod habeat intentionem. patet de securi. sed minister est instrumentum gratia etc. Ad oppositum de conse. di. 4. regenerante. In hac questione tenet quod sic. ubi ponitur congruentia sancti Thome in. 4. dis. 6. q. 1. articulo. 1. ad primam questionem. Sed ad questionem dicit doctor quod intentio requiritur necessario quod aliter non esset actus humanus. sed intentio debet esse talis qualis sufficit ut intendat facere quod ecclesia intendat licet credat hoc nihil valeret. Et hoc instituit propter necessitatem baptismi ne infidelitas noceret

baptifan dis hec probantur optime de conse. di. 4. regenerante. vbi habetur q̄ verus baptismus non tantus constat in oblatione corporis quantum in fide cordis quod intellige in fide recipientis si sit adultus v̄ patrinoꝝ si sit infans. In solutione rationis principalis vbi ponitur q̄ instrumentus non habet intentionem. ⁊ sic minister non habet intentionem quia est instrumentus. Dicit doctor q̄ dimissis quatuor nominibus instrumenti in ista nominatis q̄ argumentum tenet de instrumento non habente intentionem. cui impositum fuit proprie nomen instrumenti vt de Dolabra ⁊c non de instrumento qualis est minister. In solutione secunde rationis nota quomō intentio requiritur ad sacramentum licet non sit de integritate sacramenti. In solutione tertie ratio nis nota quomodo infidelis potest habere intentionem sufficientem illo modo q̄ sicut circumcisio saluat eos. sic baptismus xpianos. ⁊ cum hac intentione baptizare nos saluat. In solutione vltime rationis nota q̄ si aliquis est ebrius q̄ nunq̄ exeat ab ebrietate non potest baptizare. si vero aliquando exeat potest maxime si non sit impeditus ratione. q̄ si sic non potest baptizare. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Septima questio septe distinctionis vbi

queritur vtrum in baptifante requiratur intentio actualis. Videtur q̄ sic q̄ ab actu primo non prodit actus nisi mediante secundo intentio habitualis est sicut actus primus. ergo ab ea non procedit actus sine intentione actuali que teneat locum actus secundi. Ad oppositum minus sufficit in ministro ad merendum q̄ ad sacramentum conferendum. sed ad meritum non requiritur intentio actualis. ergo nec hic. In hac questione nota duas opiniones. Prima est Ricardi in. 4. di. 6. q. 3. articulo. 1. Secunda est doctoris subtilis ponentis diuisionem intentionum trimembrem. ⁊ sic in quibus q̄ intentio quedam est actualis quedam habitualis. alia virtualis. Actualis dicitur dū quis habet actum elicitem respectu illius qd̄ intendit. habitualis dicitur dum quis habet inclinationem ad talem actum. ⁊ sic dormiens habet illam. virtualis dicitur quia virtute intentionis habite facit actualiter. Intentio doctoris est q̄ non requiritur actualis quia si non actualiter consideret potest baptizare. nec habitualis quia dormiens habet illam sed nihil operatur. sed requiritur virtualis. nam virtute intentionis habite facit actualiter suam operationem vt ille qui vadit ad sanctum Jacobum. Si queratur quomodo potest aliquis effectus qui modo ē reduc in illam

intentionem primam sicut in causam. si nunc non est illa intentio actualis nec aliqua alia imperans illum actus. dicitur ad hoc q̄ in appetitu sensitivo siue in fantasia est alia dispositio s̄ quam mouet cessante actu voluntatis imperantis eis. vel aliter ad propositum q̄ siue voluntas actu intendens aliquid relinquat in potentis inferioribus siue non. ordinate tamen habet suas voluntates respectu finis ⁊ eorum que sunt ad finem. ⁊ cum ad aliquas illarum peruenerit ⁊ actum potentie inferioris correspondentis imperauit potest actus inferior ille imperatus manere licet intentio nec prima nec secunda maneant. et dum manet ille actus voluntate quacumq̄ distracta dicitur manere intentio virtualis. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Septima questio septe distinctionis

vbi queritur vtrum baptismus possit iterari. Videtur q̄ sic. quia eucaristia potest iterari ⁊ tamen est sacramentum excellentissimum. ergo a fortiori baptismus. Ad oppositum d̄ conse. di. 4. In hac q̄ne omnes fideles cōcordant q̄ baptismus non est iterandus. Sed doctores differunt in ratione quare nō sit iterandus. Et sic ponitur opinio sancti Thome in. 4. di. 6. q. 2. articulo. 1. ad primam questionem. Et Alexandri de ales. 4. parte sume. q. de baptismo. Et prima opinio tenet. q̄ xp̄us semel baptifatus fuit ideo baptismus non debet iterari. Secunda opinio tenet q̄ ideo non iteratur quia imprimitur character. Sed doctori ista nō placent. sed q̄ ideo non iteratur quia xp̄us sic instituit. Et q̄ nō ē alia causa nisi voluntas eius. Canonice tenent q̄ non est iterandum sacramentum ne sibi fiat iniuria de conse. di. 4. ostenditur. Dixi supra in. 3. q. 2. distinctionis in fi. Ad arḡ in prin. dico q̄ consecratio non potest iterari. i. illa verba super eandem materiam. ⁊ si fieret nihil esset postq̄ iam ostia est consecrata.

Octava questio septe distinctionis

vbi queritur que sit pena iterantium baptismum. Juxta istam materiam est notandum q̄ duplex est ignorantia. quedam vocatur ignorantia iuris. alia vocatur ignorantia facti. Iterum ignorantia iuris est duplex. Prima dicitur iuris diuini scilicet ignorare quod deus instituit q̄ baptismus non iteretur. Secunda dicitur iuris canonici sc̄ ignorare q̄ ius canonicus impositum talem penam q̄ qui baptismum iteraret esset sic puniendus et nulla istarū ignoranciarū excusat peccatum vt habet extra d̄ apostola. et l̄arum. Alia est ignorantia facti vt quando quis baptifans

ignorat an ille sit baptisatus nō lominus baptisandus. ignorat an ipse sit baptisatus. Et ista ignorantia facti bene excusat. et ratio est. nam dum clericus baptisat puerum nescit nec tenetur scire an vetula baptisauit. satis est ei q̄ interroget eaz an ille sit baptisatus et si vult fieri xpianus et sic cū illo respōso baptiset. vñ dō tñ semp̄ huiusmodi cautela. si non es baptisatus ego te baptiso. et dūz cōtrarium inueniretur. nec ipse est irregularis nec suscipiens ignoranter. nam nemo cogitur scire circumstantias particulares tertio Ethicorum. et sic excusatur. Et licet Canoniste dicant vt habetur per illud de consecratione di. 4. de quibus. q̄ siue scienter siue ignoranter euz baptiset q̄ est irregularis. Et tamen opinio Scoti est q̄ si solum sit ignorantia facti q̄ non est irregularis secus est si faciat scienter. nam qui scienter rebaptisatur deum abnegare dicitur et per multaz penitentiaz reformatur de conse. di. 4. eos quos Item q̄ catholicus rebaptisare scienter manifestissimuz scelus est de con. di. 4. rebaptisare. et talis rebaptisatus scienter irregularis efficitur. et punitur de conse. di. 4. Qui bis. et. c. se. Etiam q̄ rebaptisatus ignoranter non debz promoueri. si. di. qui in aliquo so. di. Confirmandum est in si. Et notandū q̄ si sciens vel ignorans ignorantia iuris peccauerit in occulto vel in manifesto. in occulto potest dispensari ab ordinario vel ab alio facilius. sed si manifesto talis dispensatio spectat ad summū pontificez. Et nota q̄ de hoc idest de ignorantia iuris et facti habetur extra de regu. iuris. li. 6. ignorantia. et plene per glo. 1. q. 4. §. notandum. et 38. di. in summa. Et nota hic illam regulam. ignorans ignorabitur. i. si aliquis sit causa sue ignorantie non excusatur. et hoc potest colligi ex. 3. ethicorum.

Una questio serte distinctionis vbi

queritur vtrum in baptismo imprimatur character. Uidetur q̄ non. qz circumcisio non expressit characterem ḡ. nec baptismus. n̄a patet. qz circumcisio succedit baptismus tanq̄ remedium et c. Ad oppositum est Dionisius de angelica iherarchia. c. 2. In ista questione sunt tres articuli. primus ē quid importatur nomine characteris. secundus si in baptismo imprimatur character. tertius si character impressus sit forma delibibilis vel indelibibilis. Quantum ad primū articulum sunt tria notanda. primū q̄ character idem est q̄ signum vel figura. sed hic intelligitur de signo in anima et non in corpore. et de tali est intentio. Secundo notandū q̄ illud spirituale impressus anime in baptismo nō ē gracia nec aliqua virtus infusa puta fides spes vñ caritas. patet

nam character semper imprimitur in baptismo. sed ista tria nō semper imprimuntur vt in ficto baptisato. Tertio notandum q̄ illud spirituale impressum aīe qd̄ dicitur character habz ad minus quin qz proprietates. prima est q̄ est signum assimilatiuum alteri habēti. secunda q̄ est signum distinctum a non habente. tertia q̄ ē signum memoratiuum sacramenti suscepti. quarta q̄ est signū conformatiuum. quinta q̄ est signum obligatiuum qz suscipiens sacramentum obligatur deo. Quantum ad secundum articulū ponit tres opiniones de caractere. Una q̄ in nullo sacramēto imprimitur character aliquis. Et ponitur in decreto. 1. q. 1. quidam dicunt. Secundo q̄ in aliquibus sacramētis character imprimitur et quoad hoc sunt auctoritates expresse sanctorū et est sancti Thome in. 4. di. 4. q. 1. Et nota ibi expositionem omnium auctoritatum q̄ non loquitur de caractere secundum istam acceptionem. Et dicit doctor q̄ ille auctoritates sanctorum ponentium characterem sunt vocales et non ad intentionem eorum adducte. Tertia opinio propria Scoti q̄ propter solam auctoritates ecclesie ponēdus est character. Quantum ad tertium articulū est cōmunis opinio q̄ character est forma indelibibilis. cuius ratio ē. nam character est in aīa secundum essentiam. sed aīa est inuariabilis secundūz essentiam ergo character. Si quis diceret contra. nam gracia est in aīa. sed ē delibibilis. dico q̄ si character comparetur ad deum dantē sic potest deleri. si vero comparetur ad agens creatum per nullūz agens creatum potest deleri. et sic dicitur indelibibilis. Exemplū habitus innatus ē indelibibilis acquisitus vero delibibilis. et ethicorū Infusus aliquando datur ad dirigendum. et qz potest recipere repugnantiam in subiecto ideo est delibibilis. quandoqz imprimitur ad distinguendum. et iste est indelibibilis. In solutione prime rationis principalis nota contra Thomaz de opinione efficacie sacramentorū. et q̄ in circumcisioe imprimebatur character contra opinionem Thome in. 4. et secunda parte prime distinctionis. q. 4. qui Thomas tenet q̄ in circumcisioe non imprimebatur character. doctor dicit q̄ sic licet alterius rationis q̄ character baptismi. q̄ character sit indelibibilis patet. naz non perditur per peccatū. 1. q. 1. q̄ quidam ante medium. 32. q. 7. licite. Ad argumentum in principio negandum est q̄ in circumcisioe non imprimeretur character quia immo sic.

Ecima questio serte distinctionis

vbi queritur vtrum character sit aliqua forma absoluta vñ tantūz relativa. Uidetur q̄ non sit forma absoluta. nam

quecunq; forma accidentalis absoluta est delibibilis ab illo in quo est quia est accidens. Sed character est forma indelibilis ergo etc.

Ad oppositum character est dispositio ad gratiam. sed gratia est forma absoluta. ergo character. cum dispositio sit eiusdem generis cum forma ad quam disponit. et hoc si sit dispositio propria.

In ista questione sunt duo articuli. primus in quibus sacramentis imprimitur character. secundus si character impressus sit forma absoluta vel relativa. Quantum ad primum articulum dico quod character imprimitur tantum in tribus sacramentis scilicet in baptismo. confirmatione. et ordine. quod patet sic. in illis autem sacramentis imprimitur character que non iterantur. sed sacramenta non iterabilia sunt tantum tria scilicet sacramentum baptismi. confirmationis et ordinis. Quod in baptismo character imprimatur habetur. 23. q. 4. displicet circa medium. Item quod non perditur ex quocumque peccato habetur. 23. q. 7. licite. 2. 1. q. 1. quod quidam ante me. et preall. 23. q. 4. displicet circa medium. Quantum ad secundum articulum si est forma absoluta vel respectiva est prima opinio quod character est forma absoluta et est sancti Thome in 4. di. 4. q. 1. arti. 1. Sed doctor improbat opinionem. Et in solutione prime rationis huius opinionis nota quod mutatio potest esse ad respectum absque novitate alicuius absoluti. Item nota intentionem Aristotelis. 5. phisicorum. quomodo negat in ad aliquid esse motum et quomodo non. In solutione secunde rationis nota quod relatio potest fundare relationem nec ex hoc est processus in infinitum in relationibus rebus licet posset esse in relationibus rationis. Ibi habetur quod in omni genere inuenitur idem et quale et simile. In solutione tertie rationis nota quod in quemcumque actum potest baptisatus siue active siue passive et potest non baptisatus absolute loquendo. Et ibi nota quod sola relatio rationis sufficit ad omnem potestatem que est in sacramentis siue in suscipientibus sacramenta. Sed pro isto secundo articulo est opinio doctoris quod character est quidam respectus extrinsecus adueniens anime in susceptione baptismi. In solutione prime rationis vel dubitationis nota quid est fundamentum huius respectus. Est prima opinio quod proprius actus est fundamentum. Improbat ibi contra opinionem que ponit paternitatem fundari super genuisse et est Thome. 5. metha. c. de ad aliquid. Opinio propria doctoris quod potentia generativa est fundamentum paternitatis. et fundamentum characteris est ipsa anima posito quod character sit relatio realis. In solutione secundi dubii istius questionis nota quomodo characteres se ipsis distinguuntur. et quare sunt tantum tres. ubi habetur quod non potest ratione probari ex creditis quod sit forma absoluta vel

respectiva determinate. quia que de characteribus dicuntur possunt utroque modo saluari. Postea dubitando supposito quod character sit forma absoluta ut dicit Thomas inquit in qua specie qualitatis ponatur character. Opinio prima quod non est in genere nec in specie qualitatis. improbat. Opinio secunda quod secundum varias sui proprietates est in diversa specie qualitatis. improbat. Et sunt ambe iste due opiniones Ricardi in 4. di. 6. q. 1. articulo. 2. ad secundum argumentum. Tertia opinio est quod est in quarta specie qualitatis. improbat. et sumitur ex decre. 1. q. 1. quod quidam dicunt. sed forte. Quarta opinio propria quod si ponatur accidens absolutum potest poni in prima et in tertia specie qualitatis. Ibi nota solutionem multorum que videntur banc opinionem impedire. In solutione prime rationis principalis nota quod relatio potest disponere ad formam absolutam ratione agentis supernaturalis. Ad argumentum in principio dicunt aliqui quod character apud nos est forma indelibilis apud deum est indelibilis de potentia ordinata non tamen de potentia absoluta.

Ad decima questio septe distinctio

nis ubi queritur utrum character sit in essentia anime ut in subiecto proximo. Videtur quod sic. nam dispositio et forma ad quam disponit habent idem subiectum. character est propria dispositio ad fidem. fides autem est in intellectu ergo etc. Ad oppositum character est propria dispositio ad gratiam. gratia est in essentia anime ergo character. In ista questione sunt tres opiniones. Prima quod character est in tota essentia anime patet. nam character distinguit membra christi a non membris christi. sed membris christi distinguitur secundum essentiam anime. ergo character est in essentia anime. et concludit quod gratia est in essentia anime. Secundum character qui est dispositio ad gratiam est in intellectu. et est Thome in 4. di. 4. q. 1. articulo. 3. Sed doctor improbat opinionem quoad tertia que ponit. Est alia opinio. quod character non est in intellectu. sed in tota essentia anime. Tertia opinio doctoris est quod gratia est in voluntate ut in subiecto proximo. similiter et character. Et persuadetur sic. Character est signum vel fundamentum cuiusdam obligationis anime ad deum. igitur est rationabile ut ponatur in illa potentia per quam homo principaliter obligatur deo. sed illa potentia est voluntas. quia ad voluntatem primo pertinet meritum vel demeritum. igitur character est in voluntate. Ad argumentum in principio dicunt aliqui quod character non est dispositio proxima ad fidem sed est dispositio ad illam perfectionem que principaliter conformatur totam animam deo. et hec est gloria que est eadem cum characterem in voluntate.

quecunq; forma accidentalis absoluta est delibilis ab illo in quo est quia est accidens. Sed character est forma indelibilis ergo &c.

Ad oppositum character est dispositio ad gratiam. sed gratia est forma absoluta. ergo character. cum dispositio sit eiusdem generis cum forma ad quam disponit. & hoc si sit dispositio propria.

In ista questione sunt duo articuli. primus in quibus sacramentis imprimitur character. secundus si character impressus sit forma absoluta vel relativa. Quantum ad primum articulum dico quod character imprimitur tantum in tribus sacramentis scilicet in baptismo. confirmatione. & ordine. quod patet sic. in illis autem sacramentis imprimitur character que non iterantur. sed sacramenta non iterabilia sunt tantum tria scilicet sacramentum baptismi. confirmationis & ordinis. Quod in baptismo character imprimatur habetur. 23. q. 4. displicet circa medium. Item quod non perditur ex quocumque peccato habetur. 23. q. 7. licite. 2. 1. q. 1. quod quidam ante me. & preall. 23. q. 4. displicet circa medium. Quantum ad secundum articulum si est forma absoluta vel respectiva est prima opinio quod character est forma absoluta & est sancti Thome in 4. di. 4. q. 1. arti. 1. Sed doctor improbat opinionem. Et in solutione prime rationis huius opinionis nota quod mutatio potest esse ad respectum absque novitate alicuius absoluti. Item nota intentionem Aristotelis. scilicet phisicorum. quomodo negat in ad aliquid esse motum & quomodo non. In solutione secunde rationis nota quod relatio potest fundare relationem nec ex hoc est processus in infinitum in relationibus rebus licet posset esse in relationibus rationis. Ibi habetur quod in omni genere inveniuntur idem & quale & simile. In solutione tertie rationis nota quod in quemcumque actum potest baptisatus siue active siue passive & potest non baptisatus absolute loquendo. Et ibi nota quod sola relatio rationis sufficit ad omnem potestatem que est in sacramentis siue in suscipientibus sacramenta. Sed pro isto secundo articulo est opinio doctoris quod character est quidam respectus extrinsecus adveniens anime in susceptione baptismi. In solutione prime rationis vel dubitationis nota quid est fundamentum huius respectus. Est prima opinio quod proprius actus est fundamentum. Improbat ibi contra opinionem que ponit paternitatem fundari super genuisse & est Thome. scilicet metha. c. de ad aliquid. Opinio propria doctoris quod potentia generativa est fundamentum paternitatis. & fundamentum characteris est ipsa animaposito quod character sit relatio realis. In solutione secundi dubii istius questionis nota quomodo characteres se ipsis distinguuntur. & quare sunt tantum tres. ubi habetur quod non potest ratione probari ex creditis quod sit forma absoluta vel

respectiva determinate. quod que de caractere dicuntur possunt vtroque modo saluari. Postea dubitando supposito quod character sit forma absoluta ut dicit Thomas inquit in qua specie qualitatis ponatur character. Opinio prima quod non est in genere nec in specie qualitatis. improbat. Opinio secunda quod habet varias sui proprietates est in diversa specie qualitatis. improbat. Et sunt ambe iste due opiniones Ricardi in 4. di. 6. q. 1. articulo. 2. ad secundum argumentum. Tertia opinio est quod est in quarta specie qualitatis. improbat. & sumitur ex decre. 1. q. 1. quod quidam dicunt. sed forte. Quarta opinio propria quod si ponatur accidens absolutum potest poni in prima & in tertia specie qualitatis. Ibi nota solutionem multorum que videntur hanc opinionem impedire. In solutione prime rationis principalis nota quod relatio potest disponere ad formam absolutam ratione agentis supernaturalis. Ad argumentum in principio dicunt aliqui quod character apud nos est forma indelibilis apud deum est indelibilis de potentia ordinata non tamen de potentia absoluta.

Undecima questio septe distinctio

nis ubi queritur vtrum character sit in essentia anime ut in subiecto proximo. Videtur quod sic. nam dispositio & forma ad quam disponit habent idem subiectum. character est propria dispositio ad fidem. fides autem est in intellectu ergo &c. Ad oppositum character est propria dispositio ad gratiam. gratia est in essentia anime ergo character. In ista questione sunt tres opiniones. Prima quod character est in tota essentia anime patet. nam character distinguit membra christi a non membris christi. sed membris christi distinguitur habet essentiam anime. ergo character est in essentia anime. et concludit quod gratia est in essentia anime. Sed character qui est dispositio ad gratiam est in intellectu. et est Thome in 4. di. 4. q. 1. articulo. 3. Sed doctor improbat opinionem quoad tertia que ponit. Est alia opinio. quod character non est in intellectu. sed in tota essentia anime. Tertia opinio doctoris est quod gratia est in voluntate ut in subiecto proximo. similiter & character. Et persuadetur sic. Character est signum vel fundamentum cuiusdam obligationis anime ad deum. igitur est rationabile ut ponatur in illa potentia per quam homo principaliter obligatur deo. sed illa potentia est voluntas. quod ad voluntatem primo pertinet meritum vel demeritum. igitur character est in voluntate. Ad argumentum in principio dicunt aliqui quod character non est dispositio proxima ad fidem sed est dispositio ad illam perfectionem que principaliter conformatur totam animam deo. & hec est gloria que est eadem cum caractere in voluntate.

In circa septimam distinctionem pre-

mittit definitionem sacramenti confirmationis dicens.

Confirmatio seu sacramentum confirmationis est unctio hominis viatoris aequaliter conscientis vel libero arbitrio nunc facta in fronte in figura crucis cum crismate sanctificato a ministro idoneo simul cum intentione debita et vigente et certa verba proferente significans efficaciter institutione diuina unctio est gratia per gratiam roborantem ad confitendum cum fiducia fidem christi. Ex his patet que sit huius sacramenti materia. quia tamen potest distingui et materia sicut in materia baptismi et materia proxima. id est illud visibile quod concurrit in fundamento est unctio facta in fronte et figura crucis cum crismate sanctificato. materia autem remota est crisma compositum ex oleo oliue et balsamo et sanctificatur specialiter ab episcopo vel ab alio cui sanctificatio poterit committi. forma autem est talis. Signo te signo crucis. confirmo te crismate salutis vel sanctificationis in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Suscipiens est homo viator aequaliter consentiens sed est suscipiens in determinata parte propter quod additur in fronte. minister est episcopus vel alter cui committi poterit. ideo dicitur in generali ministro idoneo. Sed doctor instat contra formam et materiam huius sacramenti. quia christus sic non utebatur. instat contra ministrum ostendens quod sacerdos possit confirmare ex concessione Gregorii facta ianuario episcopo. ubi nota quadruplicem solutionem ad illud decretum ibi nota duas auctoritates Hieronimi et episcopi non sunt superiores presbiteris.

Secunda questio septime distinctionis

ubi queritur utrum sacramentum confirmationis sit necessarium ad salutem. Videtur quod sic de conse. di. 2. omnes fideles. Ad oppositum in baptismo gratia datur ergo pro illam est filius regni. et ista sufficit ad salutem. In ista questione non sunt opiniones ideo ponuntur tres articuli. primus si confirmatio est necessaria ad salutem. secundus si est necessaria adulto. tertio si presupponit baptismum. Quantum ad primum articulum dicitur quod sacramentum confirmationis non est simpliciter necessarium ad salutem patet. nam quis sine isto dato quod non committeret eum posset venire ad salutem ut habetur Mathei ultimo. Qui crediderit et baptisatus fuerit etc. de conse. di. 5. spiritus sanctus. ubi dicitur quod solum baptismo regenerati saluantur. Et si dicatur quod confirmatio sacramentalis omnibus fidelibus est necessaria de conse. di. 5. c. 1. dico quod intelligitur ad bene pugnandum

nam in hoc sacramento spiritus sancti augmentatur gratia ut confirmetur ad pugnam de conse. di. 5. spiritus sanctus. 2. c. nouissime. Quantum ad secundum articulum dico quod sacramentum confirmationis est necessarium homini adulto ad salutem patet. quia si adultus posset habere et non haberet exponeret se periculo mortis eterne ut notatur extra de sen. ex. in. c. responso. non enim est plene christianus qui ipsam confirmationem contempnit de pse. di. 5. omnes. 2. c. de his. in. fi. Et ad istum intellectum loquitur Duglo de sacramentis li. 2. parte. 7. c. 3. timendum est his qui per negligentiam dimittunt episcopi presentiam et non suscipiunt manus impositionem ne forte propterea damnentur. Quantum ad tertium articulum dicitur quod sacramentum confirmationis presupponit baptismum. ita quod sine baptismo nullus potest confirmari patet. nam in baptismo datur gratia iustificans. in confirmatione vero datur gratia roborans. Sed gratia roborans presupponit gratiam iustificationis ergo etc. Hoc etiam patet. nam baptismus potest suscipi sine aliis sacramentis. sed non alia sine ipso ut habetur 1. q. 1. si quis per ignorantiam. Item quia baptismus est ianua et fundamentum aliorum sacramentorum de conse. di. 4. cum itaque in fi. nam sine baptismo salus non habetur de conse. di. 4. firmis sine. Ex quibus auctoritatibus habetur quod confirmatio presupponit baptismum. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Tertia questio septime distinctionis

ubi queritur utrum sacramentum confirmationis sit dignius baptismo. Videtur quod sic. quia presertim baptismo de conse. di. 2. notissimus. Ad oppositum baptismus delet culpam et penam sine penitentia. hoc non. ergo etc. In hac materia ponuntur tres articuli. primus si in confirmatione confertur gratia gratum faciens. secundus si gratia baptismi et confirmationis distinguuntur. tertius est questionis responsivus. Quantum ad primum articulum dico quod in sacramento confirmationis confertur gratia gratum faciens patet. nam de sacramentis tenendum est quod sentit et tenet sacro sancta ecclesia Romana ut patet extra de hereti. ad abolendam. Idem etiam de fide et eius articulis alias effemus heretici ut patet extra de summa tri. c. 1. 2. 2. In aliis vero non tenemur sequi et tenere quod sequitur. nisi sequatur et doceat. etc. di. nolite. ubi de hoc. facit optime de conse. di. 4. de trina. ubi habetur quod in una fide nil officit sancte Romane ecclesie conueniundo diuersa. Sed est notandum quod gratia gratum faciens etc.

dupliciter. vno modo faciens gratum de non grato. et talis gratia confertur in baptismo et penitentia. alio modo dicitur gratia gratum faciens que de grato facit magis gratum. et tali modo confertur gratia in confirmatione. Quantum ad secundum articulum dico quod gratia baptismi et confirmationis distinguuntur essentialiter. sicut virtutes et dona. quia in baptismo datur gratia que influens in potentias facit virtutes. in confirmatione autem confertur gratia que influens in potentias facit dona. sed in ordine confertur gratia que facit beatitudines. Alio modo dicitur quod hec et illa gratia differunt essentialiter sicut morbi contra quos ordinantur. gratia enim baptismalis est contra morbum infidelitatis. gratia autem confirmationis est contra morbum pusillanimitatis. Tertio modo dicitur quod hec et illa gratia differunt sicut duo gradus eiusdem forme. sicut dictum fuit supra li. i. di. 18. de augmento caritatis.

Quantum ad tertium articulum dicitur quod gratia confirmationis presupponit gratiam baptismalem. sicut bene esse presupponit esse. Quando ergo fit comparatio harum gratiarum hec potest fieri dupliciter. vno modo sine precesione. et sic omnino maior est gratia confirmationis quam baptismalis. sicut bene et perfecte vivere est melius quam vivere. Etiam sacramentum confirmationis excedit sacramentum baptismi in veneratione quia a maiori ministro scilicet ab episcopo tantum datur de conse. di. 5. de his vero. et c. se. et 88. di. quatuor. et 95. presbiteros. Si autem fiat comparatio harum gratiarum cum precesione. sic maior est gratia baptismalis quam confirmationis. quia maioris virtutis est mortuum viuificare quam viuificatum fornicare. Item quia per baptismum originale veniale et mortale remittitur. non sic per confirmationem de conse. di. 4. regenerante. et c. sine penitentia. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Quarta questio septime distinctio

nis ubi queritur utrum sacramentum confirmationis possit iterari. Videtur quod sic. Nam illud contra quod est potest aduenire patet. nam potest post confirmationem fieri pusillanimitas. Ad oppositum est magister in littera de consecra. di. 2.

In ista questione sunt tres articuli. primus a quo sacramentum confirmationis conferatur. secundus si illud sacramentum iteratur. tertius est qua pena iterans istud sacramentum puniatur. Quantum ad primum articulum dico quod a solo episcopo sacramentum confirmationis confertur. et si dicitur quod a quolibet sacerdote potest conferri per dictum Gregorium ad Januarium Episcopum ut scribitur in canone

de conse. di. 5. c. peruenit. Sed ad hoc sunt aliquae responsiones inter quas datur ista quod melius est quod dicamus quod illo tempore papa ponit omnes capellanos episcopos facere et quod de facto sic fecit. Quantum ad 2^o arti. videtur illud sacramentum possit iterari. dico quod non imo scienter iterans peccat mortaliter. Sed quare non iteratur dico quod quia est ex institutione diuina vel quia imprimitur character. vel dicitur quod confirmatio non est iteranda nec baptismus. et iterans grauiter puniatur de conse. di. 5. dictum. et c. se. Quantum ad tertium articulum. scilicet de pena iterantium. dicunt canonice quod sunt irregulares sicut de baptismo dictum est. sed aliter dicitur quod nulla pena canonica que non est inflicta a papa condente ius incurritur ipso iure. nec propter argumenta exponentium canones siue a simili siue a contrario sensu talis pena debet infligi. cum ergo non inuenitur in iure canonico expressa pena irregularitatis inflicta pro iteratione confirmationis. sequitur quod ipso facto illa non incurrit maxime quia pene sunt restringende. et confirmatur per textum de conse. di. 5. c. dilectum. ubi nulla pena infligitur episcopo iterum confirmanti. sed nec suscipienti. nisi quod seruiat soli deo in habitu monachali vel clericali. Ad argumentum dicitur quod ille morbus nunquam iteratur licet bene alius similis.

Intra distinctionem octauam queritur

utrum eucharistia sit sacramentum noue legis. Videtur quod non. quia. 4^o metba. quod non vnum significat nihil significat. eucharistia non est vnum signum seu sacramentum. ergo non est vnum sacramentum. minor patet. nam aliud est signum species panis et aliud species vini. Ad oppositum de consecratione di. 2. In primo articulo ponit definitionem huius sacramenti. Sed pro maiori declaratione ponuntur tres articuli. primus est quod eucharistia est sacramentum noue legis. secundus quod eucharistia est sacramentum excellentius inter sacramenta noue legis. tertius est si sacramentum eucharistie est vnum. Quantum ad primum articulum dicitur quod eucharistia est sacramentum noue legis. quod probatur sic. sacramentum plenitudinis gratie est pro tempore legis gratie. sed sacramentum eucharistie est sacramentum plenitudinis gratie. ergo eucharistia est sacramentum noue legis. cum noua lex sit lex gratie. Quantum ad secundum articulum videtur eucharistia sit sacramentum excellentius inter sacramenta noue legis. dicitur quod sic ex quadruplici ratione que est inter eucharistias et alia sacramenta noue legis. Prima est quod alia sacramenta vera sunt quantum ad se tamen quandoque carent effectu signato propter in dispositionem suscipientis

Illud autem sacramentum nunquam caret suo signato. Secunda differentia est quod istud sacramentum quod signat. hoc realiter continet alia autem non continent realiter quod significant. Tertia differentia est quod alia sacramenta significant gratiam accidentalem et inherentem. illud autem significat gratiam subsistentem id est existentiam corporis christi. Quarta differentia est quod omnia alia sacramenta consistunt in usu et in fieri ita quod idem est ibi sacramentum et perceptio sacramenti. nec permanet aliquid quod sit sacramentum. sed cessant cessante tali usu ut patet in baptismo et in eius perceptioe sed hoc sacramentum est quoddam permanens et iam habens esse ante usum. et ob hoc dicitur quod eucharistia propter corporis et sanguinis christi existentiam excellentior est omnibus oblationibus et sacramentis de se. di. z. nihil. Quantum ad tertium articulum dico quod sacramentum eucharistie est unum unitate integritatis et non unum unitate indivisibilitatis. Ad cuius evidentiam est notandum quod corpus christi potest accipi stricte prout includit in se partes aiatas scilicet aiam christi cuius pars non est sanguis licet sit in potentia propinqua ut convertatur in carnem aiatam. et sic corpus est aliud essentialiter a sanguine. Alio modo potest corpus accipi prout includit omnia que pertinent ad totum corpus organicum. siue sint partes aiate siue non ut humores et spiritus. et hoc modo sanguis est aliquid corporis primo modo accipiendo corpus licet ipsum et sanguis sint primo diversa signata. constituunt tamen unum signatum totale quod est corpus secundo modo sumptum. et ita proprium signum corporis primo modo et signum proprium sanguinis possunt esse unum signum unitate integritatis et non indivisibilitatis. et congruum est sic esse ut sacramenta hoc habeant scilicet unitatem integritatis et non indivisibilitatis. quia hoc sacramentum est ad completam nutritionem aie. si cut aliquid est ad completam et perfectam nutritionem corporis. sed completa nutritio corporis est in aliquo uno unitate integritatis et non indivisibilitatis. unde non nutrit perfecte cibus sine potu. nec econverso. ergo hoc sacramentum est unum unitate integritatis. Sed in isto sacramento sunt plura significantia vel unitantur. dicitur quod plura quantum ad species vel quoad reiterationem actus. Sed quantum ad significatum hoc est dicere quantum ad id quod designat semper est unicum et inseparabile de consecratione distinctione secunda. in christo semel. Diffinitio Eucharistie est talis. Eucharistia est sacramentum corporis christi veraciter contenti sub speciebus panis et vini post consecrationem factam a sacerdote sub verbis certis cum debita intentione prolatis. Ex institutione veraciter significans corpus et bini

et sanguinem sub eius realiter contineri. Et nota quod hec diffinitio nihil superfluum continet. In solutione tertie rationis nota quid est materia et quid forma in isto sacramento. Et quare istud sacramentum non potest habere pro forma verba. et quomodo ista verba dicuntur sacramentalia licet non sint forma. nam doctor intendit quod cum sacramentum permaneat et verba transeant. dicitur quod species visibiles sunt materia. id est proximum fundamentum relationis significationis. sed ipsa significatio est hic formale. In solutione quartae rationis nota quod species panis et vini sunt unum sacramentum vel unum signum. que solutio sumitur ex Ricardo in parte distinctioe. q. z. articulo. i. Etiam nota quod istud sacramentum erit perpetuum usque ad iudicium. quia christus dixit quocumque et dicitur. Adhuc nota quod Eucharistia grece latine bona gratia interpretatur. id est multi. Ad argumentum in principio dicitur quod ambo sunt unum signum unius rei ut corporis christi.

Secunda questio octave distinctio
 nis ubi queritur utrum illa verba que ponuntur in canone missae sint precise forma huius sacramenti. Videtur quod non. quia sicut hoc pronomen ego significat personam primam. ita meum possessionem. ergo sicut dicens ego de se loquitur. ita dicens meum designat illud a se possideri. ergo sacerdos proferens meum designat illud esse suum. id est sacerdotis. Ad oppositum extra de celebratione missarum. In ista questione ponuntur tres articuli. in primo ostendit que sint verba consecrationis. in secundo de verbis consecrationis sanguinis movet duo dubia. in tertio ostendit quid demonstrat hoc pronomen hoc. Quantum ad primum articulum dicitur quod nulla verba sunt de essentia eucharistie. sed bene aliqua verba sunt forma consecrationis. que sint verba consecrationis corporis christi dicitur quod sunt quatuor ut habetur de consecratione. di. z. quia corpus. et de forma verborum non est plus nisi. hoc est corpus meum. et hic est sanguis meus. Aliqui distinguunt aliter quod duplex est forma scilicet forma necessitatis et forma congruitatis. Dicunt quod de forma necessitatis non sunt nisi illa quatuor verba in consecratione corporis christi. Sed de forma congruitatis est ly enim postquam ecclesia illud apposuit. Et si ab aliquo dimittitur est error de consecratione. di. z. in sacramento. Sed que verba sunt forma consecrationis sanguinis christi. dico quod hic est magis dubium. tum quia formam qua utimur nullus evangelistarum recitat. ideo non videtur ex evangelio esse certa. tum quia greci alia forma utuntur dicentes. hic est sanguis meus novi testamenti. qui pro vobis et pro multis est in

remissionem effusus peccatorum. tamen his non obstantibus firmiter tenendum est quod forma nostra sit certa secundum auctoritatem Innocentii de cele. mis. cum marthe. Multa enim tradita sunt ecclesie ab apostolis que tamen non sunt scripta in euangelio. Dicit ulterius quod ly enim non est de forma ut dixi. nec alia sunt necessario premittenda secundum Thomam in. 4. di. 8. q. 2. articulo. 1. ad 2. arg. secunde questionule. Ibi dubitatur utrum. premissis aliis verbis quatuor solum dictis conficeret sacerdos. Opinio prima quod sic. et est Godopitanensis quarta parte summe in tractatu de sacramentis. Alia est Ricardi in. 4. di. 8. q. 1. articulo. 3. improbat opinionem istam. et soluit eam in dubio quasi volendo dicere quod omnia que ordinata sunt ab ecclesia debent poni. Quantum ad secundum articulum de verbis consecrationis sanguinis mouet duo dubia. Primum quantum ad formas qua latini utuntur ut dixi superius. et de forma grecorum ubi ponitur opinio Petri de tarentasia in. 4. di. 8. q. 2. articulo. 3. Et Ricardi eade. q. 2. articulo. ad primum et 2. arg. Unde dicunt quod forma grecorum et nostra et quecumque scripta in euangelis sufficiens est ad consecrationem. Sed in ecclesia romana est de necessitate ministri uti forma qua utimur. Secundum dubium ponitur an ad formam qua utimur pertineant omnia verba a loco illo simili modo usque ad illum locum hoc facite et c. Et ponitur opinio Thomae di. 8. q. 2. articulo. 2. in hoc. 4. quod sic. sed doctor improbat. Opinio propria Scoti quod non scitur in quibus istis precise forma consistat. sed quod cum reuerentia sunt dicenda que ab ecclesia sunt ordinata. Et improbat opinionem illius qui dicebat quod necessarium erat in quolibet sacramento precise scire verba que debent dici. tamen Scotus dat consilium dicendo hoc consilium dicitur quod sacerdos intendens facere que facit ecclesia legens distincte verba canonis a principio usque ad finem vere conficit. nec est tutus alicui quod reputet se valde peritum de scientia sua. et quod dicat volo uti precise istis verbis pro consecratione sanguinis. sed securior est simplicitas scilicet volo ista verba proferre ea intentione sub qua christus instituit esse proferenda. Et ea forma verborum prolata cum tali intentione fit transsubstantiatio eucaristie virtute diuina de conse. di. 2. q. 2. corp. 2. c. panis est. 2. c. reuera ante finem. Nota ibi casum Si morietur sacerdos antequam perficeret omnia verba consecrationis quid agendum esset et dicit Scotus quod non esset adorandum nisi sub conditione. nec iterum consecrandum. sed sacerdos debet illud sumere suscepto corpore et sanguine ante ablutionem. et debet sumere sub conditione.

Quantum ad tertium articulum quid demonstrat hoc pro nomen hoc. Prima opinio quod sacerdos dicit illa verba quasi materialiter quia recitat ea sic dicta a christo non quod christus per illa conficeret. sed per benedictionem precedentem. et est Godofredi pictaviensis. 4. parte summe in tractatu de sacramento eucaristie. improbat. Secunda opinio est Ricardi di. 8. q. 1. articulo. 3. quod hoc pro nomen significat corpus prout nunc est sub istis speciebus vel de proximo erit. et sub ista disiunctione verificatur. improbat. Tertia opinio est sancti Thomae di. 8. q. 2. articulo. 1. ad quartam questionulam. et ad primum arg. et hanc opinionem tenet doctor subtilis quod ista propositio. hoc est corpus meum est vera. quia totus eius intellectus et complexionis et terminorum intelligitur pro ultimo instanti prolotionis. et pro isto demonstrat illud quod tunc est sub illis accidentibus. Pro cuius declaratione ponit terdecim conclusiones quas declarat per ordinem: Aliqui dicebant quod illa transsubstantiatio fit successiue sicut verba proferuntur. Sed in contrarium est veritas imo in ultima prolotione et in vno instanti desinit panis et transsubstantiatur in carnem. Et licet panis sit corpus compositum tamen momentanea est eius conuersio. Et idem dicitur de vino de conse. di. 2. ante benedictionem. et in. e. omne. 2. c. quia corpus. eadem distictione. Quarta opinio quod si veritas instanti complete prolotionis tamen expositione possunt ista significari. sic quod quantum ad intentionem exprimentis in se quod minister pro illo ultimo instanti qui videns intentionem potest illi orationi assistere ad agendum eo modo quo ipsa secundum intentionem proferentis significat. Quinta opinio et propria quod illa propositio ut neutra non ut vera nec ut falsa. sed ut tale signum sensibile precedens suam veritatem est signum efficax respectu consecrationis quia est dispositio prima cui deus ex pacto assistit ad causandum talem effectum vi sue prolotionis. Et nota ibidem quod in ultimo instanti prolotionis prius ordine nature conceptus est neuter. scilicet quando ad istum sequitur operatio diuina circa illud quod oratio designat. Tertio sequitur veritas huius conceptus. ubi habes quod pro certitudine sufficit ministro quod proferat verba eo modo quo christus instituit esse proferenda. et sic habetur forma debita et instrumentum debitum scilicet oratio prolata cui deus assistit ad causandum in ultimo instanti talem effectum. Ad arguendum in principio dico quod meum ex virtute sermonis oportet referri ad personam christi. et sic oportet ut prius fiat mentio de christo in cuius persona proferuntur verba illa.

Tertia questio octaue distinctionis

vbi queritur vtrum hoc sacramentum possit a non ieiunis celebrari. Videtur q̄ sic. q̄ xp̄us post cenam discipulis suis pransis dedit eucaristiam. Ad oppositum de conse. di. 2. si quid. In ista questione primo ponam vnam distinctionem. secundo respondebo ad questionem. Quantum ad primum articulum dico q̄ quadrupliciter potest quis hoc sacramentum recipere. primo modo aliquis hoc sacramentum recipit nec sacramentaliter nec spiritualiter sicut infidelis aut peruersus hereticus de quo dicit Ap̄tus. q̄ iudicium sibi manducat et bibit. non diu dicans id est non discernens ab aliis cibis corpus domini. Talis enim sola accidentia terit dentibus materialiter. et ideo non sumit neq̄ sacramentaliter neq̄ spiritualiter. Secundo modo hoc sacramentum aliquis sumit sacramentaliter et spiritualiter sicut deuotus xp̄ianus de quo dicit Aug. dicens. crede et manducasti. et non me conuerteris in te. sed tu conuerteris in me. Tertio modo aliquis sumit hoc sacramentum sacramentaliter et non spiritualiter sicut malus xp̄ianus qui sumit corpus xp̄i. sed non habet conscientiam de peccato mortali purgatam. et de hoc loquitur Aug. et habetur de conse. di. 2. c. 2. quid est xp̄m manducare. qui enim accipit indigne sacramentum. acquirit inde magnum tormētum. Quarto modo sumit aliquis hoc sacramentum spiritualiter et non sacramentaliter sicut homo xp̄ianus conscientia sanus. tamen infirmitate grauatus libenter hoc sacramentum sumeret sed non habet propinquantē sibi. et de illo loquitur Aug. in li. penitentie dicens. vt quid paras ventrem vel dentem. crede et manducasti. qui enim credit in eum manducat eum. hic enim non queritur de illo qui sumit hoc sacramentum primo modo vel quarto modo. sed queritur de illo qui sumit secundo vel tertio modo. Deinde premitto aliam distinctionem videlicet q̄ ieiunium est duplex. quoddam est ieiunium nature. aliud est ieiunium ecclesie. Ieiunium nature est illud tū quis nec pillulas nec potionem aliquam suscepit die illa. et talis ieiunus homo requiritur ad consecrationem. Aliud est ieiunium ecclesie et est illud sc̄z dum quis ieiunat quadragesima vel aliquo sancto. et talis sicut ille per suspensionem pillularum vel propter morosam potationem modice aque cordialis de mane. vel propter serotinam bibitionem non frangit ieiunium quoad ecclesiam.

Quantum ad secundum articulum dico q̄ oportet suscipientem corpus xp̄i esse simpliciter ieiunum ieiunio nature. nec est aliqua causa principalis nisi institutio diuina quia placuit spiritui

sancto vt in honorem tanti sacramenti q̄ sacerdos sit ieiunus. Et quia maior attentio ē in ieiunio q̄ in pranso et sic vt queratur primo cibus spiritualis q̄ corporalis. nam sacerdoti pranso non licet celebrare. 7. q. 1. nihil post mendiem. et de conse. di. 1. sacramenta Item q̄ excepta necessitate eucaristia ieiuno stomacho est sumenda de consecra. di. 2. liquido. 26. q. 6. si quis de corpore et vini. c. se. Sed posset dubitari circa hoc. si aliquis abluendo manus transgluciat aliquas scintillas aque dicatur ieiunus ita q̄ non impediat celebratio missae. dic q̄ sic nisi fiat ex proposito ar. 23. q. 5. de occidendis. sed si ex proposito impediretur q̄ tunc q̄ esset minimus potus vel cibus. 7. q. 1. nihil. Si autem intelligatur questio in particulari dico q̄ duo sunt casus in quibus est licitum alicui non ieiuno stomacho hoc sacramentum recipere. vnus est in infirmitate graui quando timetur periculum mortis eminentis. Alius est casus spiritualis vt si minister in calice putando ponere vinum album poneret aquam et sacerdos consecraret. et dum sumeret cognosceret non esse vinum album. sed aquam. in tali casu teneretur consecrare sanguinem de nouo. et percipere consecratum. In solutione prime rationis nota quare xp̄us post cenam dedit discipulis suis sacramentum. et quare nos debemus sumere ante cibum. Et dat causam quare xp̄us post cenam dedit. Nam saluator inquit quo vehementius commendaret misterii huius altitudinem vltimum hoc voluit infigere in cordibus discipulorum. quo autem ordine deinceps sumeretur ap̄tis per quos ecclesiam dispositus erat reseruauit docendum. Vel dic q̄ fuit sic institutum vltimum aliorum primo propter passionis representationem. secundo propter veteris sacrificii terminationem. tertio propter corporalis presentie subtractionem. quarto propter maiorem commendationem. vt notat Dugo de conse. di. 2. q̄ corpus hoc. quia quotidie labimur. quoti die xp̄us missae immolatur vt qui semel moriendo vincerat quotidie recidua delictorum per hec sacramenta peccata relaxaret de conse. di. 2. iteratur. Sed quare post cenam et non ante dedit. dic q̄ ideo cenatus dominus cenatis discipulis corpus suum dedit vt in hoc sacramento consummationem omnium sacramentorum veteris testamenti et agni pascalis et ceterorum monstraret. q̄ omnia in figura istius fiebant. et in ista cena fuerunt omnia consummata de conse. di. 2. liquido. Ad arg. p̄ ea q̄ dicta sunt in corpe. q.

 circa distinctionē nonam queritur

vtrum existens in peccato mortali peccet mortaliter sumendo hoc sacramentum. Videtur q̄ non. quia nullus peccat

cat faciendo illud ad quod tenetur. sed quilibz tenetur ad susceptionem eucaristie ergo &c. Ad oppositum est Corinth. vndecimo. qui manducat & bibit indigne &c. Respondet distinguendo sic & si sit actualiter in peccato mortali & tunc est in illo peccato interiori & exteriori vel occulto & manifesto et recolat sic sumendo peccat mortaliter. Si autem sit in peccato mortali quod habet peccatum de quo non recolat & de quo non penituit nec penitet. sed est obliuio affectata vel crassa hoc modo & non curat facere diligentiaz vt excusetur ignorantia talis peccat mortaliter. nam indigne sumens eucaristiam plus polluitur & purificatur de consecratione di. z. quotidie. & c. qui celeritate. & c. qui discordat. & hoc ideo est quia homo quantum in se est eucaristiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. i. q. i. multi. ante finem. nam in eucaristia est pura conscientia offerenda & pura mente est sumenda de consecratione di. z. nihil. Si autem diligenter conscientiaz suam examinauerit non peccat. si vero de illo peccato penitet. tamen nondum confessus debet confiteri anteq̄ celebret vel communitet si non est sacerdos. si habet oportunitatem. si autem non habet confessorum oportunitatem debet expectare donec habeat. si sine scandalo potest. si autem non potest sine scandalo debet celebrare vel communicare. tamen primo confiteatur deo & tunc deo peccatus suum cum proposito confitendi occurrente sibi oportunitate. & q̄ adueniente predicta oportunitate sic faciat. & credo q̄ confessione facta deo primo & conditione sequente posita in proposito posset corpus xpi sumere. nec sacerdos debet denegare occulto peccatori quocunq; modo petenti. nam in hoc q̄ xpus eucaristiam Jude dedit inuuit q̄ occultis peccatoribus cum eam exigunt non est neganda de consecratione di. z. non prohibet. & c. sicut Judas. & 7. q. i. aduersitas. in fine. & i. q. i. xpus. De peccato autem veniali non oportet dubitare quia de illo non est necessitas penitentiae. veruntamen actor quidaz de ecclesiasticis dogmatibz. 22. et ponitur in littera di. 12. videtur facere mentionem de peccato veniali. Aut enim licet quis peccato mordeatur si peccandi de cetero non habet voluntatem & satisfaciat lacrimis et orationibus accedat securus. Sed hoc dico de illo quem mortalia peccata nō grauant. ergo videtur q̄ non potest quis securus accedere nisi sit sine voluntate peccandi venialiter & de preteritis satisfecerit lacrimis & orationibus. Respondeo q̄ potest intelligi de mortali peccato non quia iam inest nec de preterito sine omni penitentia. sed iam confesso si mordeatur quia non explete satisfecit. & de illo intelligitur. Ad argumentum in principio dico q̄ faciens

modo debito non peccat. sed qui facit modo indebito.

In circa decimam distinctionem queritur vtrum possibile sit verum corpus xpi sub specie panis & vini contineri realiter. Videtur q̄ nō. quia sub specie panis non consecrati non concipitur corpus xpi. ergo nec post consecrationem. antecedens est manifestum. probō consequentiaz quia species illa non se habet aliter in se post consecrationem q̄ ante. Ad oppositum Luce. 21. In ista questione sunt tres articuli. Primus quid sit fide tenendum. Secundus articulus est vbi mouetur vnum dubium scilicet quomodo sit possibile corpus xpi esse de nouo in altari. Tertius articulus est quomodo corpus xpi magnus potest contineri veraciter sub ostia parua. Quantum ad primum articulum dicitur q̄ hoc est tenendum firmiter Mathei. 26. vbi ait xpus. hoc est corpus meum. et Johannis. 6. Caro mea vere est cibus. et Luce. 21. hoc est corpus meum. et hic est sanguis meus. Sed si ab heretico diceretur est figuratiua ista locutio. Contra quia Luce. 21. dicit. hoc est corpus meum. & subdit statim quod pro vobis tradetur. sed ista traditio non erat figuratiua. sed realis & vera vt demonstratum fuit. igitur veraciter dictum est. Hoc est corpus meum. Quia ex pane & vino cum aqua mixto conficiatur eucaristia habetur de consecratione di. z. cum omne. in fine. Sed quare corpus xpi sumitur sub aliis speciebus & non sub sua visibiliter. dico q̄ fides habet meritum vbi humana ratio non prebet experimentum & contra argumento de penitentia. 4. in domo. et vt non esset horror carnis & sanguinis cum habeamus in vsu non carnes crudas comedere. nec sanguinem bibere de consecratione di. z. quid sit sanguis. et de consecratione di. z. forte. & capitulo panis est. Item ne fieret ridiculum paganis vt eadem distinctione panis. Et ne videntes recederent dicentes durus est hic sermo vt eadem distinctione. capitulo forte. & capitulo prima quidem heresis. et Johannis sexto. c. Sed quare sub istis speciebus potius q̄ sub aliis. dico q̄ ideo ē quia iste due species magis sunt amice nature humane q̄ alie. Et ad significandum q̄ sicut bis duobus principaliter corpus nutritur. ita anima principaliter illo cibo de consecratione distinctione secunda forte. & de reliqui. & vne. sanc. c. vno in clemen. Item quia in prefiguratione istius agni melchisedech panem et vinum obtulit de consecratione distinctione secunda accipite. Sed quantum profitantur me iste cibus cum sumitur ostenditur in Apocalypsi. c. vlti. vbi dicitur sic. Et ex vtraq; parte fluminis lignum vite afferens fructus

duodecim per singulos menses reddentes fructum suum folia ligni ad sanitatem gentium. Quantum ad secundum articulum qualiter corpus Christi sit ibi sine sui mutatione veraciter ubi prius non erat. Circa hoc mouet quatuor dubia. Primum est quod quantum sit simul cum quanto vel substantia corporis sit sine quantitate. et hoc soluitur in secundo articulo huius distinctionis. q. 1. dicendo quod in corpore Christi est tanta quantitas in ostia quanta erat in cruce accipiendo quantitatem que est ordo partium in toto. non tamen pro quantitate que est ordo partium in loco. Et prima quantitas que est ordo partium in toto potest stare cum quantitate que est ordo partium in loco siue sit magna siue parua illa quantitas que est ordo partium in loco. Secundum dubium quod maius quantum sit simul cum minori vel scilicet in loco equali. istud soluitur infra in materia de corporibus gloriosis in conclusionibus de subtilitate corporis. Tertium dubium quod idem corpus sit simul in diuersis locis. istud declaratur in duabus questionibus sequentibus. Quartum dubium quomodo corpus Christi potest incipere esse in altari sine sui mutatione locali. declarat hoc et est prima opinio sancti Thome in. 4. di. 10. q. 1. ad quartum argumentum dicit. quod panis conuertitur in ipsum ideo corpus Christi est ubi erat panis. improbat multipliciter opinio Thome. Est modus dicendi Scoti quod motus siue mutatio localis est duplex. quedam deperditiva et quedam acquisitiua. sicut quando quis mouetur de loco vno ad alium aliquid deperdit et aliquid acquirit. et talis ordine nature mouetur ab habitu ad priuationem vtpote ab ubi quod prius habebat. ad ubi quod prius non habebat. et hec mutatio dicitur deperditiva termini a quo et acquisitiua termini ad quem. nunc autem hec due mutationes licet concurrant simul in vno motu locali continuo tamen sic se habent quod vna potest ab alia separari vt acquisitiua a deperditiva isto modo quod aliquid acquirit nouum locum non dimittendo priorem. Sic est in proposito corpus enim Christi absque hoc quod dimittat ubi quod habebat in celo acquirit nouum ubi in sacramento. et ideo est hec mutatio localis non deperditiva sed acquisitiua. Quantum ad tertium articulum quomodo corpus Christi magnum potest contineri veraciter sub ostia parua. Est prima opinio quod quantitas est ibi per modum substantie. et est Thome in. 4. di. 10. q. 2. ad tertiam questionem. doctor improbat. Secunda opinio est quod cum partes corporis non sunt extra se inuicem quod sit subintratio partium ad inuicem. et hanc opinionem defendit Decanus in tractatu suo de corpore Christi. et in suo. 4. improbat. Tertia opinio propria quod duplex est ordo vt dictum fuit in principio secundi articuli. scilicet ordo partium in toto. et ordo partium in loco. Ordo autem partium in

toto est differentia quantitatis non proprie cum sit respectus. sed aliquo modo accidens ad differentiam eius essentialem. Ordo autem partium in loco est de genere situs. et ab isto respectu siue ordine partium in loco potest absolui ordo partium in toto. Ordo autem partium in toto est prior ordine partium in loco. prius autem potest absolui a posteriori sibi accidentaliter coniuncto. nunc autem ordo partium in toto est prior ordine partium in loco. Et iste ordo partium in loco est posterior ordine partium in toto cui accidentaliter coniungitur. igitur corpus Christi in eucharistia habebit ordinem partium in toto absque illo respectu qui est ordo partium in loco. Nota pro declaratione opinionis quod ista se habent per ordinem. primo ubi occupatiuum. secundo coexistentia alii quanto presenti. In solutione tertie rationis nota quod pars corporis est extra partem in comparatione ad totum non autem in comparatione ad locum. et ita non est inconueniens pro declaratione totius questionis quod quantum erat corpus Christi in cruce tantum sit in ostia accipiendo quantitatem pro ordine partium in toto. non tamen pro ordine partium in loco. Ad argumentum in principio dicitur quod licet species non se habeant aliter quantum ad imitationem sensus. sed bene se habent aliter quantum ad naturam suam

Secunda questio decime distinctionis

ubi queritur vtrum idem corpus possit esse in diuersis locis localiter. Videtur quod non. quia idem non potest referri ad se oppositis relationibus. cum opposita relative includant contradictoria. sed si idem simul esset in diuersis locis posset dici inferius et superius se ipso. et dextrum et sinistrum quod est falsum

Ad oppositum est Dugo de sacramentis 21. In ista questione erunt duo articuli. primus opinionum positiuus. secundus opinionis Scoti et conclusionum necnon et questionis declaratiuus. Quantum ad primum articulum est prima opinio Denerici Baudensis quodlibeto. 9. q. vlt. secunda opinio est Thome di. 10. q. 2. ad 2. argumentum et questionem tertie. et questionis tertie eiusdem distinctionis. Tertia opinio est Egidii quodlibeto. 1. q. 1. et 10. Quarta opinio est Godofredi de fontibus quodlibeto. 3. q. 4. et isti respondent questionem negatiue dicendo quod non potest idem corpus esse in diuersis locis localiter. ubi ponit rationes diuersorum doctorum. improbat opinionem prime rationis quod non concludit contradictionem. Secundo ponit rationes quas Baudensis facit contra se ipsum et solutiones suas improbandas eas. et est prima ratio Baudensis quod duo corpora possunt esse simul in pluribus

locis. In solutione Gaudensis istius rationis nota q̄ per dotem subtilitatis tollitur repugnantia q̄ duo corpora possint esse in eodem loco. instantia contra solutionem. nota q̄ dimensiones locati sunt priores dimensionibus loci et magis ad multiplicationem locatorum sequitur multiplicatio locorum q̄ econuerso. Secunda ratio Gaudensis contra se est q̄ si quantitas conuertitur in quantitatem esset localiter ubi prius erat panis conuersus. sed non esset localiter. instat Scotus contra solutionem. Tertia ratio Gaudensis contra se q̄ ubicunq; potest deus facere corpus suum sine modo naturali potest euz modo naturali. ibi ponit q̄ nec species nec econtra nec presentia est ratio formalis corporis xpi existendi hic. Quarta ratio q̄ angelus potest esse in pluribus locis distincte. ergo corpus circumscriptiue. Quantum ad secundum articulum est opinio propria Scoti q̄ deus potest idem corpus facere simul esse in diuersis locis localiter. ubi pro declaratione huius materie nota q̄ ubi qd̄ acquirit corpus dicit respectum extrinsecus aduenientem. ibidem habes q̄ respectus tam extrinsecus q̄ intrinsecus potest multiplicari eodez fundamento manente. pro solutione rationum opinionis contrarie et pro declaratione materie ponit tres propositiones. Prima est ista. Quecunq; sunt priora essentialiter ipso ubi uniformiter insunt corpori quauis habenti diuersa ubi. que vero posterius vel simul natura variantur secundum variationes ubi. Secunda propositio. sicut passum existens in vno ubi recipit formam a duobus agentibus sibi approximatis. sic ipsum pacietur in duobus locis existens ab eisdem simul in illis duobus locis approximatis et hoc passione absoluta. dico autem passione absoluta quoniam non oportet q̄ eadez passione paciatur loquendo de passionibus respectiuis que sunt simul natura cum ipso ubi sicut sunt circumscriptio et situs. quoniam illa possunt variari sicut et ubi ut potest deduci ex prima propositione. Tertia propositio q̄ sicut corpus in vno loco existens se haberet in ratione actiui ad diuersa sibi approximata in illo loco sic ipsum ut existens in duobus locis se habet ad eadem approximata in illis duobus locis. hec patet ex propositionibus precedentibus. Et si quis dicat ergo si idem corpus simul et semel potest esse in diuersis locis. hic habebit situm. ibi non. hic frigus. alibi non ut ponunt omnes. contrarie opinionis. dico q̄ hoc debet intelligi p̄ primam propositionem et p̄ alias quas si bene intelligis cū illis poteris soluere obiectiones que tibi fient. nam si vulneratio fames sitis frigus et c. sunt priora ubi idest si pueniunt corpori anteq̄ sit hic vel ibi. sic habebit situm et habebit ubicunq; erit. Exēplū Risibile p̄petit homini ante oē ubi. et

q̄ est prior ubi et loco. sic ē risibile et in quocunq; loco erit. erit risibile. sed si sunt postea iora ipso ubi vel simul natura euz eo non oportet q̄ si in hoc ubi aliquid sibi pueniat q̄ conueniat et alibi. Exēplum vulneratio ē posterior et sequitur ipm ubi vel ipm locuz igitur nō sequitur q̄ si vulneratur Cesaraguste aliquis q̄ ille vulneretur Tholose. Et per istud notabile solues omnia argumenta In solutione prime rationis nota q̄ corpus xpi potest esse ubiq; per potentiam dei localiter. tam localiter q̄ sacramentaliter et tamen non est sic ubiq; proprium eius. In solutione tertie rationis nota q̄ ad multiplicationem locorum non oportet multiplicari locata. In solutione septime rationis nota q̄ primi termini mutationis tantū sunt impossibiles et illi sunt forma et priuatio. que vero concomitantur istos terminos possunt esse compossibilia. In solutione octaue rationis nota q̄ aliqua sunt creature incompossibilia que deo sunt possibile fieri. In solutione vltime rationis nota q̄ omnis actus immanēs inest corpori in diuersis locis existenti. Sed q̄ idem corpus possit esse in diuersis locis habetur per Dugonem de sacramentis parte. 8. c. 3. sic inquentes. qui fecit q̄ vnum corpus esset in vno loco fecit sicut voluit. et si aliter voluisset aliter facere potuisset. Item legitur de beato frontonio q̄ eadem die et hora qua celebrabat missam interfuit sepulture sancte Marthe. Ad argumētū in principio patet p̄ conclusiones

Tertia questio decime distinctionis

utrum corpus xpi simul possit esse in celo et in eucharistia.

Videtur q̄ non per illud Augustini. et ponitur de conse.

di. 2. prima heresis corpus xpi sursum et in vno loco esse oportet. Ad oppositum est fides. Est opinio prima q̄ sic. sed per conuersionem alterius in ipsum. Et est Thome in. 4. d. 8. q. 1. ad quartum argumentum. improbat doctor ostendens q̄ conuersio non est causa huius presentialitatis. Opinio propria q̄ non est impossibile idem corpus esse in vno loco quantitatiue et in alio non. sed xpi corpus est in celo quantitatiue in altari autem non quantitatiue. q̄ non est ibi s̄ ordinem partiu in loco licet sit ibi s̄ ordinē partiu in toto. Sed quidam infidelis quomō p̄cedet hoc esse possibile ideo volo euz restringere dum hebrei cū cūcidit puerum acipiūt duas cathedras. et in vna sedet Rabinus vel minister puerum circumcidens in alia vero nemo sedet. nam dicunt ipi q̄ Elias descendit ad illam cathedram et sedet ibi. nunquid ē possibile q̄ in eodem puncto et hora in alia ciuitate vel loco alius circumcidatur. Ergo si Elias est tante virtutis q̄ in eodem puncto

et hora potest interesse huic circumcissioni et illi. ergo multo magis
 corpus qui filius dei est et manus posse habet. et licet uno et eodem
 tempore in diuersis imoletur altaribus. tamen sicut est una diui-
 nitas cui vnitur. sic non diuersum sed vnum idemque corpus cons-
 ficitur de conse. di. 2. quid sit post me. et c. vtrum. nam in hora con-
 secrationis in a summis sociantur ad vocem sacerdotis de conse.
 di. 2. quid sit. In solutione prime rationis nota quomodo quan-
 titas est ratio formalis essendi in loco. Ad argumentum in
 principio dico quod non est inconueniens quod sit in celo localiter et in
 eucharistia sacramentaliter. vel potest esse in ostia sine presentia sui loci

Quarta questio decime distinctionis

vbi queritur vtrum corpori christi naturaliter existenti et idez
 sacramentaliter existenti necessario insint eadem partes et
 proprietates. Videtur quod non. quia sanguis non est hic sacramenta-
 liter nisi post consecrationem vini. nam poneretur ibi frustra con-
 tineri scilicet primo in corpore. secundo in vino vel post consecrationes
 vini. Ad oppositum est magister di. xi. et Innocentius de offi-
 cio missae parte tertia. In primo articulo ostendit quod corpus vt
 est in eucharistia non continet tanquam partes animam. nec accidentia nec
 sanguinem. In secundo articulo declarat titulum questionis. et pro-
 bat aliquas conclusiones. Prima est quod non est sic necessitas si cor-
 pus christi modo naturali habet partes et proprietates quod eas habeat
 et sub modo sacramentali. Et hec breuiter apparet quia post resur-
 rectionem non erit eucharistia. nec corpus habebit sub isto modo
 proprietates seu passiones et tamen tunc corpus christi sub modo esse
 di naturali habebit illud. Secunda conclusio quod non est simpliciter
 necessitas id est quod non sequitur simpliciter necessario si corpus
 christi habet istas partes et proprietates sub modo sacramentali quod
 propter hoc eas habeat sub modo naturali. hoc patet primo sic quia
 do existens aliqua est indifferens ad duos modos sicut potest
 simpliciter haberi sub vno modo sic et sub alio. Sed existens cor-
 poris christi seu res corporis christi est indifferens ad istos duos modos
 scilicet naturalem et sacramentalem. ergo potest haberi sub isto modo
 licet non sub alio. Nota duo correlaria. Primum quod ante incar-
 nationem potuit eucharistia esse ita vera sicut nunc. et hoc tam quia
 tum ad sanguinem quam quantum ad rem significatam seu presentiam
 Secundum correlarium quod post incarnationem corpus christi potest
 definire esse sub modo naturali. et tamen Eucharistia vere manet
 re quantum ad veritatem signi. et quantum ad veritatem signan-
 tis. hoc patet. quia si ad corpus christi realiter contineri in eucharistia non ne-
 cessario sequitur corpus illud habere existentiam in modo naturali.

ergo prius potuit fieri siue precedendo siue remanendo post de-
 structionem illius secundi. De prescissione probatur specialiter sic.
 vbiunque res temporalis potest habere existentiam ibi potest non
 fuerit potest incipere esse simpliciter. Sed corpus christi potest habere
 simpliciter existentiam realem sub modo existentie sacramentalis
 ergo postquam non fuit potest simpliciter incipere esse. ergo non oportet
 ad hoc quod modo incipiat esse quod sub alio modo incipiat esse.
 Circa tertium membrum scilicet de necessitate scilicet quid sumpta ponit
 vnam conclusionem quod necesse est isto modo easdem partes et pro-
 prietates corporis christi inesse sub isto modo essendi et illo. Sed in
 eucharistia quod corpus sumitur. dicitur quod idem corpus quod sumptum
 est de virgine. et passum est nec non et sepultum quod resurrexit et in ce-
 lum ascendit de conse. di. 2. omnia. in fi. Et corpus quod christus dedit
 in cena idem fuit quod passum est in cruce et tum ad naturam. Sed
 diuersum quantum ad formam de conse. di. 2. c. 1. et c. se. In solu-
 tione rationis nota quid est in sacramento primo vt signatum et
 vt contentum et vt concomitanter. Pro quo nota quod in sacramento
 altaris virtute verborum corpus est sub specie panis. anima est ibi
 per coniunctionem quia corpori coniungitur. sanguis per conco-
 mitantiam. deitas per vnionem. In calice vero virtute verborum
 est sanguis. per concomitantiam corpus christi. per coniunctionem anima
 per vnionem vero deitas. Sed quereretur aliquis si sanguis fu-
 it in corpore dum fuit consecratum quid oportet quod iterum conse-
 cretur et vinum conuertatur in sanguinem. dicitur hic vno modo
 quod in corpore fuit concomitanter. sed in sanguine incepit esse ex vi
 consecrationis. Si vero teneatur quod sanguis est pars corporis tunc
 oportet dicere quod bis est hic sanguis ex vi sacramenti. sed non eo-
 dem modo quia sub specie panis est per se sed non primo imo vt
 est aliquid primi id est vt est pars corporis. in sanguine vero est tan-
 quam primum et non aliquid primi. ergo in calice incipit esse postquam est
 dico quod incipit esse alio modo. sed non simpliciter accepit esse.

Ad argumentum in principio patet quod non est inconueniens
 quod sanguis sit in ostia et in calice tamen aliter et aliter.

Quinta questio decime distinctionis

vbi queritur vtrum quelibet actio immanens que est in
 christo naturaliter existenti insit sibi sacramentaliter existenti
 in eucharistia. Videtur quod non. quia organum non habet hic mo-
 dum extensiuum sub quo. et non aliter est receptiuum sensationis
 Ad oppositum operatio est perfectio potentie operative. ergo
 si oculus christi hic careret visione quam habet in celo careret hic sua

propria perfectione quod non est dicendum. Doctor probat hic tres conclusiones. Prima quod christo hic concomitanter inest omnis operatio que primo sibi inest ut in celo. quia presentia obiecti non requiritur ad actum propter terminationem sed propter causationem. Secunda conclusio quod nulla cessatio inest christo primo ut in sacramento. Tertia conclusio quod aliqua intellectio et operatio spiritalis scilicet operatio intellectus et voluntatis possunt primo inesse christo ut in eucharistia. Correlarium quod christus propter suum esse in eucharistia non priuatur aliqua operatione quam habet in celo ut per intellectio et volitione cuiuslibet obiecti. cuius angelus hic sensus haberet et per consequens non est ad imperfectionem suam quod sit in eucharistia. sed ad maiorem perfectionem. Ad argumentum in principio dico quod organum hic vere est quantum sicut in celo et per consequens potest recipere sensationes quantum in se est sed non habet hic modum quantitatum qui modus requiritur ad per se sensationem.

Extra questio decime distinctionis

nis ubi queritur utrum corpori christi ut in eucharistia existenti possit inesse motus corporalis. Videtur quod sic. quia motus nobis mouentur omnia que in nobis sunt. ergo mota ostia mouetur corpus christi in ostia. sed iste motus est corporalis quia ab uno ubi ad aliud. Ad oppositum. scilicet philosophorum. omne quod mouetur est in loco. corpus christi in sacramento non est in loco. ergo non.

In hac questione ponentur duo articuli. in primo ponuntur alique distinctiones. in secundo ponuntur alique conclusiones.

Quantum ad primum articulum ponuntur alique distinctiones. Prima quod motus potest capi dupliciter. primo modo stricte secundum quod est ad illos terminos quos ponit philosophus. scilicet philosophorum scilicet ad quantitatem. qualitatem et ubi. Alio modo sumitur extensiuue pro quacumque acceptione cuiuscumque forme noue absolute siue relative. Secunda distinctio quod corpus christi potest intelligi moueri vel primo vel concomitanter. Tertia distinctio quod corpus christi sic moueri potest intelligi aut a virtute creata vel immediate a deo

Quantum ad secundum articulum ponuntur sex conclusiones. Prima quod corpus christi in eucharistia non potest moueri primo vel mutatione proprie dicta a virtute creata patet. quia virtus creata non potest illi applicari quod oportet. Secunda conclusio Corpus ut in eucharistia potest moueri motu proprie dicto a deo im-

mediate patet. quia virtus diuina omnem formam potest imprimere passo cuius passum est receptiuum. Tertia conclusio corpus ut in eucharistia potest moueri motu extensiuue sumpto cuius ibi sit in loco per quantitatem. Quarta conclusio Corpus christi ut in eucharistia isto modo et isto motu non mouetur nisi immediate a deo. Ibi nota quod illa propositio est falsa motus nobis mouentur omnia que in nobis sunt. sed est intelligenda illa propositio. si virtus sit sufficiens motiua illius. et sic licet quis moueat ostiam tamen non potest corpus christi mouere quia non subiicitur sue virtuti. sed corpus christi mouetur a deo in tali motu. Quinta conclusio quod corpus christi ut est in eucharistia concomitanter potest moueri et etiam mouetur ad formam absolutam quo mouetur primo ut in celo ab agente a quo ut ibi mouetur patet. quia absolutum non variatur propter variationem respectus extrinseci id est quod si corpus primo est calidum in existentia naturali concomitanter est calidum in sacramento. et sic de aliis qualitatibus. Ibi nota quod si corpus christi corrumperetur in existentia naturali non propter hoc corrumperetur ut in eucharistia. si tamen totaliter desineret esse in existentia naturali posset desinere esse in eucharistia vel posset ibi manere tamen alio modo. Sexta conclusio quod corpus christi ut in Eucharistia non mouetur concomitanter motu locali quo mouetur primo ut in celo. nec aliquo simili motu locali. Ista conclusio patet quia non potest moueri ab agente naturali eo modo quo mouetur in celo motu naturali vel motu concomitante illum motum celestem naturalem. In solutione prime rationis nota quod corpus christi quando vulneratur in cruce vulneratur in pixide et quomodo non id est si accipiatur pro formali diuisione partium continui. Si vulneratur in cruce et in pixide. sed si pro ipsa vulneratione ut inflictam a corpore non. ibidem nota quomodo aliter continuitas et non continuitas ratione vulneris correspondet continuitati et diuisioni corporis in cruce et aliter in pixide. Nam in cruce vulnus discontinuat non sic in pixide. In solutione secunde rationis nota quod corpus in Eucharistia potest moueri localiter primo a deo et immediate non tamen virtute creata. nec primo nec concomitanter. Nota hic quod si corpus Christi nusquam esset localiter. sed tantum sacramentaliter perpetuo maneret ibi sub eodem modo essendi quo inceperat ibi esse. non enim posset magis mori ut ibi non nutrir. Ergo possibile esset corpus sub aliquo modo essendi diuere vita mortali et tamen immortaliter. Sine etiam

inceptione nutrimenti. et respiratione et aliorum que ad vitam mortalem communiter requiruntur. Ad argumentum in principio dicitur quod est verum si sit proportio mouentis ad mobile qualis non est hic.

Septima questio decime distinctionis

ubi queritur utrum christus in eucharistia existens possit per aliquam virtutem naturalem transmutare aliquid aliud a se. Videtur quod sic. quia secundum philosophum. scilicet methaphisicorum. 7. 9. potentia actiua est principium transmutandi aliud. sed christus in eucharistia habet potentiam actiuam. ergo ut in eucharistia habet principium transmutandi. Ad oppositum omne agens philosophice in agendo reputatur. 3. philosophorum. corpus christi ut hic non potest pati philosophice ergo nec agere. In ista questione primo ponuntur due distinctiones. secundum duas conclusiones. Quantum ad primum articulum dico quod sicut homo est compositus ex anima et corpore. ita habet quasdam potentias mere spirituales que conueniunt primo anime et toti corpori per animam sicut intellectus et voluntas. etiam habet quasdam potentias scilicet corporeas que omnino non sunt anime per se sed totius coniuncti ex corpore et anima. sicut patet de sensu vel de sensibus exterioribus. hoc potest deduci ex libro de sensu et sensato. et ex secundo de anima. Secunda distinctio quod illarum potentiarum que sunt totius coniuncti. quedam sunt magis corporee quia sequuntur naturam corporis mixti. quedam autem sunt magis approximate ad materiam anime sicut sunt ille que sequuntur corpus animatum in quantum animatum. Quantum ad secundum articulum pono duas conclusiones. Prima quod christus in eucharistia non potest uti aliqua potentia actiua corporea siue illa sit mere corporea consequens naturam mixti siue sit corporea consequens totum animatum. probatur quia omnis potentia actiua corporea requirit passum in quod agat approximatum sibi localiter. Sed illa potentia ut est hic non approximatur alicui localiter. ergo ut est hic non potest habere passum approximatum in quod agat. maior patet. 7. philosophorum et primo de generatione. oportet enim agens corporeum esse approximatum passum mediate vel immediate. Secunda conclusio quod christus in eucharistia potest uti quacumque potentia actiua spirituali. hoc probatur per medium tale. illa potentia christus potest uti in eucharistia que non requirit ad suam actionem quod habeat esse localiter. sed potentie actiue mere spirituales sunt huiusmodi scilicet intellectus et voluntas quia abstrahunt a loco patet. quia si aliquis angelus esset presens in

eucharistia posset christus illum illuminare et illi loqui locutione intellectuali eo modo quo vnus angelus loquitur alteri angelo. Etiam quia christus in eucharistia potest habere actionem spirituales ex parte principii. sicut anima mouendo corpus et tamen corporales ex parte termini. declaratur sic. quia angelus habet potentiam motiuam secundum locum non tamen organicam. et sic est spiritualis ex parte principii quia nullo modo est organica et tamen corporalis ex parte termini quia eius terminus est motus localis corporis. In solutione secunde et tertie rationis nota quod corpus christi in eucharistia nutritur et respirat. et hoc si nutritur et respirat in existentia naturali. sed si habet has operationes non tamen ut in eucharistia. In solutione quarte rationis nota quod christus in eucharistia potest mouere aliquod corpus per illam potentiam non organicam non tamen per potentiam organicam. corpus vero suum ut in eucharistia mouere non potest. nec per potentiam organicam nec non organicam. sed ut sic potest tantum a deo moueri. et ratio est quia corpus non subest alicui potentie motiue sub isto modo efficiendi nisi diuine. Ad argumentum in principio dico quod bene habet potentiam transmutandi quantum est ex se. sed potest habere aliquid quod impedit actionem naturalem transmutationem.

Octava questio decime distinctionis

ubi queritur utrum aliquis intellectus creatus possit naturaliter videre existentiam christi in eucharistia. Videtur quod non. nam si sic mali angeli possent eam cognoscere cum secundum Dionysium de diuinis nominibus remanserunt in eis naturalia integra. non est falsum. quia inimici gratie non possunt cognoscere sacramentum gratie. Ad oppositum anima christi naturaliter nouit se esse ubicumque est. et per consequens nouit se esse in eucharistia. et ita naturaliter potest nosse existentiam qua ratione sui et corporis ibi.

Prima opinio Thomae in 4. de di. 10. q. 4. questiuicula quarta quantum potest naturaliter cognosci ab intellectu viatoris potest tantum cognosci ab aliquo et hoc actu beatifico. Secunda opinio Ricardi de 10. q. 1. articulo. 5. quantum potest cognosci ab intellectu viatoris tantum ab intellectu beatifico potest cognosci. non solum in verbo sed etiam in proprio genere. Sed in ista questione ponuntur duo articuli. primus in quo ponuntur distinctiones. secundus in quo ponuntur conclusiones. Quantum ad primum articulum doctor ponit tres modos vel terminos. scilicet intellectus. videre et naturaliter. Intellectus quidam est separatus et quidam coniunctus. corruptibilis corporalis naturaliter sumitur hic pro illa opera

nione in qua potest intellectus concurrentibus aliis causis naturalibus. videre sumitur hic pro intellectu intuitiva ut distinguitur contra abstractiuam. ubi habes quod intellectus viatoris potest habere cognitionem abstractiuam de existentia corporis christi in eucharistia. ibidem habes quomodo possumus habere fides de christo cum eum non viderimus. Quantum ad secundum articulum de cognitione intuitiva ponuntur tres conclusiones. Prima est ista quod intellectus noster pro statuie non potest naturaliter videre corpus christi ut existens in eucharistia patet. nam substantia corporea non videtur a viatore. 2^o de anima. igitur neque a fortiori substantia corporis christi. Secunda conclusio quod omnis intellectus sensibus in intelligendo non obligatus. siue angeli siue anime separate. siue hominis beati. naturaliter potest videre existentiam corporis christi in eucharistia patet quia talis intellectus non dependet a sensibus. nec talis intellectio est per sensibilia. et sic illa existentia non impedit quin possit videri. Terti nota de cognitione intuitiva et abstractiuam. et de naturali et supranaturali quomodo non distinguit naturam in se sed in comparatione ad agens. Tertia conclusio quod intellectus beatus nullo modo per actum beatificum videt corpus christi in eucharistia. nec in proprio genere patet. quia beatus non distinguitur a non beato nisi videndo obiectum beatificum. sed corpus christi in eucharistia non est obiectum beatificum ut patet de se. nec est inclusum in obiecto beatifico quod patet. quia eque essentialiter pertinet ad obiectum beatificum includere in ratione obiecti visionem vnius sacramenti sicut alterius. sed nullo modo pertinet ad obiectum beatificum includere illud in ratione ostensi ut puta conferre gratiam paruulo in baptismo. penitenti conferre gratiam in penitentia seu confessione. et ista eque veraciter includuntur in sacramentis istis sicut corpus christi in eucharistia. ergo nullo modo obiectum beatificum ut est tale obiectum includit corpus christi ut visum in eucharistia ista tenent. nam sicut videtur corpus christi in eucharistia. sic gratia in aliis sacramentis. sed non videtur gratia in aliis sacramentis. 8^o neque corpus christi in eucharistia. In solutione prime rationis nota quod que non possunt nisi ab agente supranaturali fieri possunt ab intellectu creato naturaliter cognosci. In solutione secunde rationis nota quod quodcumque cognitum per fidem excellit omne cognoscibile ab intellectu sensibus in intelligendo obligato. non tamen intelligibile ab intellectu separato creato. In solutione tertie rationis nota quod malus angelus si permittatur potest sua naturali potentia intelligere quodcumque intelligibile creatum et per consequens cogitationes cordis et misteria gratie postquam posita sunt in esse. In so-

lutione rationis pro opinione prima nota quare est necessari^o nobis habitus fidei. et respectu cuius obiecti fidei succedit visio. et dicitur quod succedit visio obiecti fidei quod est deus trinus. sed non aliis respectu quorum est fides. nam gratie in baptismo non succedit visio. Ad argumentum in principio dico quod mali angeli forte si non impedirentur possent cognoscere multa sed impediuntur.

Una questio decime distinctionis

ubi queritur utrum existentia corporis christi possit videri oculo corporali. Videtur quod sic. quia beatus videndo illas species non decipitur. nam deceptio repugnat beatitudini. sed si non videretur corpus christi posset decipi credendo ibi esse substantiam panis 8^o et 9^o. Ad oppositum quia sequeretur quod corpus christi videretur ut rotundum cum basis sub qua videtur species sit rotunda. Prima opinio Thomae in 4^o di. 10. q. 4. et Ricardi eadem di. q. 2. articulo. 5. quod nec oculus gloriosus nec non gloriosus possunt videre naturaliter corpus christi in eucharistia. nec lumen glorie potest attingere rem non alicubi existentem. et per consequens nec corpus christi. Item quod nec miraculo potest quis oculus eleuari ad cognoscendum substantie separate existentiam. christus autem ut hic habet tale modum. improbat opinionem quoad tria que ponit. Opinio propria ponit aliquas conclusiones. Prima quod deus de potentia absoluta potest creare in oculo glorioso vel non glorioso visionem corporis christi licet illud corpus nusquam esset nisi in eucharistia. Secunda conclusio quod nulla visio christi sic creata potest esse corporis ut hic. In solutione prime rationis nota quod sensus noster non decipitur in eucharistia licet non videat ibi corpus christi sicut nec visus beati. nam si videt quantitatem ibi est. sed sub illa quantitate eius intellectus iudicat quod est id est verum corpus christi. ibidem habes quod dimissus sibi beatus dubitaret an sit ibi corpus christi. sed si dubitaret per sensum non tamen per intellectum. In solutione secunde rationis nota quod lumen indivisibile non multiplicat se. ibidem habes de reflectione a quo fit et quare non videtur in speculo ymago multiplicata. et ponit rationem quia impeditur agere secundum illam lineam rectam que est maxime conueniens actioni naturali scilicet recta. et quia breuissima est ideo agit secundum illam secundum quam potest scilicet secundum lineam reflexam. Ad argumentum in principio dicitur quod etsi sensus decipitur non tamen intellectus. nam vere iudicat quod est.

Intra undecimam distinctionem que queritur utrum transsubstantiatio sit possibilis. Videtur quod non

Quia transsubstantiatio importat idem quod mutatio substantie in substantiam. sed talis mutatio non est nisi generatio vel corruptio scilicet per se. scilicet per se. sed nec ista nec ista est in eucharistia. ergo transsubstantiatio non est possibilis. Ad oppositum est Ambrosius de sacramentis. In ista questione sunt tres articuli. In primo articulo declarat quid est transsubstantiatio. et dicitur quod est quod totus panis conuertitur et transsubstantiatur in verum corpus christi. In secundo articulo ostendit quod huic rationi nominis potest aliquid subesse id est quod substantia panis potest transsubstantiari sicut fit in corpore christi. ubi ostendit duas conclusiones. Prima conclusio est ista quod transsubstantiatio est possibilis patet. quia quod fit est possibile. et hoc habes de conse. di. 2. reuera miraculose. Secunda conclusio quod transsubstantiatio est possibilis et soli deo. nam formaverborum prolata fit transsubstantiatio eucharistie virtute diuina de conse. di. 2. quia corpus. et c. panis est. et c. reuera. ante fines. In tertio articulo ostendit ad quod genus mutationis hec transsubstantiatio reducatur. ubi nota diuisionem de mutatione obiectiua et subiectiua. Et similiter de generatione. Et hec est difficultas Carronis li. 4. in presenti di. q. 3. et dicit quod ista mutatio non est subiectiua. ponitur opinio secunda. improbens multipliciter difficultatem Carronis. opinio propria doctoris quod hec transsubstantiatio non pertinet ad aliquod genus mutationis: Ad argumentum in primo negatur quod transsubstantiatio sit mutatio. ideo maior est ista.

Secunda questio vndecime distinctio

tionis ubi queritur utrum quodlibet possit conuerti in quodlibet. Videtur quod non. nam Aug. et Boecius dicunt contrarium. Ad oppositum cum non esset repugnantia ex parte passi tunc deus non esset omnipotens. In primo articulo ostendit quod nulla creatura potest conuerti in deitatem. Secundus articulus ostendit quod quelibet creatura potest in qualibet creaturam conuerti et quantitas in quantitatem. et corpus in spiritum. et absolute in respectuum. In solutione prime rationis nota quod verbum esse incarnatum non dicit verbum esse terminus altius respectus realis sed tantummodo rationis. In solutione secunde rationis nota quod esse terminum repugnat immutabilitati infinitati et necessitati. In solutione tertie rationis nota quod generatum est ubi prius fuit corruptum. vel ubi presuit corruptum et quod istud ubi debet intelligi non precise scilicet quod conuersum sit ibi sic. sed vel secundum partes sui vel secundum aliquam partem in aere circumstante. In solutione quarte rationis nota quomodo intelligit illa aucto-

ritas Augustini et Boecii quod corpus non potest conuerti in spiritum nec contra spiritus in corpus. et hoc intelligitur scilicet remanente corporeitate vel virtute creata. In solutione quinte rationis nota quod absolute potest conuerti in respectuum. nec tamen ex hoc respectus est sine fundamento et termino ut si lapis conuertatur in scientiam. Item habes quod materia sine quantitate est in loco diffinitive. cum quantitate vero est in loco circumscriptive. Ad argumentum dicitur quod Augustinus et Boecius loquuntur per comparationem ad causas creatas vel ad potentiam creatam etc.

Tertia questio vndecime distinctio

tionis ubi queritur utrum panis conuertatur in corpus christi. Videtur quod non. Nam in mutatione positiva terminus ad quem accipit esse. sed corpus christi non accipit esse per istam actionem quia tunc frequenter acciperet esse ex frequentatione eucharistie. Ad oppositum est Ambrosius de sacramentis. et ponitur de conse. di. 2. In ista questione ponuntur duo articuli. primus quid sit de hoc tenendum. secundus declarat quomodo panis potest transsubstantiari. et quid de hoc requiritur. Quantum ad primum articulum ponuntur tres opiniones. Prima opinio est quod panis manet et tamen vere est ibi cum eo corpus christi. et est magistri Jobanis parisiensis. de ordine predicatorum. Secunda opinio est quod panis non manet. nec tamen conuertitur sed desinit esse ibi per annihilationem vel per corruptionem. et hanc tenent Durandus et Guillelmus ocham in presenti di. Ponit rationes aliorum contra istas duas opiniones quia soluit eas. et sunt rationes Thome di. xi. q. 1. articulo. 1. in solutione ad primam questionem. In solutione prime rationis specialiter adducit contra secundam opinionem quomodo actus dupliciter sumitur. et potentia similiter dupliciter. et quod esse habet materia sine forma. Tertia opinio propria doctoris subtilis quod panis conuertitur in verum corpus christi. consequenter soluit rationes secunde opinionis scilicet Thome. Et pro veritate huius articuli ducit auctoritates de conse. di. 2. et magistri di. 10. Et de ista principaliter videtur mouere quia de sacramentis tenendum est sicut tenet sancta Romana ecclesia ut habetur extra de hereti. ad abolendas. nunc ipsa tenet panem transsubstantiari in corpus et vinum in sanguinem. sicut manifeste habetur extra de summa tri. firmiter credimus. Quantum ad secundum articulum primo declarat quomodo panis potest transsubstantiari in corpus christi. et quid requiritur ad transsubstantiationem. Primus modus est quod materia ut quid est indeterminata. et quia ut sic deo

Subicitur potest quālibet formam in quālibet materiam inducere. Et est opinio Egidii Romani in *Theremate* de corpore Xpi. *Theremate* primo. improbat istum modum doctor. ubi nota rationem quod materia non potest esse eadez numero in duobus. Modus proprius quod possibilitas hęc transsubstantiationis est ex hoc quod uterque terminus est in plena obedientia virtutis diuine. Modus uet dubium quomodo aliquid potest conuerti in preexistens. Solutio prima quod in transmutatione partiali hoc est impossibile. Et est Egidii ubi supra in transsubstantiatione totali id est quod totus panis transsubstantietur in totum corpus xpi hoc est possibile. quia illud quod transmutatur sic non oportet quod recipiat nouum esse. improbat ostendens quod impossibile est quod aliquis terminus actionis de genere actionis et per illam non recipiat aliquod uerū esse. Solutio prima huius difficultatis quod transmutatio potest dupliciter intelligi. quia uel ad entitatem sui. et hęc dicitur totalis. uel ad presentialitatem eius alicubi ut est hic. et talis habet esse in preexistens. Secundum dubium quid est formale in termino ad quez huius transmutationis. Ibi est prima opinio *Thome* prima parte. q. 76. articulo. 3. et 4. de unitate forme. in quolibet ponit quatuor rationes contra pluralitatem formarū. prima sumitur ex unitate ipsius esse. secunda ex differentia forme substantialis et accidentalis. tertia sumitur ex predicatione. quarta quia frustra ponuntur plures. Secundum istam opinionem unus modus dicendi est *Thome* in. 4. di. xi. q. 1. articulo. 1. ad secundum articulum tertię questiuncule quod primus terminus huius conuersionis est ex materia et anima intellectiua non in quantum intellectiua sed in quantum dat esse corporeū. Secundus modus dicendi est Egidii romani *theremate*. 28. 29. et 30. quod terminus huius conuersionis est materia habens modum quantitatum. improbat utrumque modum. ibi nota auctoritates quod idem est corpus in existentia naturali et in eucanistia idem mortuum et uiuum facit de conse. dis. 2. omnia in fine. Secunda opinio *Saudensis* quodlibeto. 3. q. 6. 8. 15. et 16. et quodlibeto. 2. q. 2. et 3. et quodlibeto. 4. 6. 7. 9. ideo habes circa hoc aliquas conclusiones. Prima est quod rationes *Thome* concludunt esse in omnibus tantum unam formam preterquam in homine. Secunda conclusio quod in homine non concludunt. Tertia conclusio quod ad duas formas eductas de potentia materie sunt potēte distincte non aut ad duas quarum una educitur et altera creatur. Quarta conclusio quod illa forma que nata est dare esse materie seorsum sine altera nata est constituitur suppositum ideo supueniens non est accidentis. sed forma que non est nata dare esse per se sicut alia non est nata constituitur

suppositum nisi miraculose. Quinta conclusio quod intellectiua pertinet vegetatiuas et sensitiuas. forma uero mixtionis pertinet alias. improbat omnes istas conclusiones et rationes opinionis. consequenter soluit rationes opinionis *Saudensis*. In solutione prime rationis nota quomodo in generatione est una mutatio et quomodo non. consequenter soluit quatuor rationes prime opinionis que est *Thome* ubi supra. In solutione prime rationis nota quod unum ens non requirit unitatem forme precise. In solutione secunde rationis nota quod forma subalis dat esse simpliciter ut esse simpliciter distinguit contra secundum quid quod esse secundum quid dat accidentis. Ibi etiam nota quod subiectum alterationis et augmenti semper est in loco. uel si forma prius acquisita uel si forma secundum quam fluit. subiectum uero generationis neutro modo est in loco. In solutione tertię rationis nota quod plures formas saluat predicatione per se ut in homine. ubi habes quod 13 genus non predicat per se de omnia predicat tamen de specie per se. In solutione quarte rationis nota que est ratio ponendi in quolibet aiato. corporeitate esse formam distinctam ab alia. ubi nota quod corpus quod est altera pars non est indiuiduum alicui generi. sed est in genere tamen per reductionem. Ibi nota quod intellectiua recedente potest manere forma mixtionis in triduo fuit una forma corporeitatis in xpo. et non erat homo. ergo per aliam formam fuit homo et per aliam erat corpus. et sic plures forme in proposito. Tertia opinio propria *Scoti* quod corpus xpi per se includit materias et ad minus formas mixtionis. et illud corpus non est in genere nisi per reductionem. Et illud est forma et terminus huius conuersionis. uide hanc questionem in *Scoto* contra negantes pluralitatem formarum. Ad argumentum in principio conceditur quod corpus xpi accipit esse non simpliciter sed ea occasione qua terminus accipit hic esse.

Quarta questio undecime distincti

onis ubi queritur utrumque panis in ista conuersione annihilatur. Videtur quod sic. quia quod profuit et nihil eius manet annihilatur. panis profuit et nihil eius manet. quia nec materia nec forma. tota enim totaliter transit materia in materiam et forma in formam ergo etc. Ad oppositum panis conuertitur in corpus xpi. ergo non annihilatur cum aliud sit conuersio et aliud annihilatio etc. Prima opinio est *Dennici* de *Sandauro* quodlibeto. 19. q. 9. et quodlibeto. 10. et. 12. q. 10. quod aliquiditas panis manet in aliquiditate corporis xpi ideo panis non annihilatur. Improbat ostendens quod illa aliquiditas non potest manere. Secunda opinio est Egidii Romani *Theremate* de sacramento eucanistie. *theremate*. 24. Et *Durandi* in. 4. di. xi. q. 1. articulo. 3. quod panis non annihilatur. sed manet in potentia in corpus in quod conuertitur quia

utrunq; habet cōmune subiectum et materiam. doctor improbat. Tertia opinio propria q̄ nihil panis manet post conuersionem. in fiat contra hoc. Secunda conclusio ostendit q̄ panis nō anihilatur. instat contra hoc dicendo q̄ panis est omnino anihilatus. In solutione secunde rationis q̄stionis nota quid est de rōe anihilationis. et quid de ratione corruptionis. et quarum corruptio nō est anihilatio. et q̄ panis in ista conuersione nō anihilatur licet nihil eius remaneat. In solutione tertie rationis principalis nota quare forma in corruptione nō anihilatur. Item quare per agens naturale non potest iterum reparari. et q̄ hec conuersio est substantie in substantiam non quantum ad esse substantiale simpliciter sed quantum ad hoc esse. Dicit ulterius q̄ termini' huius conuersionis sunt presentialitas et nō presentialitas que possunt reduci ad genus ubi. cum corpore xpi nihil acquiratur q̄ esse hic. Ad argumentum in principio dicitur q̄ maior non est sufficiens. naz oportet in ea addere nihil eius manet et simpliciter nihil succedit ut per se terminus.

Quinta questio undecimē distinctio

onis ubi queritur quibus propositionib⁹ potest hec conuersio vere exprimi. Pro quo ponitur hec conclusio. Quod si debet esse vera propositio qua exprimitur hec conuersio oportet unum adpi in recto reliquum in obliquo denotando ordinem extremi cuius extremo cum prepositione ex vel in. ut ex pane fit corpus xpi. vel panis transit in corpus xpi.

Sexta questio undecime distinctio

nis ubi queritur utrum solus panis triticeus aqua elemētari coagulatus sit cōueniens materie conuersionis in corpus xpi. Videtur q̄ non. nam amido non est panis triticeus tamen ex illo posset fieri consecratio. Ad oppositum est de conse. di. z. c. p. Dicuntur duo articuli. primus ubi ponuntur congruentie et est responsiuus questionis. in secundo mouet tria dubia.

Quantum ad primum articulum doctor respondet affirmatiue et assignat congruentias. nam xpus sic ordinauit. tum qz xps grano frumenti se comparauit. tum qz melchisedech hoc prefigurauit ut patet Gene. 14. quando obtulit panem et uinum. erat. n. sacerdos dei altissimi. tum qz secundum opinionem quorundam canonistarum ut Hosti. et Dug. ille panis debet esse ut dicitur ex puris granis frumētū in tantum q̄ si aliqua grana misceantur illa non transsubstantiantur qz xpus fuit granum frumenti. unde Iobannis. 12. nisi granum frumenti etc. notatur de conse. di. z. sicut

in sacrificando. Et si illa farina misceatur cum alio liquore nunquid conficatur. et tenent canoniste q̄ non de conse. di. z. sicut in sacrificando. Quantum ad secundum articulum occurrunt tria dubia. primum an de amido possit fieri panis consecrabilis ad qd̄ dicitur q̄ non qz secundum medicos differunt specie. et accidentia specie differentia hoc demonstrant. Secunda dubitatio an de farina triticea pasta confecta non tamen cocta possit cōfici dico q̄ non. qz sacramentum debet fieri in pane usuali. non coctum non est usuale. Tertium dubium an panis azimus aut fermentatus sit conueniens materie huius sacramenti. ad hoc dicunt greci q̄ necesse est conficere in fermentato. dicunt enim q̄ xps passus est luna decimaquarta. et impletur figura legis de agno paschali. Sed inter iudeos licuit tunc habere panem fermentatum in usu et communiter habebant. non enim fuit eis interdictus panis fermentatus ergo xpus confecit in fermentato. sed illud est falsum. q̄ enim xpus sit passus luna decimaseptima probatur expresse per illud Mathei. 26. prima die azimorum scz luna decimaquarta comedit agnus paschalis. et decimaseptima erat solennitas. et illa die passus est xpus. et sic illa hora qua comedi debuit agnus paschalis secundum legem comederunt discipuli agnum. igitur tenendum est q̄ de necessitate panis consecrabilis non est. nec q̄ sit azimus nec q̄ sit fermentatus qz secundum Anselmum in li. suo de azimo et fermentato non differunt substantialiter fermentatum et azimum quapropter non nego grecos vere cōficere quia tempore Leonis pape fuit constitutum q̄ conficeretur de fermentato. tamen. de necessitate ministri in ecclesia latina est cōficere in azimo. naz in fermentato est mixta corruptio. in azimo autem non. et qz in xpo nulla fuit permixta corruptio secundū illud psalmi. Non dabis sanctum tuum videre corruptiones. ideo melius in azimo q̄ in fermentato fit consecratio. et multipliciter peccaret qui in fermentato cōficeret. dico in ecclesia latina. Ad argumentum in principio falsum supponit. nā amido iam mutauit spem et sic ex illo nō potest fieri

Septima questio undecime distinctio

tionis ubi queritur utrum solum uinum expressum de vite sit conueniens materia conuersionis in sanguinem. Videtur q̄ non. qz ideo ex uino fit illud sacramentum quia secunda pars nutritionis consistit in uino. sed non solum hec consistit in uino uitis sed etiam in uino pomorum etc. Ad oppositum de conse. di. z. uinum. In ista materia ponitur conclusio q̄ solum uinum expressum de vite vel uinum uitis est conueniens materia

conuersionis in sanguinem ut patet de conse. di. z. c. vinum. *L*us ratio est quia xpus sic instituit. et congruentia potest assignari quia secun^{da} pars principalis nutritionis scilicet potus principaliter consistit in vino ut in potu principali. nec in eucaristia debent esse vne nec aliqua grana leguminis benedicenda de conse. di. z. didiscimus. sed purus panis et vinum. Sed quare vino apponitur aqua dicit magister quod hoc est quia aqua significat populum xpianum passione redemptum secundum illud de conse. di. z. c. non oportet. et extra de cele. mis. in quadam. In qua distinctione dicit hoc esse. quia dum Xpus in cruce pependit de corpore eius fluxit sanguis et aqua. Sed dicit doctor quod ob hoc quod debeat apponi aqua non est de necessitate sacramenti tamen est de necessitate ministri. Sed quare dum aliquis communicat non datur sibi vinum consecratum. dicitur quod ob hoc quia illud non representat institutionem sacramenti altaris nec xpi passionem. Sed in sacerdotibus aliter est. nam sacerdos corpus xpi sumens et non sanguinem grande sacrilegium committit de conse. di. z. comperimus. et sacerdos ostiam consecrans et non communicans per annum a celebratione suspenditur de conse. di. z. relatum. Ad argumentum in principio dico quod ratio esset bona si esset vinum simpliciter sed quia non est nisi vinum scilicet quid ideo non concludit.

Trca distinctionem duodecimam

queritur vtrius in eucaristia sit aliquod accidens sine subiecto. Videtur quod non. nam sicut se habet esse substantie ad esse in alio sic esse accidentis ad esse per se. sed substantia esse et esse in alio est impossibile primo pbicorum. ergo accidens esse et per se esse est impossibile. Ad oppositum est magister in lra. et adducit auctoritates sanctorum. In ista questione tria videbimus. primo opiniones. secundo distinctiones et conclusiones. tertio dubitationes. Quantum ad primus articulum est opinio Thome in. 4. di. 12. q. 1. ad argumentum tertium tertie questionis inquit quod accidens in subiecto habet esse subiecti et quando separatur largitur ei deus nouus esse. improbat vtriusque partem istius opinionis. Secunda opinio est Denrici quodlibet. 4. q. 36. quod quando accidens separatur deus largitur ei virtutem supernaturalem per quam potest esse et sine qua non potest esse improbat. Quantum ad secundum articulum Et opinionis doctoris declaratiuum premitto distinctiones. Prima distinctio est ista. quod accidens potest accipi pro per se significato vel pro eo quod denominatur ab illo per se significato. vterius accipiendo pro illo

quod denominatur a significato istius nominis quod est accidens potest accipi vel pro absoluto vel pro respectiuo. Secunda distinctio est ista quod aliquid in esse subiecto potest dupliciter accipi vel secundum actum vel secundum aptitudinem. Tunc ponuntur tres conclusiones. Prima est quod loquendo de per se significato accidentis contradictio est ipsum non esse in subiecto intelligendo vniiformiter in subiecto et predicato. i. si actu. actu. si aptitudine aptitudine. hoc patet quia per se significatum huius nominis accidentis est quidam respectus ad illud cui accidit que importat hec dicitio inherens ad illud cui inheret. Secunda conclusio quod loquendo de eo quod denominatur a per se significato accidentis et est per se respectus contradictio est quod sit sine subiecto et hoc actu. ita scilicet quod non actu inheret subiecto. probatur quia respectus est essentialiter habitudo inter duo extrema. et ideo sicut tollere terminum ad quem est respectus. est destruere respectum. ita tollere illud cuius est respectus est destruere rationem respectus. non igitur quia respectus est accidens ideo requirit subiectum vel fundamentum. sed quia respectus. Tertia conclusio est ista illud quod denominatur a per se significato accidentis et est quid absolutum potest inesse et non inesse subiecto actualiter licet necessario insit aptitudinaliter. Ista conclusio patet quia absolutum ut absolutum non requirit terminum vel terminos quia tunc non esset absolutum. quod non insit actualiter patet quia sunt distincta essentialiter et absoluta. et sic deus potest facere vnum sine alio. et facit de facto. et datur accidens sine inherencia actuali ut accidens in eucaristia. Dixi licet necessario insit aptitudinaliter. nam inherencia aptitudinalis est passio accidentis. et est idem essentialiter cum accidente licet non sit de essentia. quia est posterior tamen propter idempnitatem essentialis quia subiectus et propria passio sunt ab eisdem principiis essentialibus ideo non possunt separari. nam licet risibile habeat per subiecto hominem non tamen oritur ab homine. sed a principiis essentialibus hominis. et ideo dicuntur idem essentialiter. In probatione tertie conclusionis in Scoto nota rationem quare deus scilicet per se non potest facere accens sine subiecto. et dicit quod id quod subiectum habet aliquam calitatem respectu accens sed doctor improbat hanc Aristotelis causam. In solutione tertie rationis contra tertiam conclusionem nota quod inherencia non potest esse de essentia accens nec de pendencia. nec aliquis respectus potest esse de essentia absoluti licet possit esse aliquomodo idem illi. ubi habes quomodo accidentia sunt entia pro sua ratione absoluta et quomodo sunt entis quoad actuali existenciam. In solutione tertie rationis contra tertiam conclusionem nota quod inherencia accidentis non est idem accidenti. et quod nulla relatio ad causam extrinsecam potest esse idempnica fundamento nisi tantum relatio ad

causam primam. vbi babes q̄ inherētia est posterior accidente. In solutione quarte rationis nota q̄ inherētia accidentis est accidens per accidens ipsi accidenti. nec est passio eius sed est respectus extrinsecus adueniens. sed intellige de actuali. Quamvis ad tertium articulum mouentur tres questiones vel dubitationes quas mouet in solutione prime rationis quarum prima est. quid est aptitudo inherētia. et qualiter se habet ad accidens. conclusio sua est q̄ non est aliquid absolutum cuius est. nec aliquid vt respectus actualis realis sed aptitudinalis. Secunda questio an accidentia quando per se existunt habeant omnem modum essendi et quomodo sunt in alio. conclusio sua est q̄ sic idest q̄ habent suum proprium modum essendi. et q̄ sunt entia ad se. et primo sunt entia q̄ insunt. et q̄ in suo subiecto per illud esse non variant ipsius esse accidentis. nam secundum Aug. omne q̄ alicui inest primo est q̄ insit. semper intellige q̄ absolutis. Tertia questio an tale accidens posset ex sua aptitudine actualiter inesse si fieret substantia in actu que nata esset informari ab eo. ad istud est conclusio sua q̄ accidens non potest effectiue se vnire subiecto. vnde si deus reduceret substantias panis et nihil aliud faceret remaneret accidens sine subiecto sicut modo. nec vniretur ipsi substantie panis tanq̄ forma per virtutem ipsius accidentis. dico effectiue sine aliquo alio agente. Et si arguas miraculum est q̄ non inest. ergo cessante impedimento inherētia sc̄z non inexistētie subiecti cessabit miraculum. et totaliter inerit. Dico q̄ aliquid positum miraculose in esse permanet in illo esse quousq̄ ab aliquo agente trāsmutetur volo dicere anteq̄ ostia esset consecrata erat panis et accidentia in illo. facta consecratione remanet quantitas per se sine subiecto. si miraculose prima substantia idest substantia panis reuerteretur an illa quantitas inhereret ipsi subiecto primo. dico q̄ nō nisi per aliquam virtutem illud fieret sc̄z per virtutem diuinam. Nota in hac questione tertium primi phicoz q̄ intellectus querens subgregare passiones a subiectis erit querens impossibilia. Ad argumentum dicitur q̄ tenet naturaliter. hic vero stant illa accidentia sic supra naturam quare etc.

Secunda questio duodecime distincti

tionis vbi queritur vtriusquodcunq̄ accidens remanēs sit sine subiecto. Videtur q̄ sic. nam aliter sequeretur q̄ accidens accideret accidenti q̄ est contra Aristotelem 4^o metha. Ad oppositum q̄ esset multiplicatio miraculorum. Item quia Aristoteles dicit quanta erit superficies tantum album esse dices ex quo datur innui q̄ superficies. i. quantitas sit immediatus sub

iectum albedinis. In ista questione sunt duo articuli. in primo ponentur alioz opiniones. in secundo opinio doctoris. Quā tum ad primum articulum est prima opinio Egidii in tractatu de corpore xpi. thereomate. 36. 37. 38. et 39. q̄ sola quantitas est sine subiecto. omnia autem alia sunt in quantitate sicut in subiecto. Secunda opinio Godofredi pitauen. in quarta parte summe in tractatu de eucaristia. q̄ omnia accidentia sunt ibi sine subiecto et q̄ nullum accidens potest esse subiectum alterius accidentis. Et hanc opinionē sequuntur multi nominales. et tales sicut isti oportet q̄ ponant multa miracula in accidentibus eucaristie. Sc̄z doctor improbat ostendens q̄ accidens potest esse subiectum alterius accidentis licet non vltimatum et mediatum et tamen immediatum vt quantitas albedinis. Soluēdo rationes opinionis Egidii nota in prima q̄ quantitas non est causa indiuiduationis nec subiecto nec accidenti. et ista sunt dicta pro primo articulo. Quā tum ad secundum articulum est opinio propria. vbi ponuntur quatuor conclusiones. Prima conclusio q̄ accidens non potest esse subiectum accidentis tanq̄ vltimate terminans eius dependentiam nam vltimate terminatio accidentis est ad substantiam. Secunda conclusio q̄ accidens potest esse subiectus accidentis proximo terminans eius dependentiam licet non vltimate patet. quia quantitas est immediatum subiectum albedinis licet mediate terminetur ad substantiam. nam quanta fuerit superficies tantum album esse dices sc̄z Aristotelem in predicamentis. Tertia conclusio q̄ omne accidens absolutus potest sic inesse vtroq̄ subiecto sc̄z vltimate et proximo eius dependentiam terminante patet. nam albedo inheret quantitati immediate et substantie mediate. Quarta conclusio q̄ accidens respectuum non potest esse sine subiecto saltem proximo eius dependentiam terminante. In solutione quarte rationis nota quomodo intelligitur illud quarti metaphisices. Accidens non accidit accidenti nisi quia ambo vtriusq̄ intellige mediate vel immediate. In solutione quarte rationis nota q̄ nullo modo relatio accidentis potest esse sine subiecto sumendo subiectum pro fundamento. Sed hoc non conuenit relationi in quantum relatio per se. nec in quantum accidens precise. sed in quantum relatio accidentis. vbi babes q̄ relatio non est infinita formaliter. Ad argumentum in principio dico q̄ Aristoteles intelligit q̄ accidens non accidit accidenti mediate et vltimate sed bene immediate vt hic. nam albedo est in quantitate.

Tertia questio duodecime distincti

onis ubi queritur utrum accidentia in eucaristia possint habere actionem quā potuerunt habere in subiecto. Videtur quod non. nam primo de generatione dicit p̄b̄s quod oportet agens et paciens cōmunicare in materia. sed substantia habens ista accidentia cōmunicabat in materia cum aliquo cum quo non cōmunicant ista accidentia separata a materia g^o et c. Ad oppositum nam ista accidentia sunt sensibilia etiam possunt alterare passiva sibi appropinquata ut patet de modica aqua appositae speciebus vini ergo et c. In hac questione duo sient. primo ponentur aliorum opiniones secundo doctoris opinio et conclusiones. Quantum ad primus articulus est prima opinio Thome in 4^o di. 12. q. 2. articulo. 2^o questiuncula secunda quod forma substantialis nō potest esse immediate principium alicuius actionis. sed mediante forma accidentali que forma accidentalis in virtute forme substantialis attingit formas substantiales. et per hoc ad propositum. cum accidentia in eucaristia habeant idem esse quod in subiecto possunt in omni actionem quā poterant prius. improbat primus in hoc quod opinio sancti doctoris dicit instrumentum virtutē recipere a causa principali et quomodo illud est intelligendum. secundo ostendit quod in proposito opinio non potest esse vera cum subiectum panis non sit. Quantum ad secundus articulus declaratiū opinionis Scoti ponuntur aliquae conclusiones. Prima quod accens separatum non potest habere operationem illam qua operatione forma substantialis inducitur. nec ut principale agens nec ut illuminans. sic quod formas subiectam attingat licet possit actionem dispositivam habere respectu huius forme. Secunda conclusio quod accens non potest esse effectivus principius generandi subiectam principaliter. Et si dicatur quod in ostia consecrata visi sunt ex magno tempore fieri vermes et ibi non est panis. et sic accidentia erunt effectivum principium substantie. dicitur quod hoc nō est principaliter. conclusio vero intelligitur principaliter. Ratio vero principalis illorum vermium erit natura vel agens naturale et nō accensia. Tertia conclusio quod accens separatum saltē eo modo quo qualitates tertie speciei possunt esse principium actionis. scilicet in sensu et in intellectu eo modo quo prius quod est ex se. et naturaliter possunt movere potentiam visivam ad videndum illa. et intellectus ad intelligendum illa. In solutione tertie rationis nota propositioem v̄tem quod nunquam accidentia possunt generare subiectam nec ipsas corrumpere per se nisi tamen dispositivae. Ad arguendum in primis dicitur quod auctoritas est intelligenda de cōmunicatiōe habitudinali vel actuali. et sic ista accidentia separata apta nata sunt cōdicare cum passio in materia sui subiecti. vel aliter quod nō est verum in se de agente uniuoco. nam deus vel celus nō cōmunicat cum illis inferioribus.

Quarta questio duodecimae distinctionis ubi queritur utrum omnis transmutatio quae potest causari ab agente creato circa accidentia in eucaristia manentia necessario requiratur eandem quantitatem manentem. id est si eadem quantitas que erat primo dum ostia rarefit vel condensatur remanet in ostia consecrata. Videtur quod sic. quia tunc motus transmutatio necessario presupponit subiectum. scilicet philosophorum. et philosophorum. sed nihil manet hic sub utroque termino nisi quantitas maneat eadem g^o et c. Ad oppositum species ille panis a sacerdote frangi ut apparet ad sensum et per sensum soluitur cōtinuitas et sic eius unitas. g^o nō manet in transmutatione eadem quantitas quae prius. Et circa hoc sient duo. in primo articulo ponentur opiniones aliorum doctorum. in 2^o ponitur opinio doctoris. Quantum ad primus articulo est prima opinio Rodofredi de fontibus de libeto. xi. q. 3. quod nō manet eadem quantitas nec in aliqua rarefactione vel condensatione. similiter de qualitatibus sic quod omnia nihil prius manet in posteriori nec aliqua pars posterioris praesent in priori. Et ex hac conclusione procedit ad propositum aliam scilicet quod hic est motus sine subiecto. et ab agente creato. sicut satis patet ad sensum quod ignis potest rarefieri illas species sicut si esset in subiecto. et ibi procedit motus sine mobili. Instat Scotus contra istam opinionem Rodofredi ubi notat quod nō est creatio sed quantitas maior fiat et sine subiecto. Ibi habet propter quas definitiones specierum. vel melius variationem desinat esse ibi corpus christi et propter quod nō. ubi tenendum est quod quodam ille species remanet in stomacho tamdiu ibi remanet corpus christi. licet sit opinio aliquorum quod quando teruntur dentibus tam cito corpus christi in celum rapit. et fundat se in illo textu Dugonis. postquam manducasti si corporale christi praesentia queris in celo quere. nam ibi residet ad dexteram dei patris. Sed Scotus est alterius opinionis. Sed spiritus corporis christi descendunt ad stomachum. dicitur quod sic de se. di. 2. si quis per ebrietatem. sed nō descendunt in seculum sed per sudorem emittuntur de se. di. 2. tribus gradibus. Quantum ad 2^o articulo est opinio propria quod eucaristia ibi manente potest intelligi mutatio quadruplex. una scilicet ubi et ista est eadem quantitas manente. secunda scilicet qualitate quam tamen non sequitur aliqua mutatio. et illa est in eadem quantitate manente. tertia mutatio est scilicet qualitate ad quam sequitur mutatio in quantitate. quarta mutatio est secundum quantitatem. et ponitur opinio circa ista quod nullam istarum mutationum potest facere in illis speciebus agens creatum. tum propterea quia illa accidentia a deo conservantur in esse. tum quia carenti contrariis. Et ponit ibi quod a solo deo immediate fiunt ille mutationes absque nouo miraculo. Instat sed

solut. Est alia opinio secunda q̄ possunt esse ab agente creato sup-
plente vicem suppositi. Tertia opinio propria Scotti q̄ quantitas
nova nullo modo est ibi actione agentis naturalis. sed sola actio-
ne diuina. Vel oportet dicere q̄ agens creatum potest agere sine
passo quod est impossibile. et quomodo sit impossibile declarat.
In solutione prime rationis principalis nota q̄ nō est de essentia
motus q̄ sit talis vel talis. nec mutationis q̄ sit alicuius taliter se
habentis. sic nec de essentia albedinis q̄ sit alicuius habentis al-
bedinem. sed sicut forma aliqua inesse quieto essentialiter est in se
talis licet nullius sit vt informabilis. ita motus est essentialiter ac-
tualitas quedam potentialis vt ita dicam. et mutatio est quedam
abitus licet nullius denominati ab hac aqua abiciatur. Ad
argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Quinta questio duodecime distincti

onis vbi queritur vtruz sit possibile circa eucharistiam fieri
aliquam transmutationem corruptiuam illorum acciden-
tium. Videtur q̄ non q̄ forma est simplex et in inuariabili essen-
tia consistens ex actore. s̄ principiorum. Item Boecius de trini-
forma simplex subiectum esse non potest. Ad oppositum illa
accidentia possunt frangi teri et digeri. et probatur per quandam
glosam ad Corinth. 2^o nutrimentum autem conuertitur in sub-
stantiam rei nutriende. Prima opinio Thome in. 4^o di. 12. q̄.
prima. articulo. 2^o ad tertiam questuunculam q̄ eodem modo po-
test tolli quantitas sicut poterit tolli substantia panis quia habet
esse conforme substantie. improbat doctor primo de ista conformi-
tate. Secunda opinio propria q̄ accidentia eucariste corūpi pos-
sunt ab agente naturali. Ad argumentum in principio dicitur
q̄ illa auctoritas intelligit de illis que sunt forme receptiue ex-
trinsecus aduenientes. vel non intelligit de formis absolutis. Ad
Boecium dicitur q̄ intelligit de pura forma que est deus.

Sexta questio duodecime distinctio

nis vbi queritur vtrum in aliqua transmutatione facta
circa Eucharistiam necesse est substantiam aliquam acti-
one diuina redire. Videtur q̄ non. Nam quantitas separata ha-
bet modum substantie in agendo. ergo et in fiendo et patiēdo.
ergo quicquid potest generari ex substantia si ibi esset potest gene-
rari de quantitate separata ergo non oportet substantiam redire.
Ad oppositum. Iste species possunt nutrire. sed ex accidenti-
bus per se non fit substantia ergo oportet q̄ aliqua subā reuertat-
tur. Circa hoc sunt duo vidēda. primo sunt vidēde opiniones.

secundo doctoris opinio et conclusiones. Quantum ad primus
articulus est opinio prima Innocenci pape in tractatu de officio
misse parte tertia. c. de fractione panis. dicit q̄ redit ibi substan-
tia panis. improbat quoad ista que dicit hec opinio. Secunda
opinio Thome in. 4^o di. 12. q̄. 1. articulo. 2^o ad tertiam questionē
dicit q̄ redit materia non quidem prius annihilata nec prius con-
uersa in corpus xpi. sed deus nouam materiam ibi creat. impro-
bat doctor. Tertia opinio Thome ibidem. et Egidii thereomate
44. 45. et Denrici quodlibeto. 8. q̄. 36. q̄ cuz dimensiones in eu-
caristia habeant modum substantie non tamen possunt ratōe for-
me accidentalis subesse accidenti q̄ de natura non habent. s̄ ha-
bent a forma substantiali que inducta vel que ex consequenti ad-
uenit materie propter concomitancias forme naturalem ad mate-
riam vel ipsi dimensionibus dabitur virtute diuina natura materie
ratione propinquitatis ad ipsam formam vel dimensionem. imp-
bat. Opinio quarta Ricardi in. 4^o di. 12. q̄. 2. q̄ ipsis speciebus
in transsubstantiatione aduertitur purum potentiale ex quo po-
tentiali potest non soluz forma sed materia generari. et ex illo pos-
sunt aliqua generari vt vermes et alia. improbat. Quantum
ad secundum articulum est responsio doctoris cum quatuor conclu-
sionibus sic dicendo. Respondeo q̄ transmutationuz possibilis
circa eucharistiam quedam stant ipsa eucharistia manente et quedam
non. Et 3^o hoc sit hec prima conclusio. q̄ manente eucharistia nō
est necesse substantiaz redire. Secunda conclusio q̄ transmutatio
corruptiua eucaristie dum tamen maneat ibi eadem quantitas q̄
sit subiectum transmutationis non necessario requirit substantiaz
redire. Tertia conclusio q̄ dum manet eucharistia non est ibi sub-
stantia nisi corporis xpi. sed alia substantia non. accidentia enim
manent sine subiecto. sed neutrum esset verum. si substantia alia re-
diret. ergo manente eucharistia substantia de facto non redit. hoc
patet agens q̄ potest in transmutationem potest in terminum si
habet susceptiuum non magis repugnans termino q̄ motui. sed
quantitas est huiusmodi g^o et d. minor patet. q̄ si susceptiuuz ibi
poni non potest nisi quantitas. et illi non magis repugnat vnus
gradus quantitatis ad quem potest alteratio q̄ alius gradus im-
perfectior et 3^o quem et alios similes potest esse motus alteratiōis
nam quantitas 3^o rationem sui non determinat sibi aliquem gra-
dum quantitatis. et sic erit verum et prima conclusio vera q̄ manē-
te eucharistia non necesse est substantiam redire. Quarta conclusio
q̄ siue per alterationem siue per motum in quantitate corumpat

eucaristia redit de facto substantia. et hoc opposita substantia cui talia accidentia conuenirent quā et afficiunt et hoc in instanti corruptionis. et etiam immediate a deo. prima pars huius probatur quia deus statuit istas species manere et sine subiecto esse in eucaristia et precise sic. 2^o statuit quod cessante eucaristia non sit species sine subiecto et per consequens sit ibi alia substantia in instanti corruptionis. Secunda pars probatur quia si redit alia substantia non alia que potest accipi speciebus nouis quia si alia non esset capax illorum accidentium. Tertia pars quod non redeat ab alio quod a deo quia nullum aliud agens habet virtutem actiuam ad hoc sufficientem preter deum. Sed dum ostia frangiur corpus christi frangitur. dico quod non quia fractio non competit substantie sed quantitati et licet in eucaristia christus per partes manducetur tamen manet integer et ubique totus de conse. di. 2. qui manducat. et si multi vnaque ostiam consecratam acciperent in singulis portionibus specierum singuli christum accipient de conse. di. 2. singuli. Ad argumentum in principio dico quod licet quantitas habeat modum substantie in aliquibus transmutationibus tamen non in transmutatione ad substantiam et sic maior non est vniuersalis.

Intra distinctiones decimam tertiam

queritur vtrum sola actione diuina possit confici corpus christi. Videtur quod non. nam actor sex principiorum dicit omnis actio in motu fundatur. diuina actio non fundatur in motu. ergo deus non causat aliquid per actiones. Ad oppositum est Augustinus. 9. prima intra catholicam et cotatur libro de corpore domini misterium corporis et sanguinis perficitur virtute spiritus sancti et sequitur. sicut christus est qui baptizat ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc efficit carnem transfundit in sanguinem etc. In ista questione tria sunt videnda. primo vtrum actione diuina bene sacramentum possit confici. secundo si actione alterius agentis creati vt principalis agentis possit hoc sacramentum confici. tertio an actione alterius agentis creati possit sacramentum confici vt instrumentaliter agentis. Quantum ad primum articulum dicitur quod diuina actione potest sacramentum confici vt instrumentum sic. non minoris virtutis est conuertere aliquid in preexistens quam in non preexistens. sed si conuerteretur panis a deo in non preexistens esset simpliciter ibi actio diuina qua produceretur illud non preexistens. quia produci non potest nisi aliqua actione et non reparatione. igitur tunc est actio diuina qua consecratur corpus christi hoc patet. quia sub tegimento corporalium rerum diuina virtus secreti

veri corporis et sanguinis christi operatur officium de conse. di. 2. ego Berengarius. Quantum ad secundum articulum dico quod creatura non potest in istam conuersionem vt agens principale. cuius ratio est ista. quia in istam conuersionem non potest nisi agens cuius virtuti actiue totaliter subest esse et non esse vtriusque extremi. sed nullum creatum agens est huiusmodi quia quodlibet agens creatum presupponit aliquam partem ipsius termini a quo vel ad quem quia non potest attingere in nihil. ergo etc. Quantum ad tertium articulum dicitur quod agenti creato ista conuersio potest competere vt instrumentaliter agenti patet. quia accidens potest esse instrumentaliter agens ad generationem substantie. igitur a simili aliquod agens creatum potest instrumentaliter agere in hac conuersione. nam in hora consecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis de conse. di. 2. quid sit. In tertio articulo nota opinio Thomae in. 4. di. 8. q. 2. articulo. 3. pro eo quod forma substantialis non potest esse immediatum principium agendi improbat et soluit rationem. Ad argumentum in principio dicitur quod accipitur ibi motus indifferenter ad motum proprie dictum et ad mutationem et subiectiue vel fundamentaliter vel concomitanter. hic ponitur motus pro mutatione.

Secunda questio decimae tertie distinctio

tionis vbi queritur vtrum quilibet sacerdos proferens verba consecrationis cum intentione debita circa materiam conuenientem possit conferre eucaristiam. Videtur quod non. per illud prima. q. prima multi secularium. vbi adducitur illud Malachie. 2. maledicam benedictionibus vestris. Ad oppositum prima. q. prima quod quidem. et idem. §. de eis sacramentorum sanctitate in peruersis hominibus. In ista questione sunt tres articuli. primus quis hoc potest facere. secundus quod requiruntur ex parte loci et vasis. tertius que requiruntur ex parte temporis. Quantum ad primum articulum sit hec prima conclusio quod deus potest in hanc consecrationem principaliter. sacerdos vero taliter potest scilicet ministerialiter vt dictum fuit in questione precedenti. Secunda conclusio quod omnis sacerdos potens verba proferre et intentionem habere potest perficere. nec potest illud minus conficendi auferri per summum pontificem. nec per degradationem vel alias quod tenet Canoniste in. c. degradatio. de penis. li. vi. Et ratio est quia semper remanet character impressus ob quod non potest talis quantumcumque degradatus contrahere matrimonium imo tenetur viuere clericaliter vt est bo. tex. cum glo. in. c. dictum. 81. di. Et in hoc passu in Scoto habes instantiam contra illas regulas.

Facilius est destruere ꝫ construere. nam in hoc casu non habet verum. huiusmodi enim regula militat in corporalibus et non in spiritualibus. nam in ipsis contrarium est ut est textus expressus in c. inter corporalia. extra de trans. epi. vel elec. Sed que sunt illa que requiruntur ad hoc ꝫ aliquis possit licite conficere. Dico ꝫ posse conficere potest dupliciter accipi. vno modo absolute ita ꝫ si intendit vel attemptat facere facit quod intendit. alio modo de posse ordinate facere. loquendo autem de posse simpliciter conficere nihil requiritur ultra debitam materiam. et minister ꝫ sit debitus ad quem requiruntur tres conditiones scilicet ꝫ sit sacerdos. ꝫ possit proferre verba consecrationis. et ꝫ possit habere debitam intentionem faciendi quod facit et intendit ecclesia. ideo per has tres conditiones non potest conficere laicus. mutus vel carens ratione. Et ꝫ illa possit facere sacerdos rite ordinatus et non alius. probatur extra de sum. tri. c. i. §. qui non est. de conse. di. 2. c. i. Circa quod nota ꝫ verba quibus conficitur corpus christi non solum sunt significativa sed etiam sunt factiva et effectiva. nam proferre verba ut sunt significativa rerum est hominis. sed proferre verba ut sunt factiva et effectiva non est hominis ut homo sed a potentia diuina specialiter homini collata. vnde ꝫ illa verba sint factiva et effectiva hoc facit character sacerdotalis qui per sacramentum ordinis infigitur in anima sacerdotis. et quia soli presbiteri habent characterem ideo illi soli conficiunt ut patet per illud extra de sum. tri. et si. ca. c. i. Sed ad hoc ꝫ aliquis possit licite conficere requiruntur vestes quoad ornamentum. sed quoad eum ꝫ sit confessus ieiunus. ieiunio nature. non existens in peccato non concubinarius. non publicus peccator. Ibi nota regulam ꝫ omnis attemptans actum alicuius ordinis quem non habet est irregularis scilicet ut si non sacerdos celebraret nihil faceret et esset irregularis. et si sine euangelio sumeret de missa esset irregularis. et si diceret verba non consecraret. Si sacerdos sine indumentis vel sine requisitis celebraret non est irregularis. sed pena arbitraria est puniendus. nam in canone non est determinata pena. Quantum ad secundum articulum ostendit que requiruntur ex parte loci et vasis. dicitur ꝫ locus sit consecratus nisi in casu necessitatis. et ꝫ vas sit lapideum vel si ligneum sit consecratum. De vase propinquo id est de calice et patena dico ꝫ illa sint aurea vel argentea vel plumbea si paupertas affit. Nam non licet celebrare cum calice lapideo propter ineptitudinem. nec ligneo propter sanguinis inhibitionem. nec vitreo propter fractionis periculum. nec de ere vel auricalculo propter prouocationem ad vomitum. hec habes de conse. di. 1. vasa. 7. c. 2. calix. Et nota

ꝫ illa ex parte loci necessaria pretermittens non incurrit irregularitatem nisi in duobus casibus. primus ꝫ scienter celebret in loco a iudice interdicto. Secundus si celebrat in calice non idoneo.

Quantum ad tertium articulum ostenditur que requiruntur ex parte temporis. vbi notandum ꝫ tempus congruum est ab aurora usque ad nonam licet in necessitate propter aliquam solennitatem possit ampliari tempus. Ibi habes ꝫ oia que ponuntur in missali iuxta ritum patrie et solennitatis debent legi. Item ꝫ sacerdos in missa debet habere respondentem. Ad argumentum in principio dicitur ꝫ potest exponi illud Malachie. quicquid a vobis benedicetur in quantum mali estis. et sic euaristiam non benedicit sacerdos in quantum malus est. sed est habens intentionem ecclesie in benedicendo et consecrando.

Intra distinctiones decimam quar

tam queritur utrum penitentia requiratur ad deletionem peccati mortalis post baptismum dimissi. Videtur ꝫ non. nam offensus homo potest remittere offensam absque hoc ꝫ offendens peniteat. ergo multo magis deus qui est summe misericors. sed remissa offensa remittitur peccatum gratia 21. Ad oppositum Luce. 13. nisi penitentiam egeritis omnes peribitis 21. In ista questione non queritur de peccato ante baptismum. nam illud per baptismum deletur. sed de peccato post baptismum quod dicitur secundum tabula post naufragium. ideo in hac questione quatuor videntur. primo quid remanet in peccatore transeunte actu a quo dicitur peccator. secundo si illud quod remanet in peccatore deletur tertio si deletur per penitentiam. quarto quomodo requiritur ad deletionem punitio penitentialis. Quantum ad primum articulum dicitur ꝫ iusticia est duplex scilicet habitualis et actualis. habitualis est gracia et caritas. actualis ut rectitudo nata inesse actui elicitio. Eodem modo erit duplex iniusticia scilicet habitualis et actualis. habitualis est quedam priuatio gracie in eo cui dicitur inesse. actualis est quedam priuatio rectitudinis in actu. Dicitur gratia sancto doctore ꝫ in anima que peccat manet reatus culpe qui est quedam obligatio ad penam debitam illi culpe. Ista autem obligatio est quedam relatio non fundata super actum realem culpe. sed super essentiam anime. Aliter dicitur a nostro doctore ꝫ actu peccati transeunte nihil reale absolutum vel respectuum manet in peccatore. sed tamen quedam relatio rationis in quantum est obiectum intellectus vel voluntatis diuine sic ꝫ postquam peccator commisit peccatum voluntas diuina ordinat peccatorem ad penas correspondentes

dentem peccato et intellectus diuinus illam preuidet. Et hec est expositio Aug. super psalmo. Beati quorum. videre inquit peccata dei est ad penam imputare auertere autem hoc est ad penam non reseruare. prima opinio huius articuli erat Thome in. 4. di. 14. q. 2. articulo. 1. ad secundam questionem. Quantum ad secundum articulum dicitur quod illud tale siue sit relatio realis ut dicit sanctus Thomas siue rationis ut dicit Scotus deletur per penitentiam. iuxta illud symboli. credo remissionem peccatorum. nam per penitentiam omne peccatum deletur de pe. di. 3. c. inter hec duo sine. Quantum ad tertium articulum dico quod ista obligatio non remittitur sine pena vel aliquo equiualeanti in acceptatione diuina quia per quodlibet peccatum sicut clamat scriptura offenditur deus. Offensio autem dei vel eius ira est eius uelle vindicare aut aliquid aliud sufficiens ad placandum erigitum. ergo posito quocumque peccato deus uult vindicare de peccante. sed uelle vindicare est uelle punire. igitur post peccatum commissum ad eius deletionem requiritur punitio vel aliquid equiualeans in acceptatione diuina. ex quo potest haberi quod sine penitentia quantumcumque modica sit. papa non potest de potentia ordinaria absolvere. nam ante ipsam vel equiualem ipsi peccatori non datur a deo misericordia. I. di. quia tua. Quantum ad quartum articulum quomodo requiritur punitio penalis ad deletionem peccati pono duas conclusiones. Prima quod ad deletionem peccati requiritur punitio voluntaria ex parte recipientis patet. inam si omnis pena sufficeret tunc pena damnatorum sufficeret. sed non facit quia inuoluntaria. ergo oportet dicere quod requiruntur due pene. una uoluntaria qua obligat se ad tristitiam. secunda inuoluntaria quae requiritur precepto alterius scilicet precepto confessoris. nam uere penitens omnia que imponuntur sustinere debet libenter de pe. di. 2. circa prin. Secunda conclusio quid intelligitur per penitentialem punitio. Et dico quod ibi concurrunt quatuor. primo uelle punire et hoc in uoluntate causante. secundo nolle peccasse et hoc in uoluntate detestante. tertio uelle penam inflictam acceptare. 4. uelle eam sufficienter et patienter sufferre. et secundum hoc dantur de penitentia quatuor descriptiones. Prima penitere est vindicare peccatum a se commissum. Secunda est ista. penitere est odire vel detestari peccatum commissum. Tertia est ista. penitere est penam inflictam pro peccato commissum gratanter acceptare. Quarta est ista. penitere est penam sibi pro peccato suo inflictam patienter supportare. Ibi habes quod deus potest dimittere culpam sine displicentia de culpa. In solutione secundi articuli habes quomodo de sine

mutatione voluntatis remittit. Ad argumentum in principio dico quod tenet de potentia absoluta non de potentia ordinata.

Secunda questio decimequarte di

stinctionis ubi queritur utrum actus penitendi requisit ad deletionem peccati mortalis sit actus alicuius uirtutis

Uidetur quod non. nam passionibus non laudamur. et ethicorum. actus autem uirtutis laudabilis est. et ethicorum. penitere autem passio quedam est sicut et ipsa punitio quae includit. ergo et cetera

Ad oppositum est magister in littera. In ista questione sunt duo articuli. In primo articulo determinat quod penitere potest esse actus alicuius uirtutis secundum quadruplicem eius acceptationem precedentis questionis. primo secundum primam eius significationem vel acceptationem. prima conclusio. penitere potest esse actus uirtutis patet. nam actus conformis recte rationi est actus alicuius uirtutis. sed penitere est huiusmodi ergo etc. secunda conclusio penitere est actus specialis uirtutis. tertia conclusio penitere non est actus alicuius intellectualis uirtutis. quarta conclusio. penitere non est actus alicuius uirtutis ordinantis ad se ipsum. sed uirtutis ordinantis ad alterum que est iusticia. Et per hoc quod est actus iusticie est alicuius uirtutis specialis quinto ethicorum. Ibi habes quod penitere est actus iusticie uindicative nobilior omni actu iusticie excepto actu premiandi qui est nobilior. Quinta conclusio quod iste actus est uoluntatis cuius est imperare intellectui et uoluntati impeto pertinente ad irascibile uel potentiam habentem aliquid simile uirtuti irascibili. Nota ibi recollectionem de primo actu penitentie siue de eius presignificato quid sit. et cuius sit effectus. et per que quasi per instrumenta. Et circa quod obiectum et a quo sit et ad quem finem. et cum hoc quod est alicuius uirtutis specialis. Circa secundam significationem que est detestari culpam commissam. Prima conclusio quod penitere sic potest esse actus uirtutis. Secunda conclusio quod iste actus nullius uirtutis specialis potest esse actus. sed cuiuscumque appetitiue.

Circa tertiam significationem que est gratanter acceptare penam inflictam pro peccato commissum ut dictum fuit in fine questionis precedentis. Prima conclusio quod potest esse actus uirtutis. Secunda conclusio quod potest esse actus diuersarum uirtutum quae tamque quaelibet sit appetitiua. Circa quartam significationem que est patienter ferre penam inflictam. Prima conclusio quod est actus alicuius uirtutis. Secunda quod est uirtutis specialis. scilicet patientie. In secundo

articulo ostendit an actus penitentie vt est actus virtutis requiratur ad culpe deletionem. Prima conclusio q̄ non vt actus determinate virtutis. Secunda conclusio q̄ non sequitur vt actus cuiuscunq; virtutis talis vel talis indifferenter. Tertia conclusio q̄ actus penitendi vt est dispositio prima ad peccati deletionem est in formis. Quarta conclusio q̄ actus penitendi vt est dispositio cōcomitans ad peccati deletionem est formatus a caritate. In solutione rationis principalis nota quomō iusticia virtus potest manere in patria. Ad argumentum in principio dico q̄ esse penitere vlt iusticia sit passio tñ imperare illaz ē actus virtutis. s. iusticie

Tertia questio decimequarte distic

tionis vbi queritur vtrum penitencia virtus sit tñ vni^o pene inflictiva. Videtur q̄ sic. nam penitencia est quedā iusticia vt dictum est. z iusticia reddit equale pro equali. s. ethico rum. vni autem culpe potest esse vna pena equalis. g^o 27. Ad oppositum facite dignos fructus penitentie Mathei p^o z Joelis 3^o scindite corda vestra. omnia ista ponuntur in plurali g^o 27.

Breuiter dicitur q̄ vnicuiq; virtuti in appetitu existenti oportet q̄ correspondeat aliqua regula existens in intellectu. sed penitencia est virtus in appetitu igitur penitentie conuenit aliqua regula in intellectu. et 3^o illam regulam sequitur actus inflictiuus vnius pene vel plurium. Sed ista regula est duplex. quedam est naturaliter cognoscibilis scz q̄ peccatum est displicendum. Alia est nota ex reuelatione scz q̄ peccatum est detestandum in quātuz est dei offensiuum. z a deo auersiuum. Ad propositum dicitur q̄ penitencia primo mō vt habens regulam naturaliter notam tñ ē vnius pene inflictiva. z ex hoc tristicie consequenter. sed penitencia secundo mō scz vt habens regulam ex sacra scriptura vel ex reuelatione diuina accepta est plurium penarum inflictiva. tot scilz quot ibidem legislator reuelabit sibi velle sufficere pro culpa spiranda totaliter. Ibi nota q̄ sunt aliquę virtutes supernaturales z aliquę supernaturaliter note. quarum regularum virtutes nihilominus sunt morales. que habentur ex reuelatione sunt tales scilz q̄ omnia sunt dimittenda propter xpm. sed q̄ deus inspirauit totam scripturam que est infallibilis sunt supernaturales. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Quarta questio decimequarte di

stinctionis vbi queritur vtrum per sacramentum penitentie deletur culpa. Videtur q̄ non in psalmo. dixi confitebor iniusticijs meas domino 27. Ad oppositū Mathei. 16.

quodcunq; solueris super terram erit solutum z in celis. Item Jo. 20. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. In ista questione sunt tres articuli. primus de diffinitione nominis penitentie. secundus q̄ possibile est huic rationi nominis aliquid subesse. tertius est questionis responsiuus. Quantum ad primum articulum dicitur q̄ Penitencia est absolutio hominis penitentis facta certis verbis cum debita intentione prolatis a sacerdote iurisdictionem habente ex institutione diuina efficaciter absolutionez anime a peccato significantibus. Quantum ad secundum articulum ostendit q̄ possibile est huic rationi nominis aliquid subesse. primo qz congruit aliquid subesse. ideo congruit hoc signum institui in verbis. secundo congruit q̄ ista absolutio fiat a sacerdote. tertio q̄ doctrina de sacerdote penitentie subalternatur doctrine de iudicijs z doctrine de sacramentis. quarto qz nō est necesse ista verba sacramentalia ita esse precisa sicut in sacramento baptismi vel eucaristie. quinto q̄ congruit intentio debite ad requisitum q̄ hec omnia facta sunt d̄ facto. vbi habes q̄ nihil pertinēs ad sacramentum penitentie potest a laico dispensari. z q̄ confessio facta laico videtur plus obesse q̄ prodesse nisi urgente necessitate

Quantum ad tertium articulum ostendit an per sacramentuz penitentie culpa deletur. Et primo ponit opinionem magistri in 4^o di. 18. c. 6. q̄ sacerdos noue legis sic se habet in soluendis vlt ligandis culpis sicut olim legalis in illis qui erant contaminati lepra que peccata significant. sed illud videtur nimis derogare sacramento penitentie. nam secunduz hoc nunq̄ deleteretur per sacramentum penitentie peccatum. et sequeretur vltierius inconueniēs q̄ sacramentum penitentie nunq̄ esset secunda tabula post naufragium. qz nunq̄ liberaret naufragium a periculo submersionis. Dico ergo q̄ ita requirit deus dispositionem de congruo ad hoc vt peccatori conferat gratiam. z hoc vt non alliget potentiaz suaz sacramentis vt tamen sine dispositione illa preuia z congrua que sufficeret conferat per sacramentuz gratiam. z hoc est maioris misericordie viam duplicem instituire per quam iustificetur peccator q̄ ipsum ad vnam viam artare. Sicut ergo adultus potest habere duplici via gratiam delentem originale peccatum scz ex bono motu disponente ad illam de congruo z ex susceptione baptismi ita in proposito. Et sic concludit doctor q̄ per sacramentum penitentie culpa deletur. z perdita gracia recuperatur. Nam opera per peccatum sordidata facit deo accepta. i. di. z purgabit in fi. Item facit surgere ad opera fortiora. i. distinctione. quid est. in fine. z tri

bus. c. se. Item restituit dignitatis officia. i. di. quia tua. in fine. nam propter pacientiam penitentis quantumcumque parvas penitentias et in quocumque paruo tempore factam deus non respuit & pe. di. 3. talis. §. ecce. nota quod potes colligere a prima quod ne istius distinctionis quod simpliciter est melius peccatore non correctus esse in pena et sine pena. secundum quod pena inuoluntaria comitans peccatum ordinat culpam. sed non delet voluntaria vero delet. Ad auctoritatem in principio conceditur quod potest dimitti peccatum per motum attritionis vel contritionis tanquam per meritum de congruo. sed non negatur quin hic possit dimitti.

De distinctione decimanquinta

tam queritur utrum cuilibet peccato actuali mortali correspondeat propria satisfactio. Videtur quod non. quia tunc posset satisfacere de uno non satisfaciendo de alio. et sic satisfaciens de uno reconciliaretur in amicitiam peccatorum et non satisfaciens de alio remaneret inimicus. et sic simul esset amicus et inimicus. Ad oppositum satisfactio pro culpa est solutio pene. quia satisfactio est redditio eius quod reddendum est. sed secundum iustitiam pena ordinat culpam sed determinate culpe correspondet propria pena in ordinatione ordinatiua ergo et cetera. In ista questione sunt quinque articuli. primus quid sit satisfactio. secundus an sit homini possibilis talis satisfactio. tertius in quibus consistit. quartus an cuilibet peccato correspondeat satisfactio vel afflictio. quintus an una satisfactio possit ab alia separari. Quantum ad primum articulum dico quod satisfactio est redditio voluntaria equivalens alias indebiti. et sic ex isto habetur quod sit voluntarium et quod reddatur cui debitum est. vel satisfactio penitentiae est peccatorum causas excidere nec earum suggestionibus aditum indulgere de pe. di. 3. circa primum. Et quod satisfactio est vade et amplius noli peccare de pe. di. 3. quavis caute. §. hac auctoritate. et peccator tunc satisfacere intelligitur dum penam iudicio ecclesie impositam factis exequitur de pe. di. 1. §. hoc idem.

Quantum ad secundum articulum est opinio Anselmi in libro primo et secundo. cur deus homo. quod non est possibilis satisfactio nisi in virtute passionis christi. improbat ostendens quod de potentia absoluta deus posset peccatori culpam remittere satisfaciendo peccatore dato quod ipse non fuisset incarnatus. Confirmatur per Augustinum. 13. de tri. c. 4. fuit quidem et alius modus nostre redemptionis possibilis quam per incarnationem et passionem. sed nullus nostre miserie sanande convenientior fuit. De potentia vero ordinata deus non remittit nisi virtute passionis christi. Quantum ad tertium articulum in quibus consistit ratio satisfactionis dico

quod magis consistit in actibus penales quam non penales. nam tres sunt partes satisfactionis penales. scilicet elemosina. ieiunium. et oratio. de pe. di. 6. §. 1. Et hoc est quod dicit Augustinus de vera et falsa penitentia: sunt inquit digni fructus virtutum qui non sufficiunt penitentibus. Penitentia enim grauioribus fructibus postulat ut dolere et gemitibus mortuis vitam impetret. Isti autem actus penales reducuntur ad actus interiores qui sunt disciplina et tristitia de peccato. et ad actus exteriores qui sunt confessio verecundia et satisfactio per ieiunium et orationem et per elemosinarum largitionem et similia. Quantum ad quartum articulum an alicui peccato correspondeat aliqua pena propria. dico quod potest esse plures satisfactiones totales vel partiales correspondentes uni peccato. Totales quidem quia non est peccatum quod non possit remitti per solam contritionem et tunc illa sola est totalis satisfactio. potest etiam remitti per contritionem remissam. et per alias penas suppletas imperfectionem contritionis cum secundum quantitatem delicti satisfactio debeat imponi. 12. q. 2. fraternitatis. de peni. di. 5. falsas. Et publice peccantes publice satisfacere debent xi. q. vlti. canonica. Contritio autem intensa ex una parte et ipsa met remissa cum aliis penis ex alia parte differunt specie licet sint equivalentes in acceptatione diuina. Ponit casum qualiter est agendum ubi correspondentia non potest obseruari. Ibi casus de paupe non valente ieiunare nec orare nec elemosinam dare. Ibi casus de diuite nullam penitentiam volente accipere tamen contritio de peccatis. et quod ille proponat non redire tenet quod uterque est absolue uendus. Quantum ad quintum articulum an satisfactio pro uno peccato possit separari a satisfactione pro alio est opinio Thomae in 4. di. 15. q. 1. arti. 3. ad secundam questionem articuli. et Ricardi in eadem di. q. 5. arti. 1. et Dierici quodlibeto. 8. q. 18. dicunt isti quod ex his in peccato nullo modo potest satisfacere. nec etiam impositam penitentiam soluere. improbat doctor. Opinio propria quod confessus cui penitentia iusta est imposita. Item etiam ante pene solutionem in peccato recidians potest penitentiam soluere nec unquam illa eadem exigetur iterum. Item quod illa non est sibi iterato imposita. Item quod si propter nouum peccatum damnatur non dicitur tota penitentia soluta pro illa non soluta temporaliter in inferno punietur qua soluta cessabit illa punitio illi peccati. nec per hoc intelligas quod exeat ab inferno. Sed ut melius sit solutio ad articulum dico quod satisfactio quatuor respicit scilicet deum. ecclesiam. proximum. et se ipsum. ut aspicit deum includit contritionem. ut aspicit ecclesiam includit confessionem. ut aspicit proximum includit restitutionem. ut aspicit se ipsum id est restituendum sic includit carnis macerationem et orationem vel aliam penitentiam. Et sic secundum hos modos unum potest satisfacere

pro vno non satisfaciendo pro alio. Applica si vis quod quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum habes de pe. di. 3. inter omnia. §. his auctoritatibus. Sed quod an sola contritio sine confessione quis possit deo satisfacere habes de pe. di. 1. sicut etiam. et in multis. §. sequentibus. Circa quod nota quod duplex est malum scilicet culpe et pene. Culpa enim remittitur ex sola contritione peccatorum sine qua non sufficiunt opera caritatis de pe. dist. 1 in. c. dixi. et c. si peccatum. cum similibus. Sed pena peccati ex sola contritione non dimittitur nisi ex penitentia exteriori. vel nisi maxima esset contritio. nam illa maxima pena est ut notat glo. de conse. di. 4. baptismi vices. Ad arguendum in puncto patet per quintum articulum.

Secunda questio decimequinte di

stinctionis ubi queritur utrum quicumque abstulit vel detinet iniuste rem alienam teneatur statim illam restituere. sic quod non possit penitere sine tali restitutione. Videtur quod non. nam bonum commune debet proponi bono particulari propter ethicorum ergo melius est dare pauperibus quam illi cuius est. Ad oppositum Exodi. 21. qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum morte moriatur. In ista questione sunt duo videnda. primo utrum rerum dominia sint distincta. secundo si auferre alienum est peccatum mortale. Quantum ad primum articulum dicitur quod res dominia sunt distincta. Circa quod ponuntur aliquae conclusiones. Prima quod de lege nature omnia sunt communia. hec patet in decreto di. 1. c. 1. iure nature omnia sunt communia. Item di. 7. c. quo iure. defendis villas ecclesie. Secunda conclusio quod post lapsum omnia fuerunt distincta ob hoc Aristoteles. 3. politicoz. vituperat politicam Socratis ponentis omnibus omnia esse communia. Tertia conclusio quod illa distinctio rerum non est a lege nature vel diuina patet. quia per legem nature et per legem diuinam omnia erant communia. Quarta conclusio quod illa distinctio quod hoc sit meum habet originem est a lege positua scripta seu data a patre vel principe patet. nam post diluuium Noe distinxit filiis suis terras. vel ipsi de communione concordia diuiserunt terras. sic quod vnus occupauit vnam et alius aliam. Quinta conclusio quod duplex est principatus scilicet paternus et politicus. paternus id est quod filius obediat patri nunquam nec per legem Moysaycam nec euangelicam reuocata est hec seruitus. quia fundamentum est in lege nature id est in moralibus. 8. ethicorum. Politicus est duplex vel in vna persona vel in communitate. sic quod vnus princeps regat et iste vterque est iustus scilicet iusticiam legalem. Sexta conclusio quod prima distinctio dominiorum potuit esse iusta a lege positua. iusta siue lata a patre siue a principe siue

a communitate. Quantum ad secundum articulum dicitur quod sicut auferre alienum est peccatum mortale. ita retinere aliena invito domino est peccatum mortale. Et sic respondetur articulo affirmatione. sed cum hoc circa articulum videbuntur quatuor. primo quis tenetur restituere. secundo quid tenetur restituere. tertio cui tenetur restituere. quarto quando tenetur restituere. De primo quis tenetur restituere dico quod quicumque retinet vel abstulit alienum tenetur restituere. Sed auferre contingit quatuor modis velut causa superior ut dominus castri alicuius percipiendo. vel ut causa prima auferendo. vel ut causa adiuuans. vel ut socius in auferendo. vel ut inducens. si consulit vel fauet vel adulatur propter quod fit ablatio. et sine qua non fieret. Et cum illi omnes sint ablatores illius rei omnes tenentur restituere. cum non dimittatur peccatum nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res. De secundo quid tenetur restituere dico quod non solum tenetur restituere res ablatam vel usum rei sed etiam ad interesse et fructus perceptum de re. si res esset fructifera. sed non fructum qui prouenit ex industria illius qui utitur illa re. ex quo sequitur quod lucrum quod sequitur ex pecunia fenerata vel acquisitum est ex illa pecunia non tenetur fenerator reddere illi a quo furatus est alioquin recipiens esset fenerator cum pecunia nuda pecuniaz lucraretur. De tertio cui tenetur restituere dico quod damnificato si tamen sit possibile. et habet eum presentem vel mittere potest sine maiori expensa quam sit principale. Et si mortuus est dabit amore dei. dico quod si habet heredes det illis aliter non est satisfactus. Si vero heredes non sunt det amore dei iuxta consilium confessionis. De quarto quando tenetur restituere. Dico quod non licet aliquo tempore detinere alienum domino invito. sed in aliquibus casibus sicut reddere furioso arma licitum est differre restitutionem. posita tamen iam interiori voluntate scilicet quod restituet dum erit congruentia. sed isti casus non bene possunt specificari. Deinde nota multa que in littera tertio et quarto articulis ponuntur Scoti in. 2. articulo translatio domini auctoritate legis iuste iusta est. ibi nota quod prescriptio in immobilibus et usucapio in mobilibus est iusta id est longa possessio in immobilibus si alicui primo videbatur neglecta quam modo aliquis occupauit est iusta. aliter essent lites si semper vnus vellet in illa habere dominium quod patet extra de prescrip. c. vigilanti. et in glo. super verbo alienauerit. Item habes in secundo articulo Dominus alicuius rei non prohibitus a lege vel a superiori voluntate a qua dependet in dando vel in transferendo potest dare rem suam alii

volenti eam recipere. vbi habes que requiruntur ad iustam donationem. et que persone non possunt recipere nec dare. Ex quo etiā habes q̄ monachus non potest dare sine licentia abbatis. nec filius sine licentia parentis. nec quis potest dare pecunias fratri minori si ipse non vult esse dominus. habes tertiam conclusionem v̄ in tertia conclusione domini rerū iuste eas transmutant vel vendunt. si sine fraude seruent equalitatem valoris. hic habes q̄ res potest vendi carius ob hoc q̄ vendens damnificatur. sic intelligēdo q̄ si in detentione illarum rerū posset damnum recipere potest amplius petere sic tamen recōpensando labores. Sed si emit decem et vendit triginta et lucrum pecuniarū et labor non excedit viginti. dico q̄ tenetur ad restitutionem. Ex quo dico q̄ Anxionarii qui emunt in foro et immediate vendunt in domo maiori precio q̄ emerunt tenentur ad restitutionem. In quarta conclusione dicit q̄ ad iuste contrahendū mutuū oportet seruare equalitates simpliciter in numero et pondere exceptis quibusdam casibus. nam in quibusdam licet accipere vltra sortem ex accommodato. vbi gratia. Compessiti decem. sic q̄ pro quadam die assignata teneatur mihi dare. sed si non dederit realiter faciet mihi malum. nam ego vellem illas pecunias exponere pro meo lucro. in tali casu ille tenetur mihi ad restitutionem. Et si dicam vsq̄ ad talem diem do tibi graciosē. sed isto modo q̄ si illa die non dabis q̄ des pro dāno decem. si vero dies transit possis decem recipere. hoc tamē modo q̄ non erat intentio mea vt dies transiret. quapropter habere decem. nam si mea intentio talis est dicitur vsura. Nota duplices regulas in contractibus seruandas. Prima q̄ commutans non commutat tempus quia tempus non est suum. et ideo si dicit expectabo tempus si das mihi tantum. est reddendum. Secunda regula q̄ non ponat se in lucro tuto. et illum cum quo commutat in damno. quia si sic tenetur ad restitutionem. Ibi nota duas regulas seruandas in mercatione. Prima q̄ talis mercatio siue mutuatō sit vtilis rei. Secunda q̄ talis iuxta diligentiam suam et prudentiam per rationem accipiat in commutatione precium correspondens. In solutione quinte rationis nota quid faciendum sit si persona detinens iniuste sit persona reipublice necessaria. non autem ille a quo detinetur. Dicitur q̄ si stat in tali necessitate q̄ illud quod tenet indiget pro vita potest detinere. si vero pro conseruatione status dubito. quia status non facit ad vitam. Item si tam detinens q̄ ille cui fit detentio sint in extrema necessitate. dicendum est q̄ si detentor fuit primo in necessitate q̄ non tenetur reddere nec si ve-

niret ad pinguedinem teneretur. Ratio est quia iam ex ista necessitate factum est suum. si vero primo venit in paupertatem cui res detinetur. dico q̄ est facienda restitutio vt habeatur extra de reborum signifi. exiit qui seminat. Sed intentio est aliquorum q̄ si venerit ad pinguiorem fortunam q̄ tenetur ad restitutionem. Et huius intentionis est Verueus. et hoc habes. 14. q. 6. si res. 7. 23. q. 8. pessimam. vbi dicitur q̄ non vere penitet qui ablata non restituit cui potest. Sed si ille qui debet nihil habet. dico q̄ non est super restitutione molestandus qui nō habet vnde soluat. 14. q. 6. si res. et inanis est actio quam excludit inopia debitoris vt in. c. olim in paruo. extra de restitu. spolia. In solutione sexte rationis nota quid faciendum est adultere que ex alieno viro concepit. et filius viro tanq̄ legitimo succedit. dicitur q̄ oportet q̄ illud non legitimum prouocet ad deuotionem alicuius religionis. et si illud non possit adimplere debet heredi legitimo dare quantum possit et auferre spurio. et hoc boneste ne ipse diffametur. Vbi habes secundum doctores etiam q̄ mulier de turpi questu non tenetur ad restitutionem. Ad argumentum in principio dico q̄ bonum commune debet preponi particulari. verum si non fit iniuria particulari.

Tertia questio decimequite distinctionis vbi queritur vtrum damnificans aliquem in bonis persone vel corporis vel anime teneatur ad restitutionem ita q̄ vere penitere non possit nisi restitutione facta. Videtur q̄ non. nullus tenetur ad impossibile. sed in talibus aliquando restitutio est impossibilis patet. Nam bonum spirituale non potest reddi ergo id. Ad oppositum. 6. questione prima. ex merito deteriores sunt qui vitam moresq̄ bonorum corrumpunt q̄ hy qui substancias aliorum prediaq̄ deripiunt. In ista questione ne sunt duo videnda. primo de illo qui damnificat aliquem in bonis anime. secundo de illo qui damnificat in bonis corporis vel fortune. Quantum ad primum articulum de bonis anime dicitur q̄ quis non potest ledi in bonis anime nisi detrahatur a virtutibus et iungatur viciis. et hec restitutio non potest aliter fieri nisi inducendo eum ad virtutes rogaminibus vel orationibus. Et ideo est periculosum inducere aliquem ad peccatum quia credo q̄ de illo vix potest fieri satisfactio maxime si habitatus sit cum habitus non sint in nostra potestate vt habeatur tertio ethicorum. Quantum ad secundum articulum dico q̄ damnificans aliquem in corpore. Aut abstulit sibi vitam:

aut damnificauit eum in aliquo membro. si abstulit sibi vitam dico q non debet absolui nisi restituat eam sic q si patrem vel matrem habebat quibus dabat vitam vel alias personas coniunctas q det illis vitam aliter non absoluitur. Sed hodie confessores indocti aliter faciunt. nam si est caniscida vel bouiscida non absoluitur sine bouis vel canis restitutione. et si est homicida sic. Si vero damnauerit in membro mutilando eum dico q debet cum pecuniis damnum et damna restituere. Sed si quis alius occidit. lege potest occidi. dico q sic. et lex talionis debet seruari. et hoc erat in lege Moysaica et confirmatum in lege euangelica Mathei. 26. omnis qui gladio occidit gladio peribit. Sed deus non dixit furum esse occidendum utrum iuste occidatur. dico q si furatur de nocte presumendum est q si inuaderetur q occideret inuadentem. et sic ratione illius potest occidi. Sed si de die furatur non debet suspēdi quia presumitur q tantum venit ad furandum. sed q detur alia pena. nam pro furto solo non est occidendus. Et posito q hoc esset a lege dico q melius hic debuit dispensari q in adulterio. Sed in adulterio facta fuit dispensatio. Et q adulterium sit maius patet prouerbiorum. 6. q pena de adulterio sit remota demonstratur Iohannis. 8. Mulier nemo te accusat nec ego. vade iam amplius noli peccare. Sed si quis aliquem retraxerit a religione. si debet facere restitutionem. dico q si ille stabat in religione tenetur eum restituere. si vero non sed uouerat intrare religionem. dico q debet illum sollicitare vel alium inducere equivalentem illi. Si uero aliquis simpliciter uult intrare religionem. dico q si non faciat malicia motus contra illam potest sibi dare consilium q non intret. si uidetur sibi q aliter melius posset uiuere. et de hoc non tenetur ad restitutionem. Sed aduocatus si malum dat consilium maxime si illo consilio pars sua lucratur causam et alius perdit. tenetur ad restitutionem. et hoc ab illo puncto in quo sciuit partem suam non habere iusticiam. Et ob hoc multi eorum vel non loquuntur in mortis articulo vel linguam comedunt. pro quo facit textus. et ibi per glo. insti. qui. non est permi. face. testa. in. 5. item surdus. Quia pro malo consilio consiliarii puniantur habes 86. distinctione tanta. in fine. Nam qui dat bonum consilium. presentis uite habet subsidium et eterne remunerationis consequitur premium. duodecima questione secunda. bone.

Sed si quis a patre bona receperit que scit esse fenerata tenetur ad restitutionem. Dico q sic secundum Theologos licet non secundum iurisperitos. Sed excusatio generalis excusat a restitutione Ut si quis dicat alicui. Cui obligatur. Si

aliquod malum feci date mihi veniam et alius dat. dico q non excusatur. Sed si dicat ego habui de uobis siue modicum siue multum absoluatis me. dico q si alius est sapiens et dicit remitto peccatum q non oportet notare quantitatem. Sed familiaris conuentio excusat ut si dicatur quid vis pro aliquo de quo sum obligatus. dico q si dicat sibi ueritatem quantitatis et alius stat in sua libertate et dicit. tanto precio dimitto credo q est absolutus. nam pro nibilo posset dimittere. Sed si dicit teneor in decem et sunt triginta dico q non est absolutus. Sed de re inuenta quis tenetur ad restitutionem. dico q sic. et illi cuius res est. sed si non inuenitur adhibita diligentia detur pauperibus. Sed quis tenetur reddere si scit q ille cui reddet erit peior cum illis pecuniis ut si esset usurarius dico q sic. nam debet curare de anima sua et non de aliena. Sed pater meus tenuit hereditatem centum annis ego scio q non erat sua teneor ad restitutionem. dicunt iuriste q non. sed theologi q sic et credo. Sed quis de usuris potest recipere elemosinam dico q sic si modica sit. vel si credit q cuius sunt pecunie accipiet illam. vel si non sit fenerator cuius sunt pecunie. Sed monasterium tenetur ad restitutionem si aliquis ingreditur et est debitor alicuius. dico q si nihil habebat monasterium non tenetur. sed si habebat et dedit cenobio tenetur. sicut dicimus de heredibus. Et ista sunt determinationes disputate et concludite ab Erueo in tractatu de restitutionibus. Ad argumentum in principio patet quomodo fit restitutio per ea que in. q. dicta sunt.

Quarta questio decimequinte distinctionis ubi queritur utrum damnificans aliquem in bono fame teneatur ad restitutionem sic q vere penitere non possit nisi famam restituat. Uidetur q non. extra de calumniatoribus. c. 1. et 2. Ad oppositum est Aug. ad Macedonium epla secunda. et ponitur. 14. q. 6. c. 1. non dimittitur peccatum donec restituatur ablatum. si restitui potest. In ista questione dico q tripliciter potest quis alium infamare. Et secundum hoc pono tres conclusiones. Primo potest infamare alium falsum crimen sibi imponendo publice. Et isto modo pono primam conclusionem q oportet restituere famam simpliciter retractando uerbum suum dicendo q maliciose vel alias sibi imposuit. et ita in publico sicut si sibi imposuerat. nam aliter non seruaret iusticiam de reddendo pro primo qd suus est. s. et bicorum. imo uidetur mihi q maior ponderatio debet esse in his q in rebus ablati cum fama sit maior q res alie separate. et quilibet tenetur seruare famam suam. et si de illa

non curat puniendus est tanquam homicida sui. 4^o et bicoz. licet non sit clarum in textu sed extrahitur. et habes in decretis quod qui famam suam negligit crudelis est. 12. q. 2. nolo. 2. xi. q. 3. non sunt. Item etiam dicitur prodigus ut in. c. si. de acu. in decretalibus. De infamatoribus aliorum habes quod infamatores hominum sunt peiores dirreptoribus rerum. 6. q. 1. ex merito. 2. c. deteriores. Etiam tales corporaliter sunt affligendi. 5. q. 1. c. 1. 2. q. 5. delatorum. 2. c. si quis Secundo modo potest infamare alium nedum verum crimen sed occultum (non seruando iuris ordinem) publice proponendo. Et de isto pono secundam conclusionem quod non tenetur retractare verbum suum quod proposuit in publico. quia hoc faciendo mentiretur si illud quod proposuit fuit verum. quia non tenetur mentiri propter quodcumque bonum reddendum alteri. sed tenetur aliquo modo licite reddere famam per talia verba non credo eum esse talez. qualem dixi vobis. Tertio modo verum crimen sed occultum in publico sibi impositum negando. quia in hoc negans notat imponentes de calumnia. Et de isto ponitur tertia conclusio quod simpliciter non tenetur retractare negationem suam quam negauit in publico verum sibi crimen impositum. quia non tenetur statim quicumque in iudicio confiteri se esse reum nisi sit conuictus. tenetur tamen per quedam verba sobria restituere famam accusanti. quoniam indirecte notauit de calumnia dicendo. non habeatis eum pro calumniatore. quia pie credo quod habuit bonam intentionem in proponendo. In secunda conclusione tenes quod plus debet quis diligere famam vel vitam alicuius cui potest iuste inesse quam suam. si iuste non potest sibi inesse. Ad argumentum in principio patet per ea quae dicta sunt in questione.

Intra distinctiones decimas sextas

queritur utrum ista tria. confessio. contritio et satisfactio sint partes penitentiae. Videtur quod non. nam fructus non est pars eius cuius est fructus. quia fructus est ultimus et pars non est ultimus. sed satisfactio est fructus penitentiae 3^o Aug. de vera et falsa penitentia 8^o 24. Ad oppositum est magister in lra. In ista questione duo fient. primo ponentur aliquae distinctiones vel ordo aliquarum. secundo dicetur ad propositum. Quantum ad primus articulus dico quod ista quatuor se habent per ordinem. primum est penitentia que est sacramentum. secundum est penitentia virtus que est quedam iusticia vindicativa cuius immediatus actus voluntatis elicitus est penitere. tertium est actus imperatus qui est effectus immediatus actus elicitus ad quem sequitur pena. quarto et ultimo se

sequitur pena consequens istum actum imperatum ab actu elicitus ipsius penitentiae virtutis. et ista pena est effectus remotus illius actus elicitus. Quia ista enim distinguantur inter se patet per posse separari vnum ab alio. potest enim virtus illa esse sine actu suo elicitus patet de se. et e contra. quia ut dictum est primus actus conformis rationi natus generare virtutem potest haberi antequam virtus habeatur quia est causa generationis primi gradus virtutis. Consimiliter actus ille elicitus qui est secundus potest esse sine tertio et sine actu imperato quia non statim ad actum impu in voluntate sequitur actus qui imperatur. quia voluntas imperans non est omnipotens et e contra. Tertium. illud potest esse sine secundo scilicet alius actus causatiuus pene sine actu voluntatis imperante istius actum. Sicut potest aliquis habere detestationem peccati a se commissi immediate ex contemplatione dei licet non imperet talez actum elici ut vindicatum culpe. Potest et tertium esse sine quarto quia non semper actus istos qui essent nati generare penam sequitur pena propter aliquam indispositionem forte in ipsa potentia susceptiua pene. sicut non semper ad volitionem vel odium peccati commissi sequitur tristitia sicut dictum est prius. Quartus potest esse sine tertio quia pena ista potest sequi sine actu isto ordinatus non est causa precisa generationis illius pene. et sic vnum erit sine alio. Quantum ad secundum articulum et declaratiuum propositi dico de hoc vocabulo penitere. nam proprie penitere ut dictum est. est prius penam tenere. tenere autem includit occasionem tenentis scilicet quod voluntarie teneat et applicationes pene sibi quod in se teneat. potest ergo habitus ille dici penitentia que est quedam habitualis tendentia pene. sicut principium habitualiter inclinans ad infligendum sibi voluntarie penam. et actus eius elicitus potest dici penitentia actualis. vel penitere quia quoddam velle inflicti pene sibi ipsi et actus ille proximus imperatus ab actu elicitus iusticie potest dici penitere quia est voluntarie habere in se penam saltem in causa sua. nec aliter potest eque principaliter voluntarie haberi sicut in causa. Quartum scilicet puniri pena sequente actu illum non est proprie penitere. sed magis ut ita dicam peniteri et pena teneri vel visitari puniri. Ex quibus concluduntur ista quae tria prima possunt dici penitere vel penitentia. non autem quartum. Item quod ista tria de quibus queritur sunt partes penitentiae que est virtus non tamen que est actus possunt autem esse partes penitentiae tertio et quarto modo dicte. Item quod ista tria non sunt partes penitentiae sacramenti. requiruntur in quodammodo ad cas

Nota hic pro illa materia quod nos habemus contritionem et attritionem. Contritio est dolor de peccatis preteritis cum proposito non iterandi. Attritio est dolor de se ipso cum de peccatis non potest habere contritionem. et ideo si quis ut saluetur non potest habere contritionem saltem habeat attritionem. Ad argumentum in principio dico quod in penitentia sunt duo scilicet opus exterius laboriosum qui dicitur fructus et hoc non est pars penitentie est opus interius scilicet puniri et contritari et hoc bene est pars penitentie.

Secunda questio decime septe distic

tionis ubi queritur utrum remissio vel expulsio culpe et infusio gratie sit una mutatio. Videtur quod non. quod illud ad quod disponit non sunt idem. nam expulsio culpe disponit ad infusionem gratie. probatur. nam per expulsionem culpe non est inimicus sed per infusionem gratie est amicus. sed non sunt idem desinere esse inimicum et incipere esse amicum. 8^o 2^o. Ad oppositum si expulsio culpe sit alia mutatio ab infusione gratie aut ergo mutatio positiva vel privativa. vel acquisitiva vel deperditiva. non primum quia mutationis positivae terminus ad quem est aliquid positivum. illius autem expulsionis non est terminus ad quem positivus alius a gratia. nec privativa quia tunc terminus a quo esset positivus. sed culpa non est aliquid positivum. ergo et cetera.

In illa questione ponuntur tres conclusiones. Prima conclusio quod remissio culpe et infusio gratie non sunt una mutatio patet. quia remissiones culparum sunt multe existente una infusione gratie. Et sic distinguuntur per plurificabile et non plurificabile. Secunda conclusio quod remissio culpe et infusio gratie non sunt due mutationes reales patet. nam obligatio ad penam pro culpa commissa non est aliquid reale in anima post actum preteritum. sed est tantum relatio rationis in obiecto voluto ut volitum est. Sed infusio gratie est mutatio realis. et quod sit realis infusio gratie habitum fuit superius di. 14. q. 1. articulo. 1. Tertia conclusio quod infusio gratie et remissio culpe se habent sicut relatio rationis et actio realis. hoc patet ex duabus conclusionibus precedentibus. habetur enim quod infusio gratie est actio realis siue sit de genere qualitatis siue de genere relationis ut diversi diversimode sentiunt. Ex precedenti questione habetur quod remissio culpe est relatio rationis. Nota quod in illa questione Scoti inveniunt multa pertinentia ad materiam mutationis. Ad argumentum in principio dicitur quod realiter sunt idem desinere esse inimicum et incipere esse amicum licet sit ordo prioris et posterioris. ideo maior erat falsa.

Intra distinctionem decimam septimam queritur utrum necessarius sit homini peccatori ad salutem confiteri omnia peccata sua sacerdoti. Videtur quod non. nam super illud psalmi. Dixi confitebor adversum me. Item Casandrus dixi. i. deliberaui apud me quod confitebor. et tu remisisti sequitur magna misericordia dei quod ad solam promissionem remittit peccata. Ad oppositum Jacobi. 5. Confitemini alteri utrum peccata vestra. In illa questione sunt tria videnda. primo quo precepto tenetur peccator peccata sua confiteri sacerdoti. secundo quid illud preceptum includit de confessione. tertio quid circa illud preceptum ecclesia ulterius explicabit. Quantum ad primum articulum premittitur una distinctio. secundo ponuntur conclusiones. Distinctio est ista quod triplex est ius scilicet ius nature ius positivum divinum. ius positivum ecclesie. Ius autem nature dupliciter scilicet large et stricte. Stricte quidem est illud cuius veritas practica nota est ex tali principio sic noto ex terminis. Ius autem nature large est verum practicum consonum principiis et conclusionibus legis nature in tantum quod statim notum est omnibus illud convenire tali lege. De lege positiva divina sunt quecumque continentur in scriptura pro tempore pro quo sunt observanda sicut fuerunt cerimonie iudeorum pro tempore legis Moysayce. Et sicut sunt cerimonie christianorum pro tempore legis evangelice. Sed de iure positivo ecclesie sunt alique observantie honeste in moribus propter reverentiam maiorem in suscipiendo sacramenta quas observantias addit ecclesia ultra ius divinum scriptum. Ad propositum ponuntur tres conclusiones. Prima est quod confessio non cadit sub precepto legis nature patet. quia in lege nature non confitebantur. Et si dicatur ergo illi a quo iudicabatur. dicitur quod a deo. Greci enim soli deo confiteri dicunt. sed sancta ecclesia deo et sacerdoti confiteri statuit de pe. di. 1. c. quidam. circa fi. Secunda conclusio quod confessio non cadit sub precepto positivo ecclesie. probatur quia tunc papa non teneretur confiteri quia non habet imperium par in parem ut extra de elec. innotuit. Contra hoc dupliciter. primo quia glossator decretorum de pe. di. 5. et Bartholomeus brixii. dicunt quod melius est dicere penitentiam esse institutam quadam universali traditione ecclesie quod ex aliqua auctoritate novi vel veteris testamenti. Secundo quia videtur hoc esse statutum per ecclesiam extra de pe. 7. re. omnis utriusque sexus. Ad primum dicitur quod glossator dicit. sed non dat legem nec. c. allegat. et erubescimus sine lege loqui. l. illas. l. de colla. Secundum non valet quia illud statutum fuit tempore In

nocen. tercii. Et tamen de penitentia Aug. locutus erat ante per multos annos in li. de vera et falsa penitentia. Tertia conclusio quod confessio cadit sub precepto positivo diuino probatur per illud Jobantis. 20. quorum remiseritis peccata. Et si dicatur ubi confessio inuenta fuit. dico quod in paradiso. Gen. 3. Adam ubi es. vox fuit inquinantis et confessionem inquirentis. Item quilibet reus debet iudicari tunc nullus debet esse iudex in causa propria. ergo debet iudicari per alium. non principaliter quia hoc est proprium dei. ergo ministerialiter et arbitrarie. et sic sacerdoti cui data est potestas et ita ex illo verbo euangelico et ex illo adiuncto. diliges dominum deum tuum videtur tenendum quod confiteri sacerdoti sit de iure positivo diuino. Et quod hec confessio peccati sit necessaria ad salutem. habes de pe. di. 1. fere per totum. nam ubi est taciturnitas confessionis non est speranda venia criminis de pe. di. 1. c. taciturnitas. Et melius est in malis humilis confessio quam in bonis superba gloria. xi. q. 3. iniustum. circa si. Quantum ad secundum articulum quid istud preceptum includat dico quod inducit hoc scilicet quis debet confiteri. Ad quod dicitur quod adultus vel paruus si talis est quod malicia suppleat etatem. secundo quid debet confiteri. dicitur quod peccatum mortale. Ibi ponitur opinio Ricardi li. 4. di. 16. q. 4. ad primum arguendo quod quis tenetur confiteri de venialibus. Sed doctor dicit quod non. sed tamen de mortalibus nisi scienter nollet confiteri illa venialia. nec ullam mentionem vellet facere de illis. et in tali casu venialia fierent mortalia. Dicitur ulterius cui tenetur confiteri dico quod sacerdoti. nam solus iste habet potestatem ligandi et absoluedi. Dicitur ultra quando. dico quod quando est in periculo vel quando vult intrare bellum. vel intrare mare. vel dum ecclesia ordinauit hoc est ad minus semel in anno. Etiam includit qualiter. dicitur quod cum displicentia peccati commisi et cum proposito abstineri. Causa breuitatis sunt decemseptem conditiones ut patet in his versibus. Simplex humilis confessio pura fidelis. Atque frequens nuda discreta libens verecunda. Integra secreta lacrimabilis accelerata. Fortis accusans et sit parere parata. Quantum ad tertium articulum potest patere ex predictis quid circa sacramentum penitentie explicauerit ecclesia. nam dicit explicite quod continebat preceptum diuinum. implicite scilicet quis. quid. cui. quando et qualiter debet fieri confessio ut patet extra de pe. et re. c. ois vtriusque sexus. nam quantum ad illos qui tenentur confiteri dicit sic. Omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit etc. Quantum ad illud quid tenetur confiteri. dicitur ibidem quod omnia peccata sua. quod intelligo mortalia et non venialia. Causa est quia

penitentia est tabula post naufragium vel contra naufragium. sed ex peccato veniali nullus patitur naufragium. Ad illud cui dicitur quod proprio sacerdoti sine curato vel privilegiato. pro quo priuilegiato intelligo curatum sedis vel superiorum illi. Quando dicitur quod in primitiua ecclesia quolibet die confitebantur. et quod erat difficile quod negociantes quolibet die possent confiteri. et de illius quot diana pars datur in ecclesia. Deinde ordinatum fuit quod diebus dominicis debuissent confiteri. et quod hoc etiam visum fuit eis difficile. et ob hoc quod natura vadit in peius dimiserunt. et nonne cuius diebus dominicus datur panis benedictus. Deinde fuit factus descensus ad solennes anni festiuitates in quibus debent sumere corpus christi de pasche. di. 2. et si non frequenter. que festiuitates sunt pascha. penthecostes et natiuitas domini. Et quod adhuc hoc videbatur difficile ecclesia ordinauit quod saltem semel in anno confiteretur. multa tamen hoc durum reputantes stant per decem annos sine confessione ut per alios decem in peccatis premeditantes a diabolo inueniantur occupati. Nota hic quod in parte precedente diximus quod peccator debet confiteri proprio curato. Aliqui distinguunt de proprio dupliciter. vno modo ut distinguunt contra alienum. alio modo ut distinguunt contra eum. Quod dicitur quod debet confiteri proprio sacerdoti intelligitur ut distinguunt contra alienum non ut distinguunt contra eum. nam episcopus vel eius locum tenens vel vicarius ecclesie metropolitane bene potest audire sine licentia proprii curati. Quod proprio vicario sit confitendum habes in illa decretali. Dis vtriusque sexus. de pe. et re. et de peni. di. 6. placuit. Item prouerbiorum. 27. diligenter agnosce vultum pecoris tui. Et ad hebreos. 6. Serui obedite per omnia prepositis vestris. verum quod in septem casibus vnus potest ire ad parrochiam alterius scilicet Raymundus in summa sua. Primum quod ille delinquit in parrochia alterius. Secundus si mutat domicilium ut faciunt scolares. Tertius si est vagabundus ita quod non habet domum manentem. Quartus si est sacerdos sit imperitus in tali casu petita licentia et obtenta vel non obtenta potest ire ad alteram. Quintus casus est si quis vult ire longum iter petita licentia potest vbique et a quocumque audiri. Sextus si peccator est in articulo mortis ut si sit vulneratus taliter quod esset periculum in mora ille talis potest non dico a sacerdote audiri sed a layco. Septimus si quis habuit rem cum matre sua. non potest peccatum confiteri sine infamia matris sue. in tali casu querat alium quam parrochianum. sed semper licentia petita. Nota hic vnus quod qui crimina que corrigere potest non corrigit ipse committit. 23. q. 8. preterea. Ad argumentum in principio dico quod illa contritio habet promissionem seu propositum confitendi et ita cum illo proposito et illa contritione si confessio non possit haberi peccatum bene deletur.

In circa distinctionem decimam octavam queritur utrum potestas clauium tantummodo extendat se ad penam temporalem. Videtur quod non. nam Jo. bānis. 14. quorum remisistis peccata etc. g. potestas clauium ecclesie est ad remittendum peccata. non ergo precise extendit se ad penam temporalem. Ad oppositum illa potestas non se extendit ad aliud quam ad penam temporalem. patet quod non ad remissionem culpe nec pene eterne. quod secundum magistrum in lra bec duo conueniunt soli deo. In ista questione sunt quatuor modi dicendi distincti. Primus modus dicendi est quem recitat magister in littera quod sacerdos absoluit a pena. quam opiniones magister in lra improbat. ideo eas sic improbatas relinquam. Alius modus dicendi est quod sacerdos non absoluit a pena. sed a vinculo confessionis ligando ad satisfactionem. sed illud non valet quia sacerdos absolueno non dicit absoluo te a confessione. sed absoluo te a peccato vel a peccatis. et sic vel absoluit eum quantum ad penam vel quantum ad culpam. ergo oportet plus addere quam illa opinio dicebat. Alius modus dicendi est quod absoluit eum non tantum a vinculo sed etiam a pena purgatorii ligando ad penam satisfactoriam et non absoluit aliquam partem pene relaxando sed solum commutando. sed nec illud valet. quod iste peccator post absolutionem diuinam non obligatur ad penam purgatorii magis quam ad aliam. hoc patet quia tantum posset conteri quod deus totum dimitteret et statim euolaret. et sic non oportet quod illam commutaret. Quartus modus quod sacerdos aliquam partem pene absolueno dimittit ex vi clauium et hoc sic possumus intelligere. vniuersae viae domini misericordia et veritas. ideo in iustificatione que est opus misericordie misericordia domini remittit culpam et iusticie regula non preterit. Ad hoc tamen iusticia diuina tenet eum obligatum ad penam. sed diuina misericordia preuidit et statuit arbitrium sacerdotale cui dedit potestatem arbitrando. et remittendi aliquam partem pene ex virtute passionis christi. quanta sit bec pars. bec determinatio est solius dei. Et bec est opinio Scoti. Sed consulo ut clericus in danda penitentia dicat sic. Remitto tibi illam penam potestati mee attributam. sed in ea conformando me voluntati diuine. Ad argumentum in principio patet per opiniones in lra positas.

In circa distinctionem decimam nonam queritur utrum cuilibet sacerdoti in susceptione ordinis sacerdotalis conferantur clauis regni celorum. Videtur quod non. Apocalipsis. 3. dicitur de christo claudit et nemo aperit. ape-

rit et nemo claudit. Ad oppositum Mathei. 16. promittit Petro et sacerdotibus tibi dabo clauis regni celorum. et Johannis. 24. quorum remisistis peccata etc. In ista questione erunt quinque articuli. primus quod in ecclesia est vna clavis apud sacerdotem que est potestas sentenciandi. secundus quod est alia clavis que est potestas cognoscendi. tertius quod bec et illa sunt vna clavis. quartus qualiter habens istas clauis potest exire in actum earum. quintus si per ter illas in ecclesia est aliqua alia clavis. Quantum ad primum articulum dicitur quod nomen clavis translatum est a corpora libus ad spiritualia secundum aliquam similitudinem secundum illud philosophi. Omnes transferentes se aliquam similitudinem se transferunt. Clavis autem est instrumentum ad remouendum obstaculum ne aliquis in domum ingrediatur. ideo quilibet potestas remouens obstaculum introitus in regnum celorum potest dici clavis. Sed triplex est obstaculum intrandi in regnum celorum. et sic triplex erit clavis. Est enim obstaculum primum debitum eterne supplicii propter mortale peccatum commissum. et hoc solus deus remouet. Aliud est obstaculum scilicet debitum solutionis precii. et hoc solus christus in sua passione remouit. Tertium obstaculum est debitum peccati dimissi. quo peccator obligatur ad penam temporalem. et hoc potest remoueri per illum qui potest penas taxare. et talis est sacerdos. Ex hoc habetur quod triplex est clavis scilicet auctoritatis. excellencie. et ministri. prima deo conuenit. secunda christo. tertia sacerdoti cui data est potestas absolueno etiam si malus sit quod dicitur tolleratur. 1. q. 1. ita fit. et duo. c. se. Quantum ad secundum articulum dico quod sicut potestas sentenciandi accipitur tripliciter ut dictum est. nam principaliter conuenit deo. excellenter christo. ministrally sacerdoti. Sic potestas cognitionis principaliter est in deo. excellenter in christo. ministrally in sacerdote. Sed dices que est ista clavis. Dicit magister quod est scientia actualis vel habitualis. Sed dicit Scotus quod ista clavis in sacerdote non potest dici scientia. nam in multis sacerdotibus hodie non est scientia. ideo oportet dicere quod est officium discernendi. et hoc sentiunt propositiuus et multi alii. Quantum ad tertium articulum dicunt Thomiste quod iste clauis sunt idem cum caractere sacerdotali. sed hoc est falsum. nam potestas conficiendi fuit data in cena. sed potestas clauium fuit data post resurrectionem apostolis. ideo dicatur ad articulum quod sunt due clauis. Quantum ad quartum articulum scilicet qualiter habens istas clauis potest exire in actum earum. dicitur quod quando cumque sacerdos habet potestatem a superiori et peccator venit ad eum potest exire in actum earum id est potest peccatores

absoluere. Et ecce qualiter exit in actum clauium. Quantum ad quintum articulum si preter istas est alia clavis in ecclesia. dico q sic. qz in ecclesia est duplex focus. vnus secretissimus in quo idem est actor & reus. et ad istum pertinent claves predicte. Alius est focus publicus quia ecclesia habet auctoritates corrigendi peccata publica. et ita requiritur duplex auctoritas correspondens duplici foro predicto. Iste autem auctoritates pertinentes ad forum publicum sunt due claves de quarum potestate habetur Mathei 7. Si peccauerit in te frater tuus. sequitur dic ecclesie. si ecclesiam non audierit sit tibi vt ennicus & publicanus. & sequitur. Amen dico vobis quodcumq; ligaueritis super terram erit ligatum et in celis. et sic patet q iste claves non sunt eedem. In tertio articulo Scoti vbi ostenditur de diuersitate clauium ponitur opinio Thome cum sua reprobatione in. 4. di. 18. q. 1. articulo. 1. ad primum argumentum secunde questionis. intentio cuius est illa qua posuimus in tertio articulo. Item habes in hac questione q si peccator vult subdere se sacerdoti quoad iudicium de peccatis & mutatione pene eterne in temporalem tunc debet implere penam. si vero se subdere nolit quoad penam aliquam temporalem faciendam. sed tantummodo deo talis est absoluendus predicando sibi q illam penam soluet in purgatorio. Sed quomodo clavis scientie erat. dico q quando non bene inquit in confessione que debet scz circumstantias & talia. nec dat iustam penitentiam per ignorantiam scientie. nam circumstantie peccatorum sunt confitende de pe. di. 1. §. 1. Sed in hac materia aliquis diceret. clericus e arbiter in materia penitentiae inter deum & hominem quomodo sciet ille q hic est punctus penitentiae qua p illo peccato debet dare. Dico q in iusticia commutativa non e punctus sic q si non veniat ad illum punctum non possit fieri commutatio. §. et bicorum. Et maxime si est per modum arbitri. nam in arbitrio est quedam latitudo infra quam arbiter. nec supra quam non debet transire. Exemplum infra decem nec supra centum. sed inter terminos medios potest ad sui placitum. Sic in penitentia que quodammodo est iusticia commutativa clericus est arbiter inter deum & peccatorem taliter q si dederit penitentiam inter duos terminos deus ratificat illam dum compleatur. Si vero transcendit vel minuit dicit Scotus q non ratificat illam. non intelligendo q pro illo damnet eum. sed q spectat ratificationem ad purgatorium idest supplementum pene quam ille per ignorantiam scientie non imposuit. Et hec est intentio doctoris. saluo meliori iudicio. Sed hic dicit quidam q illa absolutio vel fit a iudice ordinario vel non. si fit ab ordinario

et pro ordinario intellige papam vel episcopum vel vicarium suum q quantumcumq; modica sit valet. Si vero non fit ab ordinario est distinguendum q si peccator quesuit confessorem indoctum vt nesciret discernere inter lepram & lepram. et causa talis ignorantie erat in danda solutione tunc peccator non est absolutus. si vero fecit suam inquisitionem & inuenit hominem vt sibi videtur doctum & illi prebuit voluntatem taliter q erat obediens cuiuslibet penitentiae dicitur q in tali casu obedientia supplet defectum penitentiae. nam deo magis obedientia placet q victima. Et hec est intentio decreti in. c. mensuram. in glo. Et sic forte fuit intentio Scoti. Ad argumentum in principio dico q ista auctoritas Apocalypsis non debet intelligi de clauis ministrali sed preeminenti que est auctoritas sententiandi vniuersaliter & irrevocabiliter.

Secunda questio decimenone di
 stinctionis vbi queritur vtrum aliquis debeat excommunicari. Videtur q non. Nam ecclesia dicitur totum per sua membra vt per partes. sed ille excommunicatus est pars ergo recedente illo non est totum cum totum consistet ex partibus suis. Ad oppositum. 24. q. 3. certum. In ista questione sunt tria videnda. primo an aliquis possit excommunicari. 2. a quo possit excommunicari. 3. pro quo debz excommunicari. Quatuor ad primum articulum dicitur q sic. naz sicut e in corpore naturali. sic suo modo e in corpore mistico. sed in corpore naturali membrum putridum scinditur & separatur. sic in corpore mistico. Eodem modo enim arguit apostolus ad Ro. 12. Et hec absolutio notatur a doctoribus excommunicatio. naz excommunicatio dicitur extra communionem ecclesie separatio. xi. q. 3. nihil. 7. c. canonica. 27. q. 3. prima viduas. 24. q. 4. tam sacerdos. Item q omnis impius si non ab ecclesia tamen a deo est separatus. 24. q. 3. certum. Item q sicut putride carnes sunt ressecandae. & ouis scabiosa ne alias inficiat est repellenda. sic mali ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi. 24. q. 3. ressecandae. Quantum ad secundum articulum a quo possit excommunicari dicitur q in hoc videtur esse controversia inter doctores. quidam dixerunt q potestas excommunicandi solis episcopis conuenit. Alii dixerunt q non episcopis sed Archidiaconis & abbatibus. & aliis prelatibus. Alii dixerunt q hoc conuenit his & sacerdotibus parochialibus. Sz potest dici q potestas q e in ecclesia data est a christo apostolis & precipue apostolo Petro. Ista autem e duplex. vna in foro penitentiali. alia in foro iudiciali. prima respicit legis ordinem secunda plicationem. 3. prima par potest absoluere parem. sed 3. secundam par non potest ligare parem nec superiorum. Prima potestas

Quando collata est Petro ut sacerdoti descendit in omnes sacerdotes quibus omnes non habeant executionem. Secunda que collata est Petro ut prelato descendit in omnes personas ecclesiasticas que habent prelationem et iurisdictionem. Et quandoque iurisdictionem habent non solum claves primas habentes in foro penitentiali. sed etiam non habentes ut Archidiaconi. et aliqui capitulares. et forte aliqui alii vel ex iure vel ex consuetudine. ideo possunt excommunicare. Sed hodie officiales et vicarii generales laici excommunicant et absolunt. De excommunicatione concedam. sed de absolutione dubito. nam multi possunt ligare qui non possunt solvere. maxime cum hec potestas sit data habentibus claves. layci vero non habent claves. Quantum ad tertium articulum pro quo quis debeat excommunicari. dico quod duplex est excommunicatio. una inflata a iure. alia inflata a iudice. prima est prescriptiva. secunda est curativa. prima fit propter evitandam culpam ad preseruandam libertatem ecclesiasticam. secunda infertur propter contumaciam. ideo debet monitio premiti ut sic de contumacia excommunicaretur. et sic iudex nullum debet excommunicare nisi pro peccato mortali. et non pro quocumque peccato mortali. sed pro peccato contumacie vel cui contumacia connexa est ut patet. xi. q. 3. absit. Sed notandum quod quatuor modis huiusmodi contumacia incurritur scilicet quando sufficienter vocatus ad iudicium non venit nec remanendi habet legitimam causam. et 4. q. 3. de illicita. secundo quando venit tamen respondere contempnit ut. xi. q. 3. c. certum. tertio quando antequam debeat illicenciatus recedit ut in. c. preall. quarto quando sententie non obedit. 2. q. 6. quisquis.

Ad argumentum dicitur quod totus non potest esse sine suis partibus essentialibus. sed bene sine aliqua parte integrali ut hic.

Intra distinctionem vicesimas que dicitur utrum penitentia in extremis valeat ad salutem. Videtur quod non per illud Augustinus in sermone innocentius hac animaduersione percutitur peccator ut moriens obliuiscatur sui qui dum viueret oblitus est dei. Ad oppositum est Augustinus de vera et falsa penitentia di. 7. et ponitur in littera penitentia si in extremo vite biatu aduenerit sanat et liberat patet de Latrone in cruce existenti. In ista questione sunt duo. primus si penitentia in extremis valet ad salutem. secundum si penitentia est tante sufficientie. Quantum ad primum articulum dico quod penitentia in extremis valet ad salutem patet. in quocumque statu potest homo demereri in eodem potest mereri. sed in extremis homo potest demereri ergo et mereri. Confirmat per Augustinus in de vera et falsa penitentia.

Et ponitur in littera penitentia. et dicitur quod si in extremo vite venerit sanat et liberat. Item idem Augustinus dicit et ponitur in littera quod dominus potens est in morte premiare et punire et iuuare si placet quod non est opus hominis. sed dei fructuosa penitentia. et inspirare potest eam quocumque vult sua misericordia. Et quod ista penitentia in ultimo momento valeat et possit esse utilis ad salutem habes. 26. q. 6. si presbiter. 2. c. se. et ibi habes exemplum de latrone. nam deus semper peccatores ad penitentiam expectat. 93. dist. diaconi sunt. Item quod deus nunquam spernit penitentiam etiam si ad summum quis malorum peruenerit de pe. di. 3. talis. §. ecce. Quantum ad secundum articulum dico quod penitentia in extremis raro est tante sufficientie quod sufficiat ad salutem. probatur sic. ubi est maior perturbatio fantasmatum ibi est homo minus compos sui et minus habet usum liberi arbitrii. sed in extremis est maxima perturbatio fantasmatum ergo tunc homo est minus compos sui et minus habet usum liberi arbitrii. ubi autem non est usus liberi arbitrii ibi non videtur esse sufficienter penitentia ad salutem. unde Augustinus in hac materia dicit sic. cum filii quos illicite dilexit sint presentes et vros et mundus ad se vocet multos solet penitentia serotina decipere. De dubia sit penitentia ad ultimam necessitatem delata habes de pe. di. 7. §. 1. di. 3. §. sine. Ad argumentum in principio dico quod ille qui scienter se exponit in illo periculo peccat. et est periculosus maxime si nunquam determinat ex illo peccato facere penitentiam nisi in extremis sed non aliter. Vel dic sicut dicit Augustinus quod de neutro potest homo esse certus.

Intra distinctionem vicesimam primum queritur utrum post hanc vitam possit a deo peccatum dimitti. Videtur quod non. nam nullus moriens iustus potest postea peccare. ergo nec moriens in peccato potest postea resurgere. sequentia tenet a simili. Ad oppositum est magister in littera. et probat per illud Mathei. 12. et Luce. 13. Mathei. 3. peccauerit in spiritum sanctum non remittetur ei nec in hoc seculo nec in futuro. subdit magister. ex hoc datur intelligi sicut sancti doctores tradunt quod peccata in futuro dimittuntur. In ista questione possumus loqui de peccato mortali vel veniali. Si mortali dupliciter. quia vel de peccato mortali confessio vel non confessio. Et secundum hoc sunt tres conclusiones. Prima quod potest peccatum mortale dimitti confessum et defacto dimittitur tale peccatum pena soluta hic vel in purgatorio. et hec conclusio est certa et catholica. Secunda conclusio quod de peccato mortali hic non dimisso non potest

absolui vel dimitti. et probatur sic. nam pro tali peccato non dimisso pena debita est pena damnationis eterne. sed ista pena non remittitur. ergo etc. Intellige tamen de peccato de quo non voluit confessi. Tertia conclusio que pena respondeat peccato veniali. Ibi nota opiniones Alexandri de ales in expositione litterali presentis distinctionis qui dicit quod peccato veniali debetur pena eterna per se. Item habes opinionem Alexandri de ales secunda secunde tractatu de peccato veniali quod peccato veniali per se debetur pena temporalis. per accidens vero debetur pena eterna. Sed conclusio est Scoti quod peccato veniali siue hic punito siue in inferno siue alibi non debetur pena nisi temporalis. nec per se nec per accidens. nam secundum se est talis offensa que sufficienter punitur per penam temporalem. nec est inconueniens illam penam debitam veniali habere terminum in inferno. nam vere penitens primo ante mortem et partem penitentie impositam explens et ante totam expletam reciduas in mortali et in illo mortali decedens pro parte penitentie residua explenda soluet penam in inferno. sed non nisi temporalem. et tamen non plus videtur de illo quam de primo. vbi habes quod quis potest in inferno temporaliter puniri. et pro veniali temporali punietur. dico pena sensus. quia pena damni in perpetuum punietur pro his pro quibus damnatus fuit. Ad arguendum in prima non valet intelligendo resurgere pro liberari a peccato.

Secunda questio vicesime prime distinctionis

vbi queritur vtrum confessor in quocumque casu teneatur celare peccatum sibi detectum in confessione. Videtur quod non. nam si sacerdos de aliquo peccato non potest absolvere licitum est ut peccatum narret episcopo vel vicario generali et sic oportet ut peccatum detegat. Ad oppositum de penitentia. di. 6. In ista questione erunt duo fienda. primo ponentur conclusiones. secundo soluentur dubitationes. Quantum ad primum articulum ponuntur aliquae conclusiones. Prima quod celare peccatum detectum in confessione tenetur sacerdos de lege nature patet de lege nature. nullus deberet facere alteri quod sibi non vult fieri. sed confessor nollet peccatum suum per aliquem prodere ergo de lege nature ipse non debet peccatum alterius prodere. Ricardus in presenti distinctione dicit quod si diceret mentiretur quia scit sicut deus et si diceret. diceret sicut homo. Secunda conclusio quod tenetur celare peccatum de lege dei positua patet. Christus statuit arbitrium penitentiae esse vltimum in terris quantum ad crimen confessum. ergo peccat contra legem Christi quicumque aliquid in illo foro

discussum deducit ad alium forum. talis autem esset reuelator confessionum ergo etc. Tertia conclusio quod sacerdos tenetur de iure positivo ecclesie tenere secreta peccatum sibi in confessione detectum patet extra de pe. et re. omnis vtriusque sexus. vbi dicitur caueat omnino sacerdos ne verbo vel signo vel aliquo quouis modo prodere peccatorem. et statim infra statuitur pena scilicet perpetue detractionis in artum monasterium. Item de pe. di. 6. sacerdos omnino caueat ne de eis qui confitentur peccata eorum alicui reuelet. Et sequitur pena. nam si hoc fecerit deponatur et omnibus diebus vite sue ignominiosus permaneat. De quarta conclusione videntur tria scilicet quis. quando et qui tenetur secretum celare. De primo dico quod confessor. secundo cui confessor reuelauit postquam sciat illud esse dictum in confessione non potest reuelare. Item fortius dico quod si aliquis audiuit alium confiteri illud quod audiuit non potest reuelare. et si cum malicia audit peccat mortaliter. Sed quando tenetur celare dico quod semper et pro semper. et non minus post mortem quam ante mortem peccatoris. Sed quando confessor non potest absolvere. non reuelabit superiori. dico quod sic. sed non personam licet bene conditionem persone ratione circumstantiarum. et in hoc includitur cui. Quinta conclusio quod omne secretum habendum tenetur quilibet de lege nature. Quantum ad secundum articulum nota quod confitens non potest licenciare sacerdotem ut cuius illa licencia possit peccatum detegere. In solutione tertie rationis nota quod si aliqui latrones determinarent aliquem in aliquo nemore occidere. et vnus eundo diceret. ecce dico tibi in confessione quod iurus ad occidendum te. dicitur in hoc casu quod si licite potest diceri nolo ire ad nemus sic quod nec signis nec verbis detegatur confessio quod non eat. Sin autem non potest retrocedere sine hoc quod cognosceretur quod reuelat confessionem dicitur quod debet ire. et si moritur moritur martir postquam facit pro fide Christi ut confessio non detegatur. In solutione sexte rationis nota quod si aliquis monachus confessus est abbati et vbi stat luxuriatur cum muliere quid abbas faciet. dico quod debet videre caute. nam si separat ab illo loco demonstrabitur quod in confessione dixit et sic videbitur quod abbas reuelat. ideo dicitur quod si semotio ab illo loco potest fieri caute fiat. si vero non dimittat monachum vbi stat dando consilium ut recedat ab illo peccato. In solutione vltime rationis nota Si aliquis scit alium excommunicatum per confessionem et cum participantibus. quid debet facere. Dico quod si potest vitare modo honesto sui participationem faciat. Si vero non immo si pro tali separatione debuisset haberi circumstantia cognitionis

non dimittat imo dico q̄ non solum non debet imo nec licet vitare postq̄ sibi non est notum nisi per confessiones. Ad argumentum in principio dico q̄ in tali casu sacerdos debz esse caut⁹ ne per coniecturas vicarius generalis cognoscat personam.

In circa distinctionē vicesimam secundam queritur vtrum peccata per penitentiam dimissa eadem numero in reciduum redeant. Videtur q̄ sic. Augustinus contra Donatistas dicit libro primo redire dimissa peccata vbi fraterna caritas non est. ibi apertissime dominus in euangelio docet de illo seruo qui noluit dimittere conseruo suo &c. Ad oppositum successuum non redit eadem numero. peccatus est successiuus ergo &c. In ista q̄one sunt tria videnda. primo si absolute loquendo peccatum possit redire idē numero. secundo si hoc ē possibile de potentia dei ordinata. tertio quomōdō peccata dicuntur & facto redire. Quantum ad primum articulum ē opio Ricardi in presenti di. q. i. q̄ idem peccatum nō pōt redire. Sed ē conclusio Scoti q̄ possibile ē idem peccatus numero de potentia dei absoluta redire. Pro quo notatur q̄ peccatum accipitur dupliciter: vno q̄ vt dicit de ordinationē in actu. alio q̄ vt dicit reatus. i. absolutionē ad penas. hic autē nō queritur si peccatū possit redire primo q̄ si nō. redit actus. certus ē q̄ nō redit obliquitas. in actu. Sed queritur de peccato scōdo mō dicto vt dicit obligationem ad penas. et d̄ ista d̄ q̄ pōt redire patet. Deus pōt istū obligare pro B. ad eandē penas ad quā obligauit pro A. ergo ille pōt obligari ad eandē. et per consequēs cuz pena sequat̄ reatus sequitur q̄ ad eundē reatum. Quantum ad 2^o articulū dico q̄ de^o disponit peccata penitentis post penitentiam esse tecta s̄ illud Augustini exponētis illud psalmi. Beati quoz &c. Et quoz tecta sunt peccata. i. non amplius videri ad vindictam. ideo de potentia ordinata non potest redire eadē obligatio. nec ad eandē penam postq̄ extincta est vt habetur de peni. di. 4. c. diuina clementia. Et d̄ dimissa peccata in vlcionē alterius redire nō permittit. nec patitur. ideo Scotus p̄cludit q̄ de potentia dei ordinata eadē peccata numero nō redeunt. sed eadē merita numero reuiuiscunt. Quantum ad 3^o articulū d̄ s̄ Scoti q̄ pctm̄ dimissus redit tanq̄ circūstantia grauans illud pctm̄ in quo reciduat. Et hoc dupliciter. Primo q̄ quāto aliquis recipit ab aliquo beneficiuz sibi indebituz tanto magis tenetur ei. sed existenti in peccato mortali non est deus debitor nisi pene. ergo si sibi gratiam confert hoc erit donum maxime gracie. ergo iste ex lege gratitudinis

tenetur specialiter deo. et per consequens offendens contra eum grauius peccat propter ingratitudinē. Secundo quādo aliquis tenetur pluribus obligationibus ad aliquem tanto si transgreditur grauius peccat. Sed penitens quotiens digne penitet obligat se saltem voto ad non peccandum in posterum. sine tali enī proposito non est digna penitentia. & propter hoc astrictus est ad nō peccandum sicut quilibet ignoscens. si ergo peccat transgreditur duplicem legem obligantem ad non transgrediendum. & per consequens talis grauius peccat. Ad argumentum in principio dicit ad illam parabolam. q̄ illa peccata non redeunt. sed obligatio ad damnationem redit et aggrauata propter reuersionem illorum peccatorum.

In circa distinctionem vicesimam tertiam queritur vtruz extrema vinctio sit sacramentum noue legis. Videtur q̄ non. nam omnia sacramenta noue legis sunt instituta a xp̄o. sed istud sacramentum videtur esse institutum a Jacobo. Jacobi. s. ergo &c. Ad opposituz ē magister in lra. Dic sunt tria videnda. primo videbitur responsiū questionis. secundo si istud sacramentum est in remissionē peccatorū tertio si habet diffinitionem. Quantum ad primuz articulus dicitur q̄ possibile est aliquod sacramentum esse noue legis q̄ sit signum efficacis remissionis peccatorū venialium. probatur sic possibile est deum remittere peccata venialia. ergo possibile est sibi instituire signuz efficacis istius remissionis. consequentia patet quia possibile est homini instituens signum efficacis practicum cuiuslibz operationis sue ergo multo fortius hoc ē possibile deo. Quātum ad secundum articulum dicitur q̄ illud sacramentum in remissionem peccatorum venialium est sacramentum extreme vinctiois q̄ patet sic. sacramenta sanant infirmitates vt superius dictum est di. 2. q. 1. ergo secundum numerum infirmitatum sumitur numerus sacramentorum & efficacia eorum. Sed infirmitas ē duplex scz culpe & pene. Infirmitas pene est quadruplex scz ignorantia. pusillaminitas. malicia & concupiscentia. Contra ignorantiaz est ordo. contra pusillaminitatem est confirmatio. contra malicias est eucaristia. contra concupiscentiam est matrimonium. Infirmitas culpe est triplex scilz originalis. actualis venialis. & mortalis. contra originale est baptismus. contra actuale mortale est penitentia. contra culpaz actuale veniale est extrema vinctio. Quātum ad tertium articulum dicitur q̄ habet diffinitionem vel descriptionē que talis ē. Extrema vinctio est vinctio hominis infirmi

penitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab episcopo ministrata a sacerdote simul verbis certis eius intentione debita proferente ex institutione diuina efficaciter signans curacionem venialium finale. Dic nota quod aliqui putant quod postquam istud sacramentum ab eis semel susceptum est amplius non debent suscipere nec pedes balneare. sed dicitur quod potest iterari tot quot vicibus erit necessarium. et qui suscepit potest balneari. nam caput episcopi est consecratum tamen lauatur. Ad argumentum in principio dico quod istud sacramentum fuit institutum a Jacobo tanquam a promulgatore et a christo tanquam institutore.

Intra distinctionem vicissimam quar

tam queritur utrum in ecclesia sint septem ordines eo modo quo ordo vel ordinatio ponitur sacramentum. Uideatur quod non. nam Isidorus li. etimologiarum ponit episcopatum esse ordinem et nullus istorum septem est. ergo sunt plures. Ad oppositum est magister in littera. In ista questione quatuor sunt videnda. primo quid est ordo loquendo de ordine ut in titulo est premissus. secundo quot sunt ordines istomodo. tertio si ordo est sacramentum. quarto quomodo est unus sacramentus. Quantum ad primum articulum est opinio Bonaventuræ in prima parte presentis distinctionis. q. 2. articulo. 2. quod ordo est spiritualis potestas ad aliquem actum exequendum in ecclesiastica ierarchia. et quod secundum diuersitatem actus est diuersitas ordinum. improbat Est opinio Scoti quod ordo accipitur dupliciter scilicet communiter et proprie. loquendo communiter de ordine dicitur ab Aug. 19. de ciuitate dei. c. 13. quod ordo est rerum parium disparumque unicuique loca sua tribuens congrua dispositio. et isto modo accipimus communiter in vniuerso ordinem entium. sicut loquitur philosophus. 12. metaph. Istomodo etiam modo sumitur ordo in politis bene ordinatis. vbi personarum parium et imparium in aliqua politia congrua dispositio dicitur esse ordo illius politie a quo dicitur ordinata. Alio modo accipitur ordo proprie ut est gradus eminentie. et hoc modo habet tales descriptionem. Ordo est gradus eminentis in ecclesia disponens congrue ad aliquem actum ad consecrationem vel dispensationem eucaristie pertinentem. Quantum ad secundum articulum. quot sunt ordines videtur controuersia quod canonice reputant episcopatum inter ordines. et hoc confirmant auctoritate Dionysii de ecclesiastica ierarchia. 5. qui ponit tres ordines scilicet episcopatum. sacerdotium et diaconatum. Item auctoritate Isidori. 7. etimologiae

mm. c. 12. qui ponit episcopatum esse ordinem. Item auctoritate canonis di. 21. c. clericos. huius intentionis est Guillelmus aliodorus reus. et Rodofredus pictauiensis. in quarta parte summarum suarum. c. 1. huius materie dicentium episcopatum esse ordinem. Thomas vero in presenti distinctione tenet non esse ordinem. ergo cum queritur quot sunt ordines dico quod si episcopatus est ordo sunt octo ordines. si autem episcopatus non est ordo sunt septem. quia cuius ordo sit quidam gradus eminentis in ecclesia disponens de congruo ad aliquem actum qui est ad consecrationem vel dispensationem eucaristie pertinens quot sunt gradus ad dictam consecrationem pertinentes tot sunt ordines. primus autem gradus disponens ad consecrationem eucaristie est sacerdotium. Secundus est diaconatus qui disponit ad dispensationes sanguinis. Tertius disponens ad oblationes materie eucaristie consecrande est subdiaconatus. Et isti tres dicuntur ordines sacri quia immediate disponunt ad aliquod ministerium circa eucaristiam. vltimus aliqui gradus disponunt ad actus aliquos remote se habentes ad eucaristiam. et hoc diuersimode. vno modo ad orandum pro populo et reuerenter suscipiendum. et iste est acolitus illuminando cereos. Alia est dispositio pertinens ad intellectum. sicut est cognitio et hic est lector. Alii qui sunt gradus ad reprimendum indignos. sed indigni sunt duplices. Uno modo velut homines et ad tales reprimendos sunt hostiarii. Alio modo velut demones et ad tales reprimendos sunt exorciste. Si vero episcopatus est ordo ideo dicitur quia habet ordinem ad omnes actus ecclesiasticos. Quantum ad tertium articulum dicitur quod loquendo proprie de sacramento. ordo non est sacramentum proprie. quia omne sacramentum est signum sensibile. sed ordo est quidam gradus spiritualis. tamen accipiendo sacramentum pro signo inuisibili sicut alio dicitur res et sacramentum. hoc modo potest dici sacramentum quia est signum gratie aduenientis executioni actus debiti. Sed quid est ergo septimum sacramentum. dico quod est ordinatio cuius est talis descriptio. Ordinatio est institutio alicuius in gradum ecclesie preeminente cui continetur aliquod ministerium circa eucaristiam exhibendam factam a ministro idoneo certa verba proferente simul cum intentione debita ministerium illius gradus. a quo signo visibili presente ex institutione diuina efficaciter signans gratiam preminentem qua ordinatus digne ministerium illud exequatur. Quantum ad quartum articulum quomodo sacramentum ordinis est unus dico quod est unus unitate generis propinqui. sicut virtutes morales

sunt quatuor scz fortitudo. iusticia. prudentia. temperantia licet in speciali sint plures. In solutione tertie rationis nota q omnes ordines sunt instituti a xpo. Et quare in primitiua ecclesia non erant ministri ad singulos ordines deputati. Et quare nuc quatuor no sacri ordines conferuntur simul. In solutione vltime rationis habes quomodo tonsura non est ordo. z q privilegium clericale no est proprium ordinatio. Ad argumentum in principio patet eundem diversas opiniones vt patet in lra quare zc.

Irca distinctionez vicesimam quin

tam queritur vtum pena canonica impediatur a susceptione z collatione ordinum. Videtur q non. nam nulla pena canonica magis excludit ab aliquo gradu vel actu ecclesiastico q heresis. sed heresis non excludit vt habetur prima. q. prima qd quidam. Ad oppositum. l. q. l. de cetero. z. c. proximo erga simoniacos. In ista questione sunt quinque videnda. primo quid est pena canonica. secundo quot sunt pene canonice. tertio qualiter pene canonice infliguntur. quarto qualiter pene canonice tolluntur. quinto si propter penas canonicas aliqui repelluntur a susceptione ordinum. Quantum ad primum articulum dicitur q pena canonica est pena inflicta per canones prohibens punitionem ab aliquo actu ecclesiastico quem alias liceret. Quantum ad secundum articulum que z quot sunt pene canonice dico q sunt sex scz Depositio vel degradatio. infamia. irregularitas. excommunicatio. interdictum. z suspensio. Depositio est amouo a statu clericali. Degradatio idem est q depositio quibus particularis degradatio possit esse quedam pena particularis respectu depositionis. Infamia est status lese dignitatis quantum ad vitam z mores. Irregularitas est inhabilitas ad susceptionem z executionem ordinum. Excommunicatio est exclusio alicuius a comunione fidelium maxime in sacramentis. Interdictum est artatio a quibusdam actibus ecclesiasticis exercendis. Suspensio est prohibitio ab aliquo alias conueniente. Quantum ad tertium articulum qualiter pene canonice infliguntur dico q depositio z degradatio remouent hominem a statu clericali z tradunt cum curie seculari. Ista vero pena est infligenda a iudice. forma tamen s3^o quaz est infligenda habetur in. c. decretalium in titu. de penis. c. degradatio. Cause propter quas hec infliguntur sunt peccata enormia vtputa heresis. scisma. reuelatio confessionis. primum patet extra de hereti. ad abolendam. secundum extra de scismatibus ad abscondendos. tertium extra de peni. z re. omnis vtriusq3 sexus. Pena autem

infamie incurritur in positone criminis infamatorii. c. q. 3. c. qui sunt. Pena irregularitatis infligitur a iure. z hoc aliquando ex criminibus. aliquando ex illis que possunt interdum esse crimina. Crimina in genere sunt quatuor scz simonia ad ordinem sacrum vel non sacrum furtiue recipere ordines. Aliud est in ordine non sacro ministrare. Aliud est contumacia non obseruando penas canonicas. que aliquando possunt esse crimina aliquando no sunt vt bigamia z homicidium. nam homicidium aliquando est voluntarium z est crimen. 3^o ethicorum. aliquando non est voluntarium z sic non est crimen in eodem. 3^o z. 5^o ethicorum. Excommunicatio aliquando infligitur a iure aliquando a iudice. sed siue sic siue sic intelligatur non habetur numerus excommunicationum. Interdictum autem potest intelligi aliquando loco z non persone. aliquando persone z non loco. quandoq3 loco z persone simul. et hec pena aliquando consequitur a iure. quandoq3 a iudice. Suspensio autem quandoq3 infligitur a iure vt patet extra de sen. exco. cum medicinalis. li. c. aliquando infligitur ab homine. Quantum ad quartum articulum qualiter pene tolluntur. de primo scz de deposito dicitur q ille non potest restitui nisi per papam. de secundo scz de infamia dicitur q restituitur per purgationem canonicam vt extra de pur. cano. ex tuarum. De tertio de irregularitate si est simonia pertinet ad papam si sit ex officio. si est in beneficio potest episcopus dispensare. si ex ordine furtiue suscepto si in illo est sententia excommunicationis pertinet ad papam vt si episcopus mandauerit alicui qui ordinem furtiue suscepit q in illo non ministret. z ministrauerit ex hoc efficitur irregularis. et nullus dispensare potest cum eo isto casu nisi papa. Si vero istud non sit sibi iniunctum pertinet ad episcopum vel ad quemlibet prelatum regularem cui3 debeat ingredi iste talis religionem vt extra de eo qui furtiue ordinem suscepit. per totum. Si autem est irregularitas ex administratione in ordine pertinet solummodo ad episcopum vt extra de cler. non or. mini. c. z. Si est irregularitas non ex crimine sicut est seruitus propter quam homo dicitur inhabilis. dicitur q in hoc oportet q dominus illius serui consentiat hoc est q eum manumittat extra de seruis non or. per totum. Si est irregularitas ex illegittima natiuitate dico q hoc expectat ad papam extra de filiis presbiterorum. per totum. Si est irregularitas ex mutilatione et effluuio enormis z sit in causa vix dispensatur vt habetur di. 55. z extra de corpore viciatis. De homicidio z bigamia videbitur di. 33. quarto dico q excommunicatio relaxatur per absolutionem zc. quinto dico q interdictum relaxatur per illum qui illud imposuit. sexto dico

¶ suspensio tollitur per relaxationem factam talis suspensionis p
cum qui eam tulit. Quantum ad quintum articulum si pene
predicte impediunt susceptionem ordinum. dico q̄ quinq; pene
ultime non prohibent a collatione vel susceptione ordinum; ut ha
betur. l. q. i. c. q̄ quidam. De prima sc̄j pena sicut est degradatio
est dubium. si ep̄scopus degradatus ordines de facto conferret.

Ad argumentum in principio dicitur q̄ hereticus non debet
dare. sed si cederit valet.

Secunda questio vicesimequinte

distinctionis vbi queritur vtrum sexus mulieris impedi
at susceptionem ordinum. Videtur q̄ non ad Galatas. 3.
in x̄po Ihesu non est seruus nec liber nec femina nec masculus. et
sic nulla est differentia inter feminam et masculum. Ad oppo
situm. 23. de sacramentis 24. Ad hanc questionem dicit q̄ nō
posse suscipere potest intelligi tripliciter sc̄j vel non posse debite et
boneste vel non posse licite quia est contra preceptum. vel nullo
modo posse de facto. et si acceptaretur nihil fieret. primo mō puer
ri id est non habentes discretionem non possunt ordines accipere
cum non possint illos suscipere cum debita reuerentia. secundo mo
do puer nō pōt recipere ordinē sac̄i q̄ ab illo licite prohibetur.
tertio mō dico q̄ pueri nō prohibentur potentia remota licet be
ne potentia propinqua. sed mulieres simpliciter impeduntur et po
tentia remota et propinqua. q̄ ille nullo mō possunt ordines susci
pere. Ad arg^o in principio d̄ q̄ intelligitur quantum ad glo
rias sequēdas. s̄ q̄ ad gradū excellētie i ecc̄ia b̄n̄ docet d̄rias

Intra distinctionē vicesimam sextā

queritur vtrum matrimonium fuerit immediate a deo in
stitutum. Videtur q̄ nō. nam Ben. 3. Adā instituit q̄n
dixit. nunc os ex ossibus meis et caro ex carne mea. Ad opposi
tum Mathei. 19. ait x̄pus. nō legistis de eo qui fecit masculum et
feminam. et dixit propter hanc dimittet homo 24. In ista q̄one
sunt tria principaliter videnda. primo quid sit matrimonium. 2.
si ē honestū virū et feminā m̄rimoialiter coniungi. 3. de q̄sito princi
pali. Quantum ad primū articulū dico q̄ aliud est matrimoni
um et aliud est contractus matrimonii. et aliud est sacramentū ma
trimonii. q̄ matrimonium est relatio realis extrinsecus adueniēs
vel est relatio rationis permanens in asabus coniugum. Contrac
tus autem matrimonii est in fieri et est actio vel passio interior vel
exterior. Sacramentū matrimonii q̄ ē signū signās contractū ma
trimonii simplr ē in fieri. Et tūc dātur eoz trīs tales descriptiōes

Primo quid ē matrimonium dico q̄ ē vinculum indissolubile in
ter maritum et feminam ex mutua translatione corporū mutue po
tēstatis suoz in se inuicē facta ad procreandū prole debite educā
dam. Contractus v̄o matrimonii ē maris et femine mutua trāsla
tio potēstatis suoz corporū pro vsu p̄petuo ad procreandū plem
debite educandā. Sacramētū matrimonii ē expressio certoz v̄
boz maris et femine ad se inuicē significantium traditionē mutue
potēstatis corporū ad p̄les debite procreandā ex institutione diu
na efficaciter signās graciā p̄ferēdas mutuo p̄trahētib^o ad coniunc
tionem mutuas aīoz graciosam. Quantum ad 2.^o articulū fuit
opio Socratis ut patet. 3.^o politicoz. q̄ nō erat honestū maritus
et mulierē matrimonialiter coniungi. sed q̄ oīa essent cōia. Sed hec
opio apud theologos et pb̄s in eodē. 3.^o imp̄ba. In quo art. po
nuntur tres cōclusiones. Prima q̄ honestū ē ad p̄creandū plem
debite educandā maritus et feminam indissolubili vinculo sibi inui
cem copulari et etiā obligari. Ista cōclusio patet q̄ finis ē honest^o
sc̄j p̄creatio filioz. et sic act^o bon^o. 6. ethicoz. vbi habet q̄ sicut
se habet principium in speculabilib^o sic finis in agibilib^o. sic q̄ si
opatio ē bona moraliter oportet q̄ illa bonitas habeatur a fine.
tota cōclusio habet ab Aug. sup Genesim dicēte. Bonū plis non
d̄ ipsa ples sed spes ac desiderū quo ples ad hoc querit ut religi
ose informetur. Secūda cōclusio q̄ honestū ē ad p̄creandū plem
debite educandā marē et feminam potēstatē suoz corporū sibi inui
cem tradere pro vsu p̄petuo hec patet. nam proles nō p̄ducit nisi p
vsū viri et mulieris. Item in matrimonio fit obligatio contractus
iste contractus non ē nisi mutue donatio potēstatis corporū p̄petuo
ad illuz actuz. Tertia cōclusio q̄ congruus ē dilectionē istaz mutuas
a deo approbari patet. nam creatura ē dei. sed q̄d ē alterius nemo
dat licite inuito d̄no. sed in matrimonio fit debita corporū donat
io. 6.^o volente d̄no et approbante deo. Quantum ad tertū
articulū dico tres cōclusiones. Prima q̄ matrimonium fuit a deo
institutū hoc patet Mathei. 19. quos de^o coniunxit nemo separet. lo
quitur x̄ps de coniunctione matrimoniali. Q̄ fuerit institutū a deo
et in paradiso habet. 32. q. 2. sicut. §. 1. et se. Sc̄da cōclusio. s. q̄n fu
it institutū dico q̄ in matrimonio duo sunt. s. contract^o matrimonii
et obligatio indissolubilis. Contract^o ē a deo institut^o ante lapsum
Ben. 2. cuius dictum ē. hoc nunc os ex ossibus meis. et post lapsum
Ben. 3. multiplicabo erūpnas tuas. fuit v̄o institutū aī peccatus
in humani generis ppagatione post peccatū in infirmitatis reme
dium. 32. q. 2. quicquid. S̄ quātuz ad obligationē indissolubilē
institutū deus matrimonium cuius ait. Relinquet b̄d patrē et matrem

et adberet uxori sue non momentanee sed semper. Tertia conclusio qualiter fuit institutum matrimonium dicitur quod in principio mundi sub precepto ut mundus multiplicaretur. sed cessante illo statu cessauit preceptum. et ideo secunda institutio tempore legis gratie habuit indulgentiam et non preceptum. Ad argumentum in principio dicitur quod Adam sicut precepro protulit illa verba et sic non a se ipso.

Arca distinctionem vicesimam septimam

queritur utrum diffinitio magistri de matrimonio sit conueniens. Videtur quod non. nam in illa diffinitione ponitur mutua translatio corporum suorum. sed hec mutua translatio est inhonesta. ergo etc. Ad oppositum patet per magistrum. Opinio doctoris quod supra dicta ad precedentem questionem diffinitio magistri debet intelligi sicut explicanda est per diffinitionem vel descriptionem ibi positam id est quod si termini accipiantur proprie in ista coniunctione tunc debet intelligi coniunctio habitualis. id est quod obligatio. si autem accipiatur pro contractu proprie tamen coniunctio potest stare pro actu coniungendi vel passione que includit utrumque actum scilicet interiorum et exteriorum personarum ex actu suo coniunctarum. Ad argumentum in principio dico quod non est inhonesta deo volente et approbante maxime cum fiat pro fine honesto.

Secunda questio vicesime septime

distinctionis ubi queritur utrum consensus expressus verbis sit causa effectiua matrimonii. Videtur quod non. nam tunc nullus posset esse certus de matrimonio. sicut nec de consensu alterius. non enim videt voluntatem alterius et sic non potest habere rationem infallibilem. Ad oppositum est magister. Solutio quod non est causa sufficiens sed est dispositio preuia sicut baptisari vel ordinari ad characterem. Ad argumentum in principio dico quod talis certitudo potest esse qualis requiritur in actibus humanis emptionis vel venditionis. non enim requiritur certitudo demonstratiua quare et cetera.

Arca distinctionem vicesimam octauam

queritur utrum solus consensus expressus verbis de presenti causet matrimonium. Videtur quod non. nam omne vinculum vel copula carnalis post consensum expressum verbis de futuro licite sequitur. nec tales dicuntur fornicari. ergo non solus assensus de presenti. Ad oppositum est magister in littera. Dicit quod consensus de futuro non causat. sed questio precedens. et hec distinctio in venienti distinctione determinabuntur ideo cas

sub breui relinquamus. Ad argumentum in principio dico quod illa copula facit illum actum indissolubilem qui tamen prius per illa verba non erat indissolubilis.

Arca distinctionem vicesimam nonam

nam queritur utrum consensus coactus sufficiat ad contrahendum verum matrimonium. Videtur quod sic. quia baptisatus metu penarum sufficienter consentit ut vere recipiat baptismum. unde cogendus est ad obseruationem fidei iam suscepte extra de baptismo et eius effectu. maiores etc. g. a simili in proposito. Ad oppositum extra de sponsalibus. Dic ponitur opinio prima Godofredi de fontibus quodlibeto. 13. q. 15. quod licet homo possit cogi ad verba proferenda non tamen potest cogi ad consensum et ideo si consensuat ecclesia presumit consensum fuisse liberum et ita obligare. improbatur opinio quoad utrumque dictum. Sed in hac questione premitte sunt aliquae distinctiones. deinde respondendum. Distinctiones sunt quatuor. nam consensus alius tacitus. alius expressus ut nota. extra qui. clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt. c. vlti. Item consensus expressus alius de presenti ut accipio te in meam. alius de futuro ut accipias te in meam ut nota. extra de spon. in. c. pe. Item consensus alius absolutus alius conditionatus. et hoc diuersimode scilicet diuersas condiciones operatas ut habetur in predicta R. u. Item consensus alius liber. alius coactus ut nota. extra de his que vi. metu sue cau. fiunt. c. 1. et habetur. 3. etc. de voluntario et inuoluntario. et supra hoc sunt videnda duo. primo de consensu tacito. secundo de consensu coacto. Quantum ad primum articulum dico aliquas conclusiones. Prima quod consensus tacitus non facit matrimonium patet nam matrimonium est sacramentum. sed sacramentum est signum ergo causa matrimonii debet esse signum. Sed in consensu tacito nullum est signum ut habetur ab Aristotele. 10. etc. sic inquit ente. quia voluntates hominum absconse sunt oportet quod per operationes exprimantur. Secunda conclusio quod consensus de futuro etiam verbis expressis non causat matrimonium patet. in matrimonio debet esse consensus plenus. sed in futuro non est plenus. nam quod non est non est plenum. sed futurum est quod nondum est. g. etc. Tertia conclusio quod consensus de presenti verbis expressis causat matrimonium patet per contrarium ad secundam conclusionem ratione sic. ille consensus causat contractum matrimonii quo coniuges tradunt sibi potestatem corporum suorum. sed iste est consensus expressus verbis de presenti. g. etc. Quarta conclusio

an consensus conditionatus sit causa matrimonii dicitur q̄ consensu conditionalis vel sit per verba de futuro, vel per verba de presenti. Si per verba de futuro idem est iudicium sicut de matrimonio per verba de futuro. Notandum tamen q̄ conditio de futuro aut apponitur per modum pene aut vt determinatio contractus. Si per modum pene nullius est vigoris pro eo q̄ matrimonia debent esse libera vt si quis dicat promitto tibi cōtrahere sub pena centum scutorum. Si autē apponitur vt determinatio contractus distinguendum est. q̄z hec conditio est honesta vel inhonesta. si ē honesta stante conditione stant sponsalia nō stante non sunt spōsalia. Exemplum vt si quis dicat contraham tecum si placuerit patri meo. vel si volueris conuerti ad fidem. Si autē conditio ē inhonesta hoc dupliciter. q̄z aut est contra substantiaz matrimonii aut non. si contra substantiam matrimonii nulla est obligatio vt si dicat contraham tecum. si procuraueris venena sterilitatis. Si autē est inhonesta et non contra substantiam matrimonii vt si dicatur contraham tecum si furatus fueris. vel si deum offenderis talis conditio pro non adiecta habenda est. id est q̄ ista conditio nō impedit matrimonium. Si consensus fiat per verba de presenti. aut conditio est preterita aut presens aut futura. Si conditio est preterita vt accipio te in meam. si mortuus est pater meus. vel de presenti accipio te in meam. si tu es virgo stante conditione stat matrimonium. Si autem conditio est de futuro aut est futurum necessarium aut cōtingens. si necessarium vt accipiam te si cras sol orietur est matrimonium. si futurum est contingens dico q̄ non est matrimonium nisi copula carnalis subsequatur. Quantum ad secundum articulum sc̄z quantum ad consensum coactum videbuntur duo. primo qualiter potest esse consensus coactus secundo si ille sufficiat ad contrahendum matrimonium. De primo dico tres propositiones. Prima q̄ voluntas non potest simpliciter cogi ad actum volendi hoc habes de proiciēte mercimonia in mari. 3^o. ethicorum nam vltimate ille actus est voluntarius. idem habes in prima di. primi sententiarum in illa q̄dne. vtrum apprehenso vltimo fine per intellectum et. Secunda propositio q̄ habens voluntatem potest cogi ad aliquam passionem vt potest ligari vel ad dandum cum manu sua alteri de quo habetur. 5. ethicorum. q̄ ille qui mota sua manu ab alio dat alteri facit iniustum. sed non iniusticiaz. Tertia propositio q̄ habens voluntatem potest cogi ad aliquam actionem humanam non simpliciter sed 3^o quid vt dictum est de proiciēte mercimonia in mari. De secundo si ille consensus coactus sufficiat ad contrahendum matrimonium dico q̄ nō vt habetur exp̄sse extra

de spon. c. cū locū. 2. c. se. consultationi. nam nemo cogendus ē ad matrimonium et coact^o separatur. 31. q. 2. si verx. 2. c. se. 32. q. 2. c. vlti. Ad argumētū in principio dicit q̄ nō ē simile. naz in baptismo nō requirit^r usus rōnis. sed in matrimonio sic ideo similitudo nō valet

Intra distinctionem tricesimam que dicitur vtrum ad contrahendum matrimonium requiratur consensus sequens apprehensione non erronea. Videt^r q̄ nō. naz sacerdos credens baptizare vnā personam si baptisaret aliam esset baptisatus. 6^o error ibi nō impedit. pari rōne nec hic impedit. Ad oppo^o est magister in lra. In ista q̄dne sunt duo faciēda. primo ponētur distinctiones. 2^o conclusiones et dubitationes. Quantum ad primum articulum est distinctio illa q̄ in matrimonio est quadruplex error sc̄z error persone. error fortune. error conditionis. error contractus vel consensus matrimonialis vt puta quando alter coniugatorum contrahit animo simplici alter vero contrahit dolose vtens verbis et signis sine animo contrahendi. Quantum ad secundum articulum ponunt^r quatuor conclusiones. Prima q̄ error persone impedit matrimonium nisi si superveniat consensus. ista patet q̄z in matrimonio debet esse consensus. Sed si ego puto contrahere matrimonium cū Maria et illi do consensus. si ego mihi datur alia illi nō p̄beo consensus. igit^r cū illa nō cōtraho hoc habes. 29. q. 1. §. 1. Secūda conclusio q̄ error fortune nō impedit. naz si puto q̄ habet mille et nō ē sic. illud nō impedit. nam illa sunt accidentalia in matrimonio. et essentialia nō debz variari per accidentale. De errore fortune habes. 29. q. 1. §. 1. Tertia conclusio q̄ error conditionis impedit matrimonium vt q̄n putatur esse liber et seru^o 29. q. 1. §. 1. Sed ibi ē notandū 3^o aliquos doctores q̄ error conditionis potest esse triplex in personis. q̄z aut ē parit^r conditionis vt cū seru^o contrahit cū ancilla. aut melioris conditionis vt q̄n seru^o contrahit cū libera. aut deterioris conditionis vt cū liber contrahit cū ancilla. Dicūt q̄ in duob^o casib^o primis error nō impedit. in tertio nō sic. Quarta conclusio q̄ error consensus impedit vt q̄n alter coniugū contrahit iusto simplici alter dolose vtens nō sine aīo. et de hoc concludit^r q̄ in facie ecclesie. i. in foro iudiciali ē matrimonium. sed in facie dei. i. in foro penitentiali. iste error impedit matrimonium. patet nam in matrimonio requiruntur consensus vt principale et substantiale. et verba vt minus principale. et sic deficiente primo vt principale deficiet sc̄dm vt minus principale. In hac quarta conclusione ponit^r opinio Ricardi in. 4^o di. 29. q. 3. arti. 1. S3 si aliquis dicat in matrimonio ipse vocet^r Jo. et dicat Petr^o te desponsat ille ē ligat^o. dicit q̄

licet Canoniste dicant in hoc passu q non est ligatus ratione mutationis nominis quoad iudicium penitentiale per. c. tua nos. extra de spon. tamen apud theologos videtur mihi dubium et apud deum. nam si diceret. ego accipio te in vxores et non nominaret se Petrum vel Iohannem nunquid illa esset sua vxor certe sic. Nam consensus facit vxorem. et ille est a priori. nola vero sunt a posteriori. et prius non variatur per posterius. Et sic in his casibus lz quo ad mundum cogantur qz canon predictus sic determinauit in foro iudiciali. tamen quoad deuz etiaz credo q cruciabantur maxime si aliqua virgo perdidit virginittatem suam. Et sic concludo q licet non sit eius maritus in foro ecclesie est tamen eius marit⁹ in foro iudiciali. qz semper iudex ecclesiasticus iudicabit pro matrimonio. verum q confessor non debet eum absolueri nisi primo det matrimonium virgini tale quale virginibus illius conditionis solet dari. Ad argumentum in principio dico q non est simile. nam in baptismo nō est contractus mutus sicut in matrimonio. nec est error dum tamen intendat dare sacramentum illi persone que presens est. non sic in matrimonio.

Secunda questio tricesime distincti

onis vbi queritur vtrum inter virginem Mariam et Ioseph fuit verum matrimonium. Videtur q non. 17. q. 1. vuentibus non solum nubere sed velle nubere ad damnabile ē. Ad opposituz est magister in lra. et accipitur Mathei primo cum esset desponsata. In ista qōne sunt duo articuli. In primo articulo ostendit q inter virginem et Ioseph fuit verum matrimonium. hoc patet per auctoritates quas magister adducit in littera. Circa qd etiam notandum est q in matrimonio est duo considerare scz essentiam et significatum. Essentia habetur ex solo mutuo consensu. Significatum vero per copulam carnalem qd probatur per. c. debitum. de biga. vbi dicitur q per matrimonium carnali copula non consumata designatur caritas que est inter deum et iustam animam iuxta illud apli. Qui adheret deo vnus spirit⁹ ē cum eo. Carnalis vero copula addit ad matrimoniu respectu significati. nam per ipsam significatur vnio xpi cum ecclesia iuxta dictum Jo. p⁹. Et verbum caro factum est. Ex quo concludo q copula non est de essentia licet sit de significato. In secundo articulo ostendit quomodo cum voto virginittatis potest stare matrimonium. et est prima opinio Ricardi in presenti di. q. 1. articulo. 2. et Henrici quodlibeto. 9. q. 2. et xi. dicunt q vouerat sola conditione virginittatem sic. si deo placuerit vplaceret q seruaret virginittatem. sed doctor improbat. Sed est opinio Scoti q simpliciter

vouit virginittatem et non cum conditione. et concessit ibi traditionem potestatis corporis in matrimonio Ioseph. non tñ in vsu. nam certificata fuit per angelum q nunq virginittas eius peteretur. nam habemus Mathei p⁹. q angelus instruxit Ioseph dicēs. noli timere accipe Mariam in coniugem tuam. multo fortius tenendum est q ipsa a deo vel ab angelo fuit instructa dicendo. noli timere accipe Ioseph virum iustum in coniugem tuuz. qz spirit⁹ sanctus dabit tibi eum in custodem et testem virginittatis tue qui tecū pari voto contineat. Sed decuit matrem xpi vouere virginittatez dico q sic. nam decuit xpm qui est speculum sine macula habere habitaculum seu matrem incorruptam re et voluntate. Sz perfecta incorruptio voluntatis est in voto castitatis. g⁹ decuit matrem xpi vouere et seruare virginittatem. Sed decuit esse virginem et alicui desponsari. de virginittate dico q sic. qz sicut primus Adam fuit de terra virginea. sic secundus Adam. i. xpus debuit esse ex virgine. hoc habent concedere hebrei qui tenent duas lras vocatas Mem. et vltima est clausa que figurat virginez clausas. Item quia semper ponitur in fine dictionis illud Mem. sicut. s. nostrum rotundū. sed in vno loco inuenitur et dicitur sic in hebraico. ha. ba. le. mab. idest virgo. et inuenitur in Isaia. et ē figura q inter leges nature et legem gracie in medio idest in lege scripture debeat poni Mem. clausuz idest virgo Maria. Item ecclesia est virgo et spōsa ergo debuit figurari. non habuit a quo meli⁹ figuraretur q a matre xpi. Qz esset sponsa dicit Aug. q fuit necessitas vt desponsata esset virgo nisi propterea quatenus hoc sacramentuz diabolo celeraretur. Ex quo habetur q virgo contraxit verum matrimonium et concessit potestatem corporis licet non vsu. et sic q vsus nō est de essentia matrimonii. sed ideo ponitur qz est quedaz ratificatio cōiugii. sed sine illa est matrimonium vt patet ex predictis. Ad argumentuz in principio dico q debet intelligi de volentibus nubere secunduz communem legem quibus non constat certitudinaliter q nunq vsus sequens ad talem actum petetur.

Intra distinctionem tricesimampri

ma queritur vtrum sint tria bona matrimonii que magister ponit in littera scilz fides. proles. et sacramentum. Videtur q non. nam inter adulterum et adulteram potest esse matrimonium vbi non est bonum fidei. Ad oppositum est magister in littera. Ad istam questionem dicitur q tria precedētia sunt bona matrimonii. nam ad hoc q matrimonium habeat esse cōpletum tria sunt necessaria scz institutio. vsus et fructus. ratione

institutionis est bonum sacramenti. ratione vsus est bonum fidei ratione fructus est bonum proles. Secundum doctorem in matrimonio sunt tria. vnum tanq̄ bonum intrinsecuz cui correspondet bonum sacramenti. Aliud tanq̄ finis proximus cui correspondet bonum fidei. Aliud tanq̄ finis vltimus cui correspondet bonus proles. Qz triplex sit bonum matrimonii vel q̄ ista tria nominata sint bona in matrimonio habes in decreto. 27. q. 2. omne. 32. q. 2. sicut. in fine. Ista tria bona fuerunt in parentibus xpi. Proles enim fuit ipse xpus. fides qz nullum adulterium. sacramentuz qz nullam diuortuz. 27. q. 2. omne. Nota quomō ista tria in omni matrimonio sunt. 7 ab his matrimonium habet indissolubilitatē Item nota correlariuz q̄ contrahens sub opposita conditione alii quorum istorum trium nihil facit. sed peccat 7 obligatur ad reddenduz ab omni vsu mutuo 7 iure istius contract⁹. Ad arg⁹ n̄ prin⁹ dico q̄ bonū fidei ē semp̄ obligatōe licz si in executione

Intra distinctionē tricesimam secundam

queritur vtrum in matrimonio sit necessarium simpliciter reddere debitum petenti. Videtur q̄ non. nam tēpore sacro non tenetur quis reddere debitum. nam tunc esset inordinatus ad comedendum carnes agni pascalis. sed nullus efficitur inordinatus ad eucaristiam propter actum ad quē necessario obligatur g⁹ 2c. Ad oppositum prima ad Corinth. ad tempus vir vxori debitum reddat. In ista questione sunt tria vidēda. primo si simpliciter reddere debitum est necessariuz petenti. secundo si ē necessariuz p̄ oī loco 7 tēpore. tertio si act⁹ coniugalis est semp̄ sine peccato. Quātuz ad primū arti. dico q̄ aliquis potest iuste nō reddere debitum petenti. 7 hoc tripliciter. Primo si alter coniugū amittit ius petēdi patet. naz in fornicatione coniugis tūc ignoscens nō tenetur reddere debitum lapsō vel ignoscenti. quia lapsus in fornicatione amisit ius petēdi. Scōdo si alter nō habet ius reddendi pro tunc vt si intrarent religionem ambo vel alter. Tertio si alter obligatur ad non reddendum vinculo fortiori vt si infirmatur 7 propter illum actum veniret in peius non tenetur. v̄ tempore mēstru mulieris. Quātuz ad 2⁹ arti. scz de loco 7 tēpore dico q̄ nō debet peti in tēpore solēnitatis. sed si petitur debet reddi. sed petens ē in culpa. Itē nō debet reddi tēpore cōicatiōis 33. q. 4. c. 1. nec tēpore natiuitatis xpi. nec in aliis festiuis diebus 33. q. 4. quotienscunqz. Item in tempore ieiuniorū. 33. q. 4. si cā. 7 duobus. c. se. Item nec tempore mēstruorum ibidez. De loco dico q̄ in omni loco est reddendum. si locus non sit sacer. Sed si in

loco sacro debuissent manere per multum tempus posset in illo loco peti. Quātuz ad tertium articulum si actus cōiugalis sit semper sine peccato. dico q̄ aliquando est meritorius vt dum fit causa proles procreande ad cultum diuinuz vt patres antiqui faciebant. nam prima causa matrimonii debet esse intentio proles. 32. q. 2. pudor. Aliquando fit gracia reddendi debitum vxori prima ad Corinth. 7. vir vxori debitum reddat. Aliquando ē iust⁹ vitando fornicationem. ideo ap̄lus prima ad Corinth. vnusquisqz suam propriam vxorem habeat propter fornicationem vitandam. 32. q. 2. sicut. §. se. 7. c. quicquid. Item propter intentiones proles coitus excusatur propter bonum matrimonii. 32. q. 2. solet queri. verum q̄ aliquando actus matrimonii est illicitus vt tuz quis facit cum vxore sua causa libidinis. Ad argumentuz in principio dicitur q̄ non est intelligendum q̄ absolute habeat se abstinere tempore sacro. sed dicit q̄ vacent orationi vt cum maiori reuerentia agnum suscipere possint.

Intra distinctiones tricesimam tertiam

queritur Vtrum aliquando in lege Mosaiica vel in lege nature fuit licita bigamia. Videtur q̄ non. qz bigamia est contra legem vt habetur ex illo dicto Gen. 2⁹. Erunt duo in carne vna. Ad oppositum. 2. Regū. 5. In ista qōne dicit q̄ sic. naz Gen. 16. habet q̄ Abrahā habuit Sarram 7 Agar. et sic aliquo tēpore fuit licita bigamia. etiam de Jacob Gen. 29. q̄ habuit quatuor vxores. Similiter de David. 2⁹. Regū. 5⁹. qui habuit quinque. Et sic cuz isti essent sancti patres videtur q̄ bigamia fuerit aliquando licita. Sed ē dubium qz in matrimonio ē iusticia cōmutatiua. iusticia cōmutatiua requirit equalitatem. §. ethico rum. Sed in bigamia non est equalitas scz q̄ vnus habeat plures 7 plures non nisi vnum. ergo 2c. Item quod est contra naturam non est licitum. sed bigamia est huiusmodi g⁹ 2c. Et ideo hic erūt duo videnda. primo quomodo in bigamia est iusticia cōmutatiua 7 non equalitas. secundo quomodo bigamia non est simpliciter contra legem nature. Quantum ad primum articulum de claratur dupliciter. primo ex parte instituentis contractum. secundo ex parte contractus. primo iusticia cōmutatiua requirit equalitatem cōmutatorū scz propter prolem procreandam 7 fornicationē vitandam. sed propter primum corpus v̄ri est maioris valoris q̄ mulieris corpus. quia pro eodem tempore vir potest plures fecundare. et vna non a pluribus sed ab vno. 7 sic potest esse optima equalitas q̄ vnus sit plures propter alium finem scz propter

fornicationem vitandam. in hoc sunt equalis valoris. Et sic dico
 q̄ licet esset licitus q̄ vna vni sociaretur tamen ad multiplicandū
 ⁊ generandum dei cultores fuit dispensatum. Propter secundum
 principalis causa fuit procreatio prolis q̄ euitatio fornicationis.
 Et sic cuz in illa principali vir superet superabit in alia nō per se.
 sed ex consequenti scz q̄ superbabundantia primi suppleat in se-
 cundo. Quantum ad secundum articulus est sciendus q̄ ali-
 quid dicitur d̄ lege nature dupliciter. vno mō primario qd̄ est sic
 sicut principium practicum simpliciter notum lumine rationū na-
 turaliuz. vel sicut p̄ditio demonstrata ex illis principiis. Alio mō
 est p̄sonum dictamini rōnis nature pro loco ⁊ tēpore. Cōtra pri-
 mō nō cadit dispensatio imo oppositū eius semp̄ ē pctm̄. sed p̄tra 2^o
 bene cadit dispensatio in casu. ⁊ isto mō Monogamia. i. cuz vna
 vxore ē de lege nature. Bigamia nō p̄tra legem nature. Vt dicit
 doctor q̄ bigamia ē de lege nature secundario. sicut Monogamia
 primario. Ad arg^o in principio patet per secunduz articulus.

Secunda questio tricesimetertie di-

stinctionis vbi queritur vtrum bigamus ante baptismuz
 post baptismum possit ad sacros ordines promoueri. Vi-
 detur q̄ sic secundum Hieronimum. ⁊ est di. 26. c. primo. Ad
 oppositum di. 26. ⁊ cotatur Augustin^o super epistolā ad Titum.
 Ad istam qd̄nē patet per oēs q̄ h̄mōi bigamus non pōt ad sa-
 cros ordines promoueri vt ponitur in canone di. 26. c. acutus et
 si vna. In ista qd̄ne ponitur duo articuli. in p^o ostēdit quid tenē-
 duz ē. in 2^o ostēdit quare artatur a sacris ordinibus. Quan-
 tum ad primū articulus dicit q̄ oīs bigam^o siue ante baptismuz
 siue post ē irregularis. ⁊ ponit hic op̄io Baudēsis qd̄libeto. 6. q.
 20. dicētis q̄ irregularitas non pōt p̄trahi ante baptismuz. s3 hec
 op̄io imp̄batur. Quātuz ad 2^o articulus per quā causaz biga-
 mus artatur a sacris ordinibus post baptismuz. ponit duas rōes
 Prima ē ratio p̄gnitatis que dicitur esse defectus sacramēti. Sec-
 unda ē rō necessitatis. circa quā ponit opinionē q̄ baptism^o nō
 delet nisi peccatū v̄l sequelas peccati p̄p̄ri. sed bigamia nec ē pec-
 catū nec sequela. Et ē op̄io Bartholomei brixien. in decre. di. 26.
 super. c. deniq3. Et apponitur ⁊ subiungitur op̄io Basiani glosa-
 toris decreti. ⁊ nota. di. 50. c. si quis viduam. super illo verbo post
 baptismuz. imp̄bat ambas opiniones. Secūda op̄io q̄ bigamia
 inducit infamiaz seu irregularitatē ex natura actus. ⁊ ideo nō pōt
 tolli per ecclesiam. nec tollitur per baptismuz. Et est opinio Nicol-
 lai furiosi vt videtur notari in decre. di. 50. c. quicūq3. improbat.

Opinio doctoris q̄ bigamia mere est ex instituto ecclesie etiam ir-
 regularitas. tam per homicidium contracta q̄ per bigamiam. S3
 virginitas est virtus dicitur q̄ cōtinentia virginalis tria dicit. pri-
 mum est abstinentia ab omni coitu illicito. secunduz est abstinen-
 tia ab omni coitu licito. tertium est integritas mentis et carnis.
 Quantum ad primum virginitas dicit virtutis habitum. Quan-
 tum ad secundum dicit virginitatis statum. Quantum ad tertiu3
 dicit decorem ⁊ ornatum. Sed continentia virginalis ē melior v̄l
 perfectior continentia coniugali. dico q̄ sicut dictum est q̄ in vir-
 ginitate intelligimus scz habitum ⁊ statum ⁊ integritatis decorem
 siue ornatum. Si autē loquamur quantum ad habitum sic se ba-
 bent sicut excedentia ⁊ excessa qz aliquando ex maiori virtute p̄ti-
 net coniugata q̄ e contra. Si autem loquamur quantum ad deco-
 rem sic semper virginitas preferitur. nam in continentia coniugali
 est corruptio. Si autem loquamur quoad statum dico q̄ in tēpo-
 re legis nature coniugate prefererantur ⁊ steriles maledicebantur
 ratione multiplicationis mundi. sed pro tempore legis gracie est
 e contra. qz iam natura ē multiplicata ⁊ sic melius est cohercere vi-
 cia. Sed qd̄ est premium virginitatis dicitur q̄ aureola. ⁊ pōt ha-
 beri per illud qd̄ figuratum erat Exodi. 25. vbi p̄ceptum ē fieri
 vnam magnam coronam ⁊ vnam parvam. Et s3^o hoc ponitur a
 doctoribus duplex premium scz essenziale vel substantiale qd̄ est
 aurea ad similitudinem magne corone. ⁊ accidentale qd̄ dicit au-
 reola ad similitudinē parue corone. prima p̄petit menti. secunda
 menti ⁊ carni. sed mō nescio quo pacto Tholose nupte ducāt au-
 reolas ⁊ non nupte. cum iam viderim status nature valde corrup-
 tum. Aureola signatur illis actibus qui respiciunt aliquid intrin-
 secuz. ⁊ hoc tripliciter v̄l ratione doctrine ⁊ informationis ⁊ sic da-
 tur doctoribus. vel ratione martiri ⁊ passionis. ⁊ sic datur marti-
 ribus. vel ratione decoris ⁊ incorruptionis. ⁊ sic datur virginibus
 Ad arg^o in prin^o exponit illa auctoritas q̄ crimina nō obs̄t
 q̄tum ad gr̄am recipiēdas obs̄t tñ q̄tuz ad graduz dignitatis.

Teria questio tricesimetertie distinc-
 tionis vbi queritur vtrum in lege Moysaica licitus fuerit
 viro repudiare vxorem. Videtur q̄ sic deuter. 24. si ac-
 ceperit homo vxorē ⁊ non inuenerit gr̄acias ante oculos eius prop-
 ter aliqua3 feditatem scribat ei libellum repudii ⁊ dabit in manu
 eius ⁊ dimittet eam in domo sua. Ad opposituz est lex nature
 ⁊ Beñ. 20. quos deus diiunxit nemo separet. Opinio prima Ri-
 cardo in presenti distinctione. q. 1. arti. 3. q̄ repudiare vxorem fuit

licitum in lege Moysaica tanq̄ in se malum. fuit autē permissus a Moyse non a deo. Opinio secunda eiusdem Ricardi ubi supra q̄ repudium uxoris fuit licitum in lege Moysaica. et quomō saluatur ibi iusticia commutativa. Sed de intentione doctoris est q̄ repudium fuit licitum non simpliciter. sed pro tempore. et sic deus dispensavit cum illa gente illo tempore in repudio ad vitandum malum homicidii. Ad argumentum in principio dico q̄ fuit licitum repudium ad tollendum maiora mala.

Arca distinctionē tricesimam quar-

tam queritur utrum impotentia ad actum carnalem impediatur matrimonium. Videtur q̄ non. nam videretur q̄ senex esset ineptus ad contrahendum matrimonium. cuius oppositum tenet ecclesia que patitur talia coniugia. Ad oppositum. 33. q. 1. Item de frigidis et maleficiatis. c. vlti. In ista questione faciemus duo. primo premittemus aliquas distinctiones. secundo ponemus aliquas conclusiones. Quantum ad primum articulum sit hec prima distinctio q̄ impotentia coeundi alia est naturalis alia accidentalis. Item. 2. alia precedens matrimonium. alia sequens matrimonium assumatum. Item. 3. alia perpetua alia ad tempus.

Quantum ad 2. articulum dico tres conclusiones. Prima q̄ omnis impotentia simpliciter et perpetua cui se subueniri non potest per naturam vel artem. Si precedat matrimonium simpliciter impedit contrahendum et dirimit contractum patet. quia ex tali impotentia non potest haberi finis matrimonii nam in veteri lege uxore sterili permanente licite ex ancillis liberos procreabant. 32. q. 4. §. 1. et tribus. c. se. Secunda conclusio q̄ impotentia sequens matrimonium assumatum quātūcūq̄ sit perpetua non impedit matrimonium patet. quia iam potestas est tradita. et ille illa cui fuit tradita intrauit possessionem. igitur non potest reuocari propter impedimentum aliquod superveniens. Sed quid si impedimentum occurat post matrimonium ratum sed non assumatum. Si impediatur dico q̄ sic ut habetur 23. q. 2. c. 1. Tertia conclusio q̄ impotentia ad illum actum cui subueniri non potest per naturam vel per artem siue sit frigiditas siue maleficium siue artatio non impedit matrimonium. et isti tales debent per triennium habitare. et si postea iurauerint de impotentia separentur. sed in hoc multi ecclesiam decipiunt. sed si veritas inveniatur revertantur.

Ad argumentum in principio dico q̄ si senex est omnino impotens dicerem q̄ non contrahat matrimonium. Sed multi et mulse querunt magis divicias q̄ personam.

Arca distinctionē tricesimam quintam queritur utrum adulterium cum alia viro suo vivente

te impediatur matrimonium. Videtur q̄ non. 2. Regum secundo. David adulteratus est cum Bersabe. et sequitur post q̄ interfecto vira contraxit cum ea matrimonium. Ad oppositum. 31. q. 1. illud vero. 2. c. relatum. Ad evidentiā istius questionis dico q̄ tria sunt crimina que unita vel separata videtur facere difficultatem ut habetur ex diversis capitulis extra de eo qui duxit in matrimonium quaz polluit per adulterium. Sunt autem hec tria scilicet adulterium. machinatio in mortem legitimi coniugis. fidei datio vel contractus cum adultera. Dis premissis dico quatuor. Primum q̄ fidei datio non impedit matrimonium post mortem viri. et hoc habetur in rubrica predicta. c. vltimo. ubi dicitur q̄ illud non dirimit vel impedit. si aliud non sequatur. Secundum dico q̄ fidei datio interveniente adulterio impedit contrahendum et dirimit contractum. hoc habetur in eodem. c. et sequitur tollerari non debet. Istud autem est intelligendum cum ambo sint conscius q̄ iste actus est adulterium. quia si vir tantum esset conscius et mulier inscia utputa quia nesciuit eum habere uxorem tunc ad petitionem viri non esset divorcium celebrandum ut habetur in eadem rubrica. c. primo. Tertium dico q̄ ubi adulter vel adultera machinantur in mortem legitimi coniugis ibi illa machinatio impedit matrimonium et dirimit contractum ut patet in. c. preallegato. et extra de conuer. infidelium. c. laudabilem. Quartum dico q̄ ubi adulter et adultera non dederunt sibi fidem de matrimonio contrahendo. nec alter eorum in mortem legitimi viri est machinatus matrimonium inter eos potest legitime contrahi ut habetur extra in supradicta rubrica. c. significasti. Sed dico q̄ hoc est dubium et quilibet sic dicet ut matrimonium possint contrahere. nec officialis vel similis debet dare istis licentiam. Nam papa Paulus in tali casu quendam absoluit. Sed in scriptis absolutionem minime dare voluit. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt in littera.

Arca distinctionē tricesimam sextam

queritur utrum servitus impediatur matrimonium. Videtur q̄ sic. Nullus potest dare alienum. sed corpus servi est domini ipsius tertio politicorum. ergo et. Ad oppositum extra de coniugio servorum. c. primo. In ista questione sunt tria videnda. primo unde est introducta servitus. secundo si iuste est introducta. tertio principale quesitum. Quantum ad primum articulum dico q̄ servitus est introducta de lege positiva cum non sit a natura pro eo q̄ naturaliter omnes sumus pares ideo sequitur

¶ sit a lege positua. Quantum ad secundum articulum si est iuste ordinata dico q̄ non nisi dupliciter. vno mō q̄ aliquis voluntarie se subiciat seruituti. sed talis faciens faceret contra leges nature. tamen postq̄ esset factum esset necesse illud seruare. Alio q̄ si accipiat in bello iusto taliter q̄ capti debuissent mori. si capiēs dicat. saluabo vitam si eritis serui. in tali casu seruitus esset iusta licet inter xp̄ianos esset contra legem nature. sed esset iusta de lege positua. Quantum ad tertium articulus aliqui dicunt q̄ seruus potest contrahere matrimoniu3 inuito domino. hoc patz sic Matrimoniu3 est de lege nature. sed seruitus non smo est contra legem nature. Sed qđ est de lege nature non tollitur per leges posituam. ideo dicunt ad qđnem q̄ seruus potest contrahere matrimoniu3 cum voluntate domini. potest etiam dño inuito. nā habet libertatem ⁊ aliquod ius in corpore suo. non enim priuauit se quacunq3 libertate ad quoscūq3 actus. Et hec est opinio Scoti In secundo articulo est opinio Thome in presenti di. q. 2. qui dicit q̄ seruus potest contrahere matrimoniu3 inuito dño. Scotus vero concordat cum eo in conclusione. sed non in probatione.

Ad argumētum in principio dicitur q̄ verus ē q̄ corpus eius ē dñi sui q̄tum ad opa seruilia. sed nō q̄tum ad actum carnalem.

Secunda questio tricesimesexte di

stinctionis vbi queritur vtrum etas puerilis possit matrimoniu3 impedire. Videtur q̄ non. qz aliquis potest accipere potestatem anteq̄ vsus. ergo in contractu matrimonii vbi est datio vsus ⁊ acceptatio potestatis potest aliquis anteq̄ possit in vsu ⁊ ita pueri. Ad oppositum de frigidis ⁊ maleficiatis. Est conclusio q̄ pueri possunt sponsalia contrahere. sed non matrimoniu3. Si querat tempus puericie. dico q̄ regulariter in pueris sunt quatuordecim anni. in mulieribus duodecim. nisi malicia suppleat etatem. Ad arg^o in prin^o pcedo q̄ aliquis pōt suscipere potestatem anteq̄ possit vti. s3 nō pōt dare potestatem anteq̄ habeat. et in isto contractu est datio potestatis.

Intra distinctionē tricesimam septi

mam queritur vtrum ordo sacramēti impediat matrimoniu3. Videtur q̄ non. nāz dicitur prima ad Thessalonicenses. 3^o vnus vxoris virum. ⁊ dicitur de episcopo. Ad oppositum di. 32. placuit episcopos presbiteros dyacones subdiacones secunduz p̄iora instituta ⁊ abstinere ab vxoribus. i. nō contrahere ut dicit glo. In illa qđne conclusio est certa q̄ ordo sacer impedit matrimoniu3 contrahendum et dirimit postea contractum

ut patet per multas auctoritates quas magister adducit infra. et multe ex eis habentur in canone di. 32. hoc etiam habetur extra d̄ cleri. iungatis. Sed difficultas est in assignando causam qualiter facer ordo impediat matrimoniu3. Aliqui dicunt q̄ hoc est propter votum castitatis annexum. Et hec est opinio Bonenventure et Ricardi et beati Thome dis. eadem. q. 1. arti. 1. Est ergo opinio doctoris in hac materia q̄ non est propter votum continentie. sed ex hoc q̄ ecclesia facit talem personam simpliciter illegittimaz ad matrimoniu3 contrahendum. hoc autem rationale fuit institui per ecclesiam. qz iste qui deputatur in ministerio sacro requirit ad minus quatuor sc3 mentis puritatem. intellectus perspicuitatem. affectus seruorem. ⁊ corporalis mundicie decorē. Sed ad hec omnia disponit continentia ⁊ ad eorum opposita inducit frequentia actus carnalis. g^o ⁊ cl. Ad arg^o in principio dico q̄ intelligit illud apli. vnus vxoris virum. i. non plurium. nec tenet de presenti sed de preterito. hoc est q̄ non habuit plures qz esset bigamus. sed si vnā ⁊ mortua est potest ad sacros promoueri.

Intra distinctionez tricesimam octa

uam queritur vtrum votum continentie impediat matrimoniu3. Videtur q̄ non ut habetur extra qui cleri. vel uonentes contrahere possunt matrimoniu3. Ad opposituz est. c. meminimus. ⁊. c. ⁊. ⁊ ponitur de quadam notabili que fecit votū continentie ⁊ seruauit per trienniu3. postea contraxit coacta fuit redire ad statum pristinum. g^o dirimit matrimoniu3 iam cōtractum. In illa qđne sunt tria videnda. primo quis potest votuz facere. secundo quot modis votum potest emitte. tertio ex his ad quesitum principale. Quantum ad primum articulum dico q̄ omnis ille qui libere potest facere quicquid vult potest vouere ⁊ qui non. nō potest vouere. ex quo habetur q̄ puer qz subest patri. vxor viro. seruus dño. religiosus prelato. ideo nullus illorum potest vouere. Quantum ad secundum articulum dico q̄ votum continentie potest esse publicum vel priuatum. Item pōt esse simplex vel solenne. Votum autem solennisatur tribus modis ut ponitur extra de voto ⁊ voti redemptione. li. 6. c. vnico. vbi sic habetur. votum solēne est cui interuenit aliqua istaz solēnitatum videlicet per susceptionem sacramenti ordinis. Item per susceptionē sacre vestis que im̄ proficientibus dari debet presentibus testib^o. Item tertio mō cum per professionem teneuerit se alicui religioni abbati vel abbatisse. primum patet. 23. di. c. diaconi. secundū patet extra de regula. ⁊ tran. ad religionem. statuuimus. tertium patet

ibides. Et ne contra hoc venire possit fiat publica scriptura. 23. q. 1. c. omnes femine. Quantum ad tertium articulum si votum continentie impediatur matrimonium est omnium consensus opinio quod votum simplex non impedit simpliciter quod licet impediatur contrahendum non tamen dirimit contractum. votum solenne simpliciter impedit contractum et contrahendum. Sed est difficultas in assignando rationem ideo sunt opiniones. in hoc prima magistri sententiarum in presenti distinctione cum sua improbatione. secunda Ricardi in presenti distinctione. q. 2. arti. 7. et multa alia ex Ricardo ponuntur ibi ex eadem distinctione. Sed intentio est doctoris quod ecclesia illegittimavit sic vouentem postquam posuit se in potestate ecclesie dum fecit votum. Ad arguendum in principio dico quod intelligitur de voto simplici.

Arca distinctionem tricesimam nono

nam queritur utrum dispar cultus impediatur matrimonium videtur quod non. Gen. 42. Joseph accepit mulierem infidelem cum tamen ipse esset fidelis. Ad oppositum Esdre. 9. et 10. ubi separatio fiebat coniugum alienorum. In ista questione sunt duo videnda. primo si infidelis possit contrahere matrimonium secundo quomodo fidelis potest contrahere cum infideli. Quantum ad primum articulum dicunt aliqui quod non quod non potest ibi esse bonum fidei. 2. quod ex parte eius non est bonum proli. 3. quod non est bonum sacramenti. 4. quod non est imitans approbationi legis diuine. 5. cum matrimonium includat indissolubilitatem quomodo hoc infidelis tenet. Sed his non obstantibus dicendum est quod inter infideles est matrimonium. nam apostolus. 1. ad Corinthios. 7. dicit. si quis frater uxorem habeat infidelem et hoc consentit habitare cum illo non dimittat illam. Sed ista non fuit uxor propter contractum qui fuit post fidem. sed ante fidem. Ad rationes. ad primam dico quod fides et fidelitas possunt seruari sine fide. secundum non valet. quod vult educare prolem quantum potest per rationes naturales tertium non valet. quod ante legem euangelicam non fuit annexum sacramentum. sed erat matrimonium. ad quartum quod sufficit sibi scire istud esse de lege nature. ad quintum dico quod matrimonium ratum esset nisi aliquando superueniret vinculum fortius cuius quo non posset istud stare cuius est obligatio noua ad deum per fidei susceptionem quando alter coniugum nollet amovari absque impedimento illius fidei ad quas magis teneretur quam ad vinculum coniugale. Quantum ad 2. articulum si fidelis possit contrahere cum infideli. hic nota opinio Ricardi in presenti di. q. 3. arti. 1. Sed hic ponuntur tres conclusiones. Prima quod inter fidelem et infidelem potest

esse matrimonium. hoc patet per illud apostoli. vir fidelis non dimittat uxorem infidelem. Secunda conclusio quod tale matrimonium potest contrahi ex iure diuino patet. quod ex isto non magis inuenitur quod contractus sit nullus quam quod obligatio ex contractu prior sit nulla. quod non posito nouo impedimento qui potest esse alterius potest se dare alteri. sed ex priori contractu poterat inter eos esse vera obligatio. ergo 2. Tertia conclusio quod de iure positio ecclesie inter fidelem et infidelem non est contrahendum matrimonium. ratio est quod ecclesia illegittimavit fidelem ad contrahendum cum infideli ut patet. 23. q. 1. Et quilibet fidelis hoc cauere debet cum baptismus sit primum sacramentum. Quod non debeat contrahere cum heretica et infideli persona habes. 28. q. 1. caue. et duobus. c. se. Ad argumentum in principio dico quod forte illud approbavit deus ut si fidelis lucraretur infidelem. sed bis temporibus esset periculum.

Arca distinctiones quadragimas

queritur utrum cognatio carnalis impediatur matrimonium. Videtur quod non. nam Layn contraxit cum sorore sua tamen in lege nature erat matrimonium strictissime seruatum.

Ad oppositum Levitici. 18. excluduntur multe persone propter consanguinitatem. In ista questione primo premittuntur aliquae descriptiones. secundo aliquae regule seu propositiones. tertio aliquae conclusiones. Quantum ad primum articulum pono quinque descriptiones. quarum prima est ista. Consanguinitas est vinculum personarum ab eadem persona. carnali propagatione descendens. Secunda est ista. persona a qua plures carnali propagatione descendunt vocatur stipex. Tertia est ista. linea consanguinitatis est ordinata collectio personarum consanguinitate iunctarum. Quarta est ista. linea diuiditur in ascendentem descendentem et transversalem. Descendens est a persona propagante ad personas propagatas. Ascendens vero e converso a propagatis ad propagantes. Transuersalis est quam ambe persone descendunt ab eodem. sed neutra ab altera. Quinta est ista. gradus est determinata propinquitas persone ad personam secundum consanguinitatem. et iste gradus inuenitur prius in linea ascendente et descendente quam in transversali. Quantum ad secundum articulum pono tres regulas. quarum prima est ista. in linea recta tot sunt gradus quot sunt persone una dempta hoc probatur. quod tot sunt ibi gradus quot sunt propagationes. secundum sunt tot propagationes quot persone excepta una oportet. non ponere unam quam non sit propagata. Secunda regula est ista. in linea transversali computantur gradus secundum magis remotum a stipite ut patet extra de consanguinitate et affinitate. c. si.

Et ratio est quod persone que sunt in linea non habent inter se propinquitatem nisi propter stupitatem. et ideo non possunt propinquari sibi. coniungi quod remotior earum coniungatur stupiti. i. si remotior est in quarto gradu minus remota in tertio. Tertia regula quod efficacior est gradus in linea descendente quam in transversali. ratio est quod plus coniungitur proles parenti quam proles proli. et ideo magis est contra legem nature in primo gradu coniungi in linea recta quam in linea transversali. Quantum ad tertium articulum dico tres conclusiones. Prima conclusio est ista. Consanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu propter dictamen legis nature. et ratio est. natura naturale est apud omnes quod filius non coniungatur matri. nec filia patri. hoc est propter generationis successionem que debet procedere et non retrocedere. et ideo proles genita non debet coniungi suo principio ut gignat. Secunda conclusio quod consanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu propter prohibitionem legis diuine. hoc patet Leuitici. 18. ubi fit prohibitio usque ad secundum gradum et hoc propter honestatem. qui enim mulierem cognoscit discooperit ignominia eius. hoc magis est in honestum facere propinque quam non propinque. Tertia conclusio quod consanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu ex lege ecclesie patet extra de consanguinitate et affinitate. in multis. c. Sed dices usque ad quem gradum consanguinitatis prohibuit ecclesia dico quod illud fuit aliquando prohibitum usque ad septimum gradum ut patet per magistrum in lra. Sed sub Innocentio. 3. restricta est usque ad quartum gradum inclusiuue ut patet extra de consanguinitate. c. non debet. Ad arguendum in principio dico quod fuit illud sic necessarium pro principio generationis ut ille contractus fieret in primo gradu. tamen in linea transversali et non recta.

Intra distinctionem quadragesimam

primam queritur utrum affinitas impediatur matrimonium. Videtur quod non. nam effectus non repugnat sue cause. sed affinitas est effectus matrimonii. ergo non repugnat matrimonio. Ad oppositum. 25. q. 3. propinquitatis. In ista questione fiet duo primo ponitur aliqua propositio. deinde dicitur ad questionem. Quantum ad primum articulum est prima propositio ista quod affinitas est vinculum quoddam persone ad personam ex copula carnali cum aliqua persona consanguinea contractum. Affinitas autem est quasi excessus ad fines ideo omnes consanguinei mariti sunt affines uxoris et e contra. Secunda propositio quod affinitas dicitur quocumque coniugum mortuo ut patet. 25. q. 6. vlt. fraternitatis. circa medium. Tertia propositio est quod ita potest diuidi affinitas sicut consanguinitas est distincta in questione precedenti quod ita descendit

per lineam rectam et transversalem. Et per tot gradus ut sit talis regula. quoto gradu aliquis distat ab alio in consanguinitate toto gradu distat in affinitate. Quarta propositio quod affinitas non solum contrahitur per matrimonium imo etiam per coitum fornicarium ut patet extra de proba. per tuas. Quantum ad secundum articulum dico quod affinitas simpliciter impedit matrimonium. et hoc non est nisi institutum ecclesie illegitimante affines et in eodem gradu impedit matrimonium. et hoc de proprie dicta affinitate ut habetur in titulo illo de consanguinitate et affinitate. c. non debet. Consimiliter de affinitate extensiuue et communiter dicta que vocatur iusticia publice honestatis extra de consanguinitate et affinitate. c. 1. Item in decreto. 27. q. 2. qui desponsatam. 25. q. 3. porro. Ad argumentum in principio dicitur quod affinitas est effectus matrimonii cuiusdam precedentis et illud non impedit sed impedit aliud inter illos inter quos per matrimonium est contracta affinitas.

Intra distinctionem quadragesimam

secundam queritur utrum spiritualis cognatio impediatur matrimonium. Videtur quod non extra de cognatione spirituali. Ad oppositum ibidem. c. veniens mandamus. In ista questione sunt tria videnda. primo ponitur questionis responsum. secundo quid sit cognatio. tertio a quo sit habitum quod cognatio impediatur. Quantum ad primum articulum dicitur quod sic id est quod impedit matrimonium ut habetur extra de cognatione spirituali. c. veniens. ubi dicitur mandamus quatenus si constiterit mulierem predicti viri filium de sacro fonte leuasse antequam eam desponsasset uxorem inter eos appellatione postposita diuortium celebretis. Quantum ad secundum articulum quid est cognatio spiritualis. dico quod est quoddam vinculum contractum ex dispensatione sacramentorum spiritualiter baptismi et confirmationis. de illa et de eius gradibus habetur extra de cognatione spirituali. li. 6. Pro quo pono istam conclusionem. quod si precedat matrimonium simpliciter impedit sicut patet. c. all. veniens. si autem sequatur matrimonium non dirimit. Quantum ad tertium articulum si queratur a quo hoc habitum est dicitur quod ab instituto ecclesie illuminantis personas. In casu illo iuxta hoc etiam notandum quod cognatio legalis impedit matrimonium de qua habetur extra de cognatione legalis. c. unico. ibi ad hoc habetur de adoptione et arrogatione quid sint et qualiter differant et cuius auctoritatis fuerint. Ibi adhuc habes recollectionem matrimonii. Ad argumentum in principio dico quod illud intelligitur si vir vel mulier per ignorantiam vel maliciam proprium filium de fonte

leuauerit q̄ nō sunt sep̄adi. nec alter debz alteri d̄bitū subtrahere
Arca distinctionē quadragesima
 tertiam queritur vtrum resurrectio hominū sit futura. Vi
 detur q̄ nō Ecclesiasti. 3.º vnus est interitus hominum z
 iumentoz. sed iumenta non resurgent ergo r̄d. Ad oppositum
 Job. 19. scio q̄ in nouissimo die de terra surrecturus suz. In ista
 q̄dne sunt duo articuli. primus si est possibile boiem resurgere. se
 cundus si de facto resurget. Quantum ad primum articulum
 est opinio Thome in. 4.º di. 44. q. 1. ad tertium articulum dicen
 tis q̄ nihil cuius substantia deperditur potest idem numero repa
 rari. ideo si sensitua in boie ē alia ab intellectiua nunq̄ p̄t idēz
 numero reparari. sed qz materia z intellectiua aīa sunt incorrupti
 bilia. z ista sunt tota substantia hominuz ideo potest idem hō nu
 mero reparari. Secūda opinio ē Egidii thereomate primo. q̄ de
 agit sine motu z attingit materiam vt quid ideo p̄t idēz numer
 ro reparare. natura nō nō. qz agit mō cōtrario. improbat ambas
 has opiniones. Tertia opio ppria q̄ tā ex pte dei agētis q̄ ex pte
 patientis ē possibile idēz numero redire. qd̄ sic psuadetur. Si nō
 esset possibilis resurrectio. vel hoc esset ex pte agētis v̄l ex pte effec
 tus. sed hoc nō. qz nihil precedēs creationē z nihil sequēs anihila
 tionez sunt eiusdēz rōnis. Sz deº p̄t aliquid de nihilo creare. gº
 p̄t aliquid dudum corruptuz z in nihilum redactuz postmoduz
 reparare. sed corruptuz reparare est resurgere gº r̄d. Quātum
 ad 2.º arti. si de facto erit resurrectio boīs generalis. dico q̄ sic cu
 ius cōclusionis veritas est manifesta ex fide. hanc entz veritatē tan
 q̄ articulum fidei exprimit. tam symbolum ap̄toz q̄ symbolum Ni
 cene in vno dicitur. carnis resurrectionē. In alio resurrectionē mor
 tuoz. Item Athanasius dicit q̄ omnes boies resurgent cum cor
 poribus suis. Job. 19. In carne mea videbo deū saluatorē meum
 et etiāz in prima epla ad Corinth. 15. vbi d̄r q̄ in icu oculi oēs re
 surgemus. z Math. 25. z in aliis locis. In solutione vltime ratio
 nis nota q̄ deus omne absolutum z omne respectiuum p̄t idem
 numero reparare. Ad argº in principio dico q̄ intelligitur q̄
 sicut iumenta naturaliter morientur sic z nos. sed non loquitur d̄
 resurrectione. Vel dicitur q̄ illud est dictum pro stultis. nam in si
 ne auctoritatis aliud apponitur.

Secunda questio quadragesimeter

de distinctione vbi queritur vtz per rationes naturalem
 possit esse notū resurrectionē generalem hominū esse futu
 ram. Videtur q̄ sic. nam per rōnes naturalē notū ē q̄ oīs species

que est de integritate vniuersi est perpetua qz totum integrum est
 perpetuum. sed homo est species perfectissima saltē in ista inferior
 ra. nam sumus nos quodāmodo finis omniuz. 2.º phicoz. gº r̄d
 Ad oppositum ē Aug. 13. de trini. c. 9. In solutione q̄dnis
 pº oñdit ex quibº habet resurrectio. et cōcludit q̄ ex ppriis boīs.
 Sz q̄ sint ppria boīs vt p̄ illa p̄bet resurrectionē p̄ rōnē naturalē
 ponit tres ppōnes p̄ prima opione. Prima ppō q̄ intellectiua ē
 forma specīfica boīs. z oñdit q̄ d̄ mēte oīm phōz fuit aīaz intel
 lectiua ē formā boīs. ideoz p̄bat p̄ rōes Thome prima pte. q.
 76. arti. 1. p̄ totā q̄dne cōtra quas instat z soluit instantias. Secū
 da ppō ad oñdenduz p̄posituz q̄ aīa ē immortalis. ad quā p̄ban
 daz ponit auctoritates z rōes Ricardi. In 2.º di. 19. q. 1. arti. 1. z
 Thome prima pte. q. 75. arti. 6. z soluit oñdens q̄ bec ppō q̄ id
 qz aīa ē immortalis hō resurget. non p̄t demōstratiue p̄bari. In
 solutōne vltime rōis siue auctoritatis adducte nota q̄ nō credēs
 aīam imortales debet se morti exponere. p̄pter bonū v̄tutis. Ter
 tia ppō ad oñdenduz p̄posituz q̄ aīa nō remanebit p̄petuo circa
 corpº. Et qz ps extra totū nō ē p̄fecta ideo requirit totum vel cor
 pus cum quo faciat totum. probat istaz per rōnē. Thome in sum
 ma contra gentiles li. 4. c. 79. z soluit rationes. In solutione pri
 me nota in quibus habet veritatē ista p̄positio q̄ ps ē imperfecta
 extra totuz. z in quibº nō. z q̄ aīa extra corpus habet esse imp̄fec
 tum. In solutione secunde rationis ad tertiaz p̄positiones babes
 quomō appetitº aīe ad p̄ficiēduz corpº ē naturalis. z quomodo
 non. Sed intentio ē doctoz q̄ nullalīstaz trium propositionum
 prius p̄bataz ē nota sufficienter naturali rōne. Est alia opio secū
 da que dicit resurrectionē esse futurā posse demōstrari a posterio
 ri. Et arguit sic. naturaliter notū est q̄ beatitudo naturaliter appe
 titur. hoc patet ex pº ethicoz de beatitudine in generali. z ex. 10.
 ethicoz de beatitudine in speciali. Sz notum est per rōnem bea
 titudinem nō posse esse nisi eterna. gº notum est per rationes na
 turalem totum boiem ordinari ad aliquaz perfectionē sempiternā
 nam. Aug. probat minorem. 13. de trini. c. 8. vbi probat eam sic.
 Si mouentem vita beata deserit. aut ergo volentem deserit aut
 nolentem aut neutrum. Si nolentem quomodo est beata vita
 que ita est in voluntate que non sit in potestate. Si autem vol
 lentem quomodo vita beata erit que finiri voluit que habebat.
 Si dicas neutruz. ergo nec ista vita beata est que talis est vt quē
 beatum facit amore cuius indigna sit. Sed nec ista ratio conclus
 dit conceditur enim q̄ verum est beatitudinē non soluz in v̄li. sed
 etiam in particulari appeti naturaliter ab boie. Sz nō est notum

ratione naturali & ipsa in particulari q̄ se3 consistit in isto in quo nos eam credimus consistere appetatur naturaliter ab hoīe. Aut enim oportet esse notum per rationem naturalem & iste actus esset nobis conueniens tanq̄ finis. Est ergo tertia opinio propria doctoris & resurrectio non potest ratione necessaria naturali probari. sed tamen fide tenetur. Nota & intentio est Scoti & Aristoteles non probauit vel non clare posuit immortalitatem anime. S3 cui dam videtur & sic. & expresse. 3^o de aīa in illo. c. paruo. vbi ponit proprietates intellectus possibilis & agentis. ibi inuenies clare de terminatum ab Aristotele aīam esse immortalem. & incipit capitulum. Quoniam aut̄ sicut in omni natura. Item habes. 2^o de aīa. separatur hoc ab hoc tanq̄ perpetuus a corruptibili. ibi ponit animam esse incorruptibilem. Ad argumentum in principio dicitur & ista species continuabitur in vniuerso vel perpetuabit̄ per continuam successionē indiuiduorum quā poneret pb̄s p̄ generationē continuam nō aut̄ continuabit̄ p̄ vitā alicui⁹ vel aliquorum in sp̄e.

Tertia questio quadragesimaltertia

distinctionis vbi queritur vtrum natura possit esse causa actiua resurrectionis. Videtur & sic. nā3 corumpitur aer in ignem. Ille secundus ignis videtur idem cum primo. si ergo natura potest ignem eundem reducere. pari ratione & hominem. Ad oppositum est Dionysius de diu. nobis. c. 6. Sunt aliquae opiniones pro primo articulo vbi ponitur An natura possit aliquid idem reparare. Et ponitur opinio Digenis vt recitat Aug. 13. de ciui. dei. c. 13. & post circuitum magni anni. i. post circuitum triginta sex milium annorum omnia redibunt eadē numero. & vbi fundabatur. Et dicit qz 3^o Tholomeum in almagestis. & celum stellatum mouetur in centum annis vno gradu contra motum diurnum. tunc sequitur & complebitur iste motus eius ab oriente in occidentem in triginta sex milibus annis. et sic si celum reuertetur in pristinum statum & eodem modo oīa. sed istam opinionem improbat beatus Aug. ibidem auctoritate apl̄i ad Ro. 6. xp̄us resurgens ex mortuis &c. Itē p̄ illud prima ad Thessolacenses. 4. semper cum domino erimus. Item si hoc esset verum non esset vera beatitudo postq̄ corpora redirent ad primas miseras. Secunda opinio est Thome li. 4. di. 43. q. 1. ad tertiam questionem. & Bonifredī de fontibus quodlibeto. 6. q. 2. & quodlibeto. 2. q. 2. vlt̄ quodlibeto. xi. Et Egidii theoremate primo & impossibile est corruptum idem numero per naturam redire. improbat. Tertia opinio propria & licet oīa non possint per naturam eadem numero redire tamen aliqua possunt. Et in solutione secunde rationis hoc ostendit

quomodo eadem natura numero potest esse in generato & corrupto. In alia solutione nota quomodo eadem potentia siue idē principium potentiale semper manet idem. Et istud sufficit ad hoc & idem numero redeat. In 3^o articulo ostendit & possibile ē nature reparare idem corpus mixtum numero. Sed dimissis his & supposita tertia opinione pro vera que ē Denrici quodlibeto. xi. q. 14. & nō est possibile idē eodē modo reducere. & quo reducetur inquit an illi corpori mixto sic reparato natura posset eandem intellectiuam reducere tenet & non supposito & prima productio hominis sit m̄ a deo. Ad arg^o in prin^o patet per ea que dicta sunt.

Quarta questio quadragesimaltertia

distinctionis vbi queritur vtrum resurrectio sit naturalis.

Videtur & sic 3^o Damascenum li. 2^o c. 14. & commune est in oībus in eadem specie naturale est. resurrectio est h̄mōdi g^o &c.

Ad oppositum ad cognitionē effectus naturalis potest perungi per rationē naturalem. sed ad resurrectionē nō potest perungi ex secunda. q. huius distinctionis g^o &c. In ista questione distinguit de naturali & supranaturali. sed qz ista iam fuerūt determinata in primo in pluribus locis ideo breuiter dico & resurrectio ē naturalis vt naturale opponitur violento. non tamen est naturalis vt naturale opponitur supranaturali. primum patet. nam passum inclinatur ad formam quā recipit. et sic corpus ad suam aīam. 2^o patet qz non recipit ab agente naturali ordinem ab ente ad agendum in illud ideo supranaturalis &c. Ad arg^o in prin^o dicitur & auctoritas Damasceni ē intelligēda de eo qd̄ est cōe oībus a principio in trinfeco vel a causa naturali. non sic hic.

Quinta questio quadragesimaltertia

distinctionis vbi queritur vtrum resurrectio fiat in instanti.

Videtur & nō. prima ad Thimoteū. 4. mortui qui in xpo sunt resurgent primi. deinde nos qui viuimus. g^o non simul erit resurrectio. Ad oppositum prima Corinth. 15. in momento in ictu oculi & in nouissima tuba &c. In ista questione doctor ponit tria. In primo articulo ostendit si collectio partium corporis humani fiet in instanti. et de ista dicit & fiet misterio angelorum & cum non possit esse in instanti ista collectio membrorum erit in tempore cum mor^o sit in tēpore. 6. pb̄icoz. & in hac collectione sit vel causetur motus. In 2^o articulo videndum ē si inductio forme corporee seu mixti fiet in instanti. et dico & sic. cuius ratio est. quia fiet immediate virtute diuina. virtus autem diuina infinita

est. sed bec operatur in instanti. 7 sic inductio forme erit in instanti nec dico q̄ nō possit esse in tempore si deus velit. In tertio articulo videndus ē si vnio anime intellectiue fiet in instanti. Et de ista dicitur q̄ sic. et ratio est quia erit a solo deo immediate cuius virtuti actiue nihil resistit. Sed hic habes duo dubia. p̄m̄us an resurrectio hominum erit simul. dicitur q̄ nō. sed illi qui viuebāt cum xp̄o vt ap̄ostoli p̄mo erient ei obuiam. deinde resurgemus nos. Secundum dubium an resurrectio erit in aliqua determinata hora diei vel noctis. 7 dicit q̄ sic scilz illa hora qua xp̄us resurrexit in comparatione ad illam resurgent mortui. v̄ illa hora qua iudicatus est a Pilato. vel ea qua spirauit in cruce. sed istarū certa non inuenitur in scriptura. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt in questione.

Intra distinctionē quadragesimaz

quartam queritur vtrum in quolibet homine resurget totum quod est de virtute humane nature in eo. Videtur q̄ non. nam Genesis. 2. Eva facta fuit ex costa Ade. si ergo Eva resurget illa costa non resurget in Adam vel Eva nō resurget q̄d ē falsum. Ad oppositum est Aug. in encbelidion. 7 Luce. 10. capillus de capite nostro non perbit. In ista questione sunt duo articuli. p̄m̄us si caro manet eadez in p̄m̄ua mutatione. 7 quid est illud quod est de virtute vel de veritate nature humane. secundus articulus erit de quesito. Quantum ad p̄m̄um articulum est opinio magistri de veritate nature humane est illud quod transiit a parentibus 7 q̄d nihil de nutrimento transiit in virtutes humane nature. improbat. Secunda opinio est Denrici quodlibeto 2. q. 10. 7 quodlibeto. 4. q. 36. q̄ caro inducta a parentibus ē de veritate nature humane 7 nutrimentum transiit in id quod cōuertitur in p̄existens non respiciendo nouam formaz. nec secunduz se totum nec secundum partem. sed tantūmodo per hoc q̄ desinēte ibi forma nutrimenti succedat alia forma carnis p̄existens. improbat opinionem. Pro opinione propria inducit aliquas conclusiones. quarum p̄ma est q̄ in nutritione est aliqua generatio extendendo generationem ad omnem inductionem forme substantialis in materia post priuationem. Secunda conclusio q̄ in ista generatione forma carnis que inducitur in materiam nutrimenti est noua. Tertia conclusio q̄ pars adueniens per mutationem est aliquo modo similis parti que influit per generationes. 7 aliquo modo dissimilis. 7 habes ibi quomodo pars posterior adueniens est impurius. 7 quomodo etiam totum p̄existens est impurius.

Quarta conclusio q̄ est differentia inter carnem secundum materiam 7 secundum formam. et q̄ caro secundum speciem fluit 7 res fluit 7 non secundum formam. Et sic est intentio doctoris subtilis q̄ non solum de virtute vel veritate nature erit caro a parentib⁹ sed similis illi que per nutrimentum acquiritur. Quamz ad secundum articulum sit p̄ma conclusio q̄ non quicquid fuit in Petro de veritate nature eius pro tota vita sua resurget in eo. Secunda conclusio q̄ ille partes debite densitatis 7 debite quantitates quales essent in fine triginta annorum si vixissent resurgēt In solutione p̄me rationis principalis nota q̄ Eva formata fuit de costa que non erat de veritate humane nature in Adam. sed sibi superflua. 7 ideo non oportet q̄ reuertatur ad Adam. contra illos qui dicunt q̄ in resurrectione sexus mulierum conuertetur in sexum hominuz quod pro fatuo reputo. Sed est dubitatio quod est de virtute carnis in vno potest esse nutrimentum in alio maxime vbi homines comeduntur in resurrectione caro illa in quo illorum resurget. dico q̄ in primo cuius primo fuit pars. Ad argumentum in principio dico q̄ Eva resurget ergo illa costa nō resurget in Adam. dico q̄ non nam superflua erat ei et ideo non oportet vt eam recuperet.

Secunda questio quadragesime

quarte distinctionis vbi queritur vtrum ignis infernalis cruciet malignos spiritus. Videtur q̄ non. nam Augustinus. 12. super Genesis arguit ex intentione sic. agens est prestantius patiente. corpus autez non est prestantius spiritu sed eodētra. ergo nullum corpus agit in spiritum. Ad opposituz Mathei. 25. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo 7 angelis eius. Veritas huius questionis clarescit ex dicto saluatoris. 7 per Augustinum. 12. c. de ciui. dei. vbi dicit. cur non dicamus spiritus incorporeos posse pena corporali ignis affligi. Et per beatum Gregorium. 4. dialogorū dicētem. si diabolus inquit eiusqz angeli cum sint. incorporei corporeo igne sunt cruciandi. quid mirum si anime anteq̄ recipiant corpora possunt corporea tormenta sentire. Sed est difficultas quomodo spiritus possunt pati ab igne corporeo. Et circa hoc sunt quatuor opiniones. P̄ma opinio est Thome in presenti distinctione. q. p̄ma. Et Egidii Romani quodlibeto. 2. q. 9. 7 quodlibeto. 4. q. 15. quia malus spiritus videt se cremari ideo cruciatur. improbat qz anima secundum Gregorium nō soluz vidēdo sed experiēdo incēdit pati. Secunda opinio est Denrici de Bandano quodlibeto. 8. q. 34. q̄ tal

angelo habitus quidam mediante quo patitur ab igne. improbat
 qz ille habitus vel est corporeus vel non. si corporeus quomodo
 facit in spiritum. si incorporeus quomodo ergo ignis corporeus cru-
 ciat. Tertia opinio qz in spiritualibus est materia. et sic proprius est
 materie pati passione reali. sed oportet probare qz in spiritualibus
 sit materia quod non est verum. Quarta opinio doctoris qz spiritus
 non patitur ab igne passione corporali que est dolor qz talis pas-
 sio sequitur appetitum sensitivum qui non est in angelo. sed pati-
 tur pena que est tristitia in quantum apprehendit ignem sub ratio-
 ne disconvenientis. et hoc dupliciter. primo vt detinens spiritum
 diffinitive. secundo vt imutans obiective. De primo patet qz non
 est in loco sibi grato licet non occupet illum. De secundo nota qz
 intellectus angeli primo determinatur perpetuo ad intense considerandum
 ignem in ratione obiecti. 2º apprehendit istam determinationem
 ad tale considerationem. 3º odit et istud odium oritur ex affectione com-
 modi ex qua vult quodcumque obiectum prout sibi delectabile fue-
 rit. considerare nunc hoc nunc illud. 4º sequitur apprehensio non
 tantum nuda istius considerationis sicut in secundo. sed apprehen-
 sio certa de euentu istius considerationis intense et perpetue. 5º ex
 hoc sequitur tristitia. Ad argº in prinº dicitur qz intelligitur auc-
 toutas de agente principali. ignis autem hic non agit principaliter
 sed instrumentaliter quare non valet.

Tertia questio quadragesime quar-

te distinctionis vbi queritur vtrum homines damnati post
 iudicium cruciabuntur in igne infernali. Videtur qz non
 nam Job. 20. Lucent omnia quecumque ipse fecit non tamen con-
 sumentur. Ad oppositum Mathei. 25. In ista questione
 primo ponam distinctionem. secundo ponam conclusiones.

Quantum ad primum articulum distinctio est ista qz ignis
 presens corpori corruptibili animato anima sensitiva potest ha-
 bere duplicem actionem videlicet realem que est uniuoca. et inten-
 tionalem que respectu illius est equiuoca quia species sensibilis
 non simpliciter est eiusdem speciei cum ipso obiecto. Quan-
 tum ad secundum articulum pono quatuor conclusiones. Prima
 qz ignis presens corpori corruptibili potest habere duplicem actionem in
 illo scilicet realem et intentionalem. et vna potest haberi sine alia pat-
 nas intentionalis potest stare sine reali. Secunda conclusio qz sola in-
 tentionalis sufficit ad causandum dolorem patet. qz recordatio ali-
 cuius disconvenientis potest causare dolorem. Tertia conclusio qz proba-
 biliter videtur post iudicium ponere solas mutationes intentionales

Quarta conclusio qz non est ibi ratio certa ad negandum omnino
 ibi immutationem reales. Sed est difficultas si semper ista corpo-
 ra cremabuntur quomodo non consumentur. dico qz in igne sunt due
 operationes. vna ad calefactionem et incendium. alia ad consump-
 tionem. et iste sunt distincte. deus potest impedire secundam actio-
 nem non impediendo primam. Ad argumentum in princio
 patet per ea que dicta sunt in questione.

Ira distinctione quadragesimaz

quintam queritur vtrum anima separata possit intelligere
 quidditates sibi ante separationem habitualiter notas.
 Videtur qz non. nam nullus intellectus intelligit nisi intellectus
 possibilis qz agens non intelligit. sed possibilis non manet post
 mortem qz 3º de anima intellectus passivus corrumpitur. possibilis est
 passivus 8º et 9º. Ad oppositum est Aristoteles 3º de anima. nam
 memoria est archa specierum et per illas intelligit quando vult. In
 ista questione sunt quatuor opiniones. Prima opinio Thomae pri-
 ma parte summe questione 99. arti. 1. et in 4º bi. 50. q. 1. qz anima separata
 intelligit per species a deo influxas. non tractat pro nec contra
 Secunda opinio Avicene. 6º naturalium parte prima. c. 6. qz spe-
 cies intelligibilis non manet post actum intelligendi ideo nec in
 anima separata. Tertia opinio Deneri quodlibeto. 9. q. 19. qz in
 intellectu nulla est species intelligibilis. sed tantum fantasma in fan-
 tasia. Quarta opinio est Scoti qz species intelligibilis manet in
 intellectu post mortem et per consequens perfecta memoria. ideo
 potest exire in actum intelligendo quidditates sibi prius habitu-
 aliter notas. Et ratio mihi videtur optima. nam est intentio Ari-
 stotelis. 3º de anima. qz necesse est intelligentes fantasmate speculari
 Sed glossatur sic. vel speculatum fuisse. quod est sic intelligendum qz
 si non habet species in memoria oportet recurrere ad fantasmata
 Sed si retinet illas vt verum est. 3º de anima. qz memoria est archa
 specierum non oportet iterum speculari. sed speculatum fuisse. tunc
 cum species remaneant in memoria. 3º de anima. et omnia hec ponantur
 in anima scilicet intellectus memoria et cetera. Quid obstat qz postquam anima est
 in corpore et habet species non indiget corpore mediante quo in-
 telligat qz extra corpus non possit melius et efficacius intelligere.
 hoc confirmatur per Avic. 6. naturalium. anima separata clarius vi-
 debit veritatem qz coniuncta. et concordat cum illo sapientie. 9. Cor-
 pus quod corrumpitur aggrauat animam. Item Hieronimus in pro-
 logo biblie. discamus in terris quorum nobis scientia remanebit in
 celis. valde enim indignum esset tantum laborare circa scientiam

et virtutes. si desinerent esse in morte et valde irrationabile est quod virtutes maneat et scientie et eorum actus non possint permanere.

Ad argumentum in principio dico quod Aristoteles non intellexit de intellectu possibili sed de alia virtute passiva.

Secunda questio quadragesimequinte

de distinctione ubi queritur utrum anima separata possit acquirere cognitionem alicuius prius ignoti. Videtur quod non. nam si posset acquirere cognitionem unius ignoti pari ratione et cuiuslibet. et sic distantia localis obiecti non impediret eius cognitionem. quod videtur esse contra Augustinum qui vult quod anime separate non nouerunt ea que hic aguntur nisi eis exprimat ab angelis vel ab aliis ad eas venientibus. Ad oppositum natura non est sine propria operatione specifica per se. et Damascenus. c. 6. sed propria anime operatio est intelligere generis et quod. In ista questione sunt due opiniones. Prima est opinio Thomae in 4. di. 50. q. 1. quod anima separata nihil recipit a rebus materialibus. sed intelligit per species receptas a substantiis superioribus. has autem non potest recipere in via dum est forma corporis. Secunda opinio quod anime separate possunt acquirere noticiam prius ignoti: tamen abstractiuam et intuitiuam. Et hec est opinio Scoti. et ratio est quod positis actiuo et passiuo sufficienter approximatis non impeditur sequi actiuo vel potest sequi actiuo. Si positis intellectu et obiecto presente sunt actiuum et passiuum et ista non sunt impedita. generis et quod. Sed diceret quod requiritur species habitata a fantasmate. dico quod hoc est in intellectu coniuncto propter penam peccati. sed in intellectu separato quare requiritur nunquid presentia obiecti potest facere illud quod fantasma certe sic. Et ita potest haberi intuitiuam et ab ista intuitiuam perfecta obiecto recedente poterit haberi perfecta abstractiuam et sic erit conclusio clara quod anima separata potest habere noticiam prius ignoti tamen intuitiuam et abstractiuam. Ex quo habes hic quod fantasia per se non sufficit ad habendam scientiam rei intuitiuam et presentiam rei sufficit per se. In solutione secunde rationis nota quod licet intellectus coniunctus non possit immediate abstrahere a re tamen anima separata potest. Sed aliquis quereret si anima separata potest habere cognitionem alicuius prius ignoti separati. hic dicit filius cuiusdam quod de obiecto sibi non presente nec intuitiuam nec abstractiuam nisi misterio angelorum. vel si habent et non ab angelis saltem ab aliis ad eas venientibus. Ad argumentum in principio patet per ea que dicta sunt.

Tertia questio quadragesimequinque

de distinctione ubi queritur utrum anima separata possit recordari preteritorum que ipsa cognouit coniuncta. Videtur quod non

nam philosophus in li. de memoria et reminisc. ponit quod memoria est vis sensitiva. Ad oppositum Luce. 16. ait Abrabaz ad diuitem illum fili recordare quod recepisti bona in vita tua. In ista questione sunt duo articuli. primus an memoria proprie dicta cuius est recordari preteritorum sit in parte sensitiva. secundus si est in parte intellectiva.

Quantum ad primum articulum presupponit duo. primus quod aliquis actus cogitandi preteritum est in nobis. secundum quod recordari non est cuiuscumque preteriti immediate. sed tantummodo alicuius actus qui insuit primo supposito recordanti. Ex primo infert quatuor. primus quod potentia recordatiua habet post tempus. secundus quod recipit fluxum temporis inter instans et tempus in quo fluxit illud quod est obiectum recordationis et instans presentis perceptionis. tertium quod obiectum recordationis quando obicitur recordationi non est nisi presentis. quartus quod potentia recordatiua est seruatiua speciei. Ex 2. infert alia quatuor. primus quod recordatio est duplicis obiecti unius ut remoti vel ultimi scilicet alicuius circa quod recordans quandoque habuit actum humanum et alterius ut proximi scilicet actus humani et preteriti tendentis illud aliud obiectum. 2. quod actus preteritus dum insuit imprimet speciem sui in potentia recordatiua. tertius quod oportet actum preteritum humanum esse obiectum potentie recordatiue. 4. quod nullus potest habere recordationem nisi de actu proprio humano. Ex his infert unam conclusionem quod memoria proprie dicta est in parte sensitiva. vel quod recordatio non potest poni actus partis sensitivae. ubi nota quod nullus actus qui in brutis reperitur arguit memoriam esse in parte sensitiva. nec obstat de congregatione fornicarum et nidificatione iudicum. nam ista fiunt ab instinctu naturali. et de aibus dicentibus verba que videtur recordari. dico quod non recordantur. sed ex quodam habitu et assuetudine illud faciunt. Sicut etiam bestie in intentione viarum vel quod bestia non recordatur quod premeditetur in se in tali loco talem viam accipiam. sed dum ibi est cognoscit terram quodam instinctu. vel magis proprie quodam habitu immo perfecto et sic quod facit est a casu. Quantum ad secundum articulum ostendit quod memoria proprie dicta est in parte intellectiva ubi habes quomodo se habent memoria sensitiva et memoria intellectiva inter se et ad actum recordatum. Conclusio principalis propria quod memoria intellectiva in anima separata non est memoria sensitiva et omnium quorum anima coniuncta poterat recordari. potest etiam separata recordari non tamen omnium recordatione ut dictum est in precedenti questione. In solutione tertiae rationis principalis nota quod beati de peccatis commissis non recordabuntur et in misericordias domini in eternum cantabunt.

Et ibi notatur opinio Ricardi in. 4. di. 43. articulo. 7. q. 1. cum sua improbatione. quomodo etiam si de peccatis recordentur. dicitur quod illa recordatio nullam in eis tristitiam causabit. Ibi etiam habes quod beatus habet quicquid vult de presenti vel de futuro non tamen de preterito. Ad argumentum in principio dicitur quod licet Aristoteles ponat memoriam sensitivam non tamen negat intellectivam. nam eam ponit. 3. de anima.

Quarta questio quadragesimequinte

distinctionis ubi queritur utrum beati cognoscant orationes quas eis facimus vel pro eis offerimus. Videtur quod non. nam solus deus novit secreta. oratio mentalis que maxime est accepta est huiusmodi generis et cetera. Ad oppositum ille est unus error que tangit Hieronimus in epistola ad vigilantium et cetera. In ista questione sunt tres articuli. In primo articulo ostendit quod beatus naturali cognitione potest nostras tam vocales quam mentales orationes cognoscere patet. nam anima beata vel separata potest acquirere noticiam non solum abstractivam sed etiam intuitivam. non solum sensibilem sicut potest coniuncta. sed etiam quorumcumque intelligibilem. igitur orationem siue vocalem siue mentalem potest cognoscere dummodo in moderata distantia non impediat vel divina voluntas non prohibeat. ubi habes quod unus intellectus potest cognoscere naturaliter actum intimum alicui intellectui. In secundo articulo ostendit quod non est necesse ex ratione beatitudinis quod beatus naturaliter cognoscat orationes nostras etiam in verbo et tamen probabile est quod deus revelat illas quas eis offerimus vel deo nomine eorum. In tertio articulo ostendit quod beati orant pro illis a quibus orationes offeruntur eis. Et quod talis oratio fiat cum beatitudine. Sed aliquis diceret beatus recipit istas orationes si scit quod ille qui eas offert damnabitur quid oportet orare pro eo. Eodem modo dicam si scit quod salvabitur. dico quod beatus non scit voluntatem dei determinationem. potest bene scire dei complacitiam vel indignationem. sed ultima eius determinatio latet eum. Sed beati possunt orare pro ipsis in patria. dicitur quod non sed bene pro aliis. nam ipsi iam sunt in termino nec habent locum mercedi nec demerendi. sed orationes eorum vel rogamina valent pro amicis vel parentibus vel pro his a quibus orationes recipiunt. In solutione secunde rationis nota quod nulla est in mente operatio intellectus vel voluntatis et quecumque conditio vel proprietas realis ipsius. quin totum pateat angelo proportionabiliter presenti non impedito vel a se non impedito proportionabiliter presenti.

sicut a se coniuncte apparet per sensus albedo presens. deus antequam novit absque conditione. et hoc ex propria perfectione. sic quod impossibile est. quod aliquid sibi lateat. ideo beati et mali et a se separati propter defectum presentie multos actus non novierunt. et mali multa presentia etiam non novierunt deo impediente. Ad argumentum in principio dicitur quod licet deus per se sciat secreta cordium tamen alii sciunt deo permittente per angelos et cetera.

Intra distinctiones quadragesimas

sextam queritur utrum in deo sit iustitia. Videtur quod non. nam. 5. ethicorum. c. 2. dicitur ad servum nulla est iustitia quia nulla equalitas generis multo fortius dei ad creaturam cum deus possit dicere creature illud primi Corinthios. quid habes quod non accepisti a me. Ad oppositum in psalmo. Iustitia plena est dextera tua. In ista questione est videndum. primo quid sit iustitia. secundo quot modis sumitur. tertio si in deo est iustitia. Quantum ad primum articulum dicit Anselmus de veritate. c. 12. quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata. sed philosophus. 5. ethicorum. magis eam specificat adiungens quod iustitia est ad alterum. ideo dicit quod nec sperus nec lucifer est ita admirabilis sicut iustitia quia ut ad alterum est difficile. Quantum ad secundum articulum quot modis sumitur iustitia dicitur quod duobus modis. quia quedam est iustitia naturalis. alia legalis. iterum legalis est duplex universalis et particularis. Item ista legalis particularis dividitur in distributivam et commutativam. Iustitia commutativa est cuius medium accipitur secundum proportionem arithmetica et sic requirit equalitatem. nam nihil differt an bonus abstulerit a malo quam contra ad hoc ut fiat iustitia et ut revertatur sublatum. vel si bonus mutauerit ceterum malo vel malus bono. et ista iustitia debet servari in punitio nibus. Iustitia autem distributiva est cuius medium sumitur secundum proportionem geometricam. et ista non querit equalitatem sed personarum dignitatem. hoc est si aliqua bona debent dividi in civitate non omnibus debent dari equaliter. quia si sic non servaretur iustitia. sed illa bona debent distribui secundum dignitates de quibus et alius annexis. 5. ethicorum deo duce lacius dicam. Quantum ad tertium articulum dico ista per ordinem. primo quod in deo est iustitia quia est rectitudo mentis. nam in deo est voluntas que est regula omnis inobliquitatis. Secundo quod in deo est iustitia ut iustitia est virtus ad alterum patet. nam est agens quod in omni actione sua servat rectitudinem. Tertio quod in deo est iustitia legalis. quia ubi est veritas practica procedens omnes determinationem voluntatis divine

ibi est iusticia legalis sed in deo est aliqua veritas practica prece-
dens omnem determinationem voluntatis. sicut est ista. diliges do-
minum deum tuum. Quarto quod in deo est iusticia particularis ad se
quasi ad alterum. quia voluntas sua determinatur per rectitudinem
ad volendum illud quod decet suam bonitatem. hoc est redditio de-
biti sibi ipsi quasi alteri. Quinto dico quod est ad propositum quod ius-
ticia commutativa in deo proprie respicit punitionem et premiatio-
nem ut scilicet pro meritis reddantur premia et pro peccatis supplicia
Distributiva vero respicit quasi naturas et perfectiones superaddi-
tas ut scilicet naturae distribuatur perfectio sibi proportionata. Sed ali-
quis diceret si iusticia distributiva est in deo ista respicit digni-
tatem personarum quomodo deus hic se habet quod videmus inius-
tis dare magnas dignitates et iustis miseras. Dico quod qui videntur
hic nobis iniusti forte apud deum sunt iusti. vel quod aliquando
malis dat bona hic temporalia quia non sunt ita mali quin fece-
runt aliquod bonum. et quia illud est remunerandum dat eis hic
bona ut pro alio seculo puniantur. e converso non sic est aliquis
bonus quin aliquando in hoc mundo peccaverit. sed quia ex his
peccatis non meretur eternum supplicium. ideo habet hic penas
ut in alio seculo habeat gloriam sicut illud Sapi. 10. Reddit deus
mercedem laborum sanctorum suorum. Sed quare deus iniustum dimittit
mori sine confessione sicut etiam iniustus. dicitur ad hoc cum sancto-
rum determinatione maxime beati Bernardini quod deus vocat ho-
mines vel ad maiorem gloriam vel ad minorem penam. et quia iustus vi-
det in bono proposito sic quod si plus viveret forte magis peccaret vo-
cat eum. Sed diceret aliquis facit malam mortem. dico quod non quia
non est putanda mala mors cuius bona vita precessit. et de malo
deus scit quod si viveret peiora que fecit faceret vocat eum sic ut inius-
tos habeat penas. Sed quis diceret in damnato videtur quod sit
magis de iusticia quam de misericordia. nam peccata que fecit sunt
finita et damnat eum in infinitum. dico quod damnat eum in infini-
tum hac de causa quia deus scit quod si viveret in infinitum semper pec-
caret et semper in peius iret. et sic ab infinita mala voluntate in infi-
nitum eum damnat non a voluntate simpliciter sed a voluntate
in actu partim posita et in potentia propinqua ponenda si sibi non
obiceretur. Et in hoc est textus beati Gregorii. ad magnam iusticia-
m dei iudicantis pertinet ut nunquam careat supplicio qui nunquam ca-
rere voluit peccato. Sed hic est manus dubia si in iusticia commu-
tativa debet servari equalitas quomodo servat dando paradysum
pro bonis factis cum sit textus ad Ro. 8. non sunt condigne pas-
siones huius seculi ad futuras glorias etc. dico quod deus est maxime

liberalis et dat illud ex liberalitate sua. Sed nos possemus petere
paradysum de iusticia dico quod si proponeremus passionem christi et eam
simul cum nostris bonis teneremus pro una parte et paradysum
pro alia credo quod possemus rectam facere commutationem. sed dis-
mittamus passionem christi si omnia bona mundi facta et fienda da-
rentur uni anime posset illa petere de condigno gloria. dicit qui-
dam quod non quia omnia hec sunt finita et gloria infinita. et illa glo-
ria est ordinis superioris. et est regula quod si ea que sunt ordinis in-
ferioris multiplicentur in infinitum nunquam attingerent ea que sunt
ordinis superioris maxime ad hoc quod fieret commutatio equalitatis
nam finiti ad infinitum licet sit proportio attingentie non tamen
equalitatis. ergo paradysus quomodo a sanctis qui vitam et bon-
na secula pro christo dederunt potest peti. dicitur ab Augustino quod non
de condigno. sed de congruo. nam postquam cathedre amisse a ma-
lis angelis spectant homines congruum est ut ibi ponantur. et con-
gruum est postquam lumus creature sue ut det nobis victum in hoc
mundo et iustus in alio paradysum. Ad argumentum in prin-
cipio dicitur quod non est ibi equalitas simpliciter nisi ad se ipsum.
ideo nec iusticia simpliciter nisi ad se quasi ad alterum. sed equal-
itas aliqualis potest ibi poni qualis potest esse domini exceden-
tis valde ad servum excessum.

Secunda questio quadragesima sex

te distinctionis ubi queritur utrum in deo sit misericordia
Videtur quod non. quia secundum Damascenum libro 2.
c. 13. misericordia est compassio de malo alieno. in deo nulla est com-
passio ergo etc. Ad oppositum in psalmo. paciens et multum
misericors. In ista questione sunt duo videnda. primo quid sit
misericordia. 2. si in deo est misericordia. Quantum ad pri-
mo dico quod misericordia duo importat. unum principale aliud ex derivati-
vo principale in misericordia est habitus vel forma qua nolumus miseriam
alteri. et quia vel nolumus miseriam eius in futurum tunc perseveramus si pos-
sumus. vel quia nolumus miseriam presentem tunc revelamus si possumus
Ex derivati autem misericordia importat quaedam displicentiam et passionem
unde iste modo misericors id est quod miserum habes cor. Quan-
tum ad 2. dico duo quod isto modo secundo in deo non est misericordia
cum in deo nulla passio vel miseria possit poni. 2. dico quod accipie-
do misericordiam primo modo ipsa propria est in deo quod patet sic.
Quia sicut nullum bonum evenit nisi deo volente. ita nullum
malum prohibetur ne eveniat nisi deo volente. Sed multe mis-
erie possibiles evenire aliquando prohibentur ne eveniant.

ergo deus habet nolle respectu illarum et permissionem respectu uentium. Ad arg^o in prin^o patet p ea que in lra sunt posita

Tertia questio quadragesimesepte

distinctionis ubi queritur utrum in deo distinguantur misericordia et iusticia. Videtur q non. nam Aug. xi. de ciuit. dei inquit. simplex e deus qd e quicquid habz et hoc de eo qd dicitur ad se eius. huiusmodi est misericordia et iusticia. g^o deus e iusticia. deus est misericordia. Ad oppositum est Cassandrus sup psalmu. s. be ueres semper sunt ad inuicem. et loquitur de misericordia et iusticia. Est prima opinio Thome in. 4^o di. 46. q. 1. et in illa per totum. et Ricardi di. eadem. q. 2. arti. 2. dicentium q misericordia est pars iusticie et non distinguitur ab ea. Sed opinio e doctoris q iusticia et misericordia distinguuntur formaliter in deo.

Ad auctoritates in principio dicitur q licet misericordia et iusticia sint idem realiter in deo tamen distinguuntur formaliter quare ad.

Quarta questio quadragesimesepte

distinctionis ubi queritur utrum in punitione malorum concurrat ex parte dei punientis iusticia cum misericordia. Videtur q non. qz sunt opposita. nam qd per misericordiam fit iusticie repugnare videtur. Ad oppositum s³ Aug. ubi supra in deo non distinguuntur. Primo ponit rationem s³ ratione iusticie et misericordie sumptam q in omni opere dei concurrunt iusticia et misericordia. et ponit congruentiam ad hoc et est Thome prima parte. q. 21. articulo. 4. et in di. presenti arti. 2. q. 2. in responsione ad secundam questionem. Sed ibidem doctor ostendit q nec ratio nec congruentia concludunt. S³ doctor respondet ad qdne aliter et tractat quatuor articulos. In primo articulo inquit q sit punitione malorum. et dicit q punitione e carentia perceptibilis boni conuenientis. vel perceptibilis punitione mali disconuenientis et utriusqz est in natura intellectuali. ubi habes q duplex est bonum nature intellectualis scz bonum et honestum et q utile reducit ad ista etiam ostendit q in voluntate ut sibi disconueniens tali nature putata operatio vel passio distincta contra operationem vel operatio disconueniens non quidem generaliter. sed qz nolita huiusmodi operatio in damnatis est semper intensa consideratio ignis. Ibidem habes q quadruplex tristitia in genere est in damnatis duplex de priuatione duplicis boni scz honesti que potest dici pena uermis et bonum. et duplex de duplici positione scz de disconuenienti detentione perpetua ignis ut diffinitive locantis. et de detentione perpetua ignis ut in consideratione ignis. In secundo articulo ponit

quomodo punitione malorum est a deo. Prima conclusio q prima pena que est continuatio culpe non habet deum pro causa positiua sed pro ca negatiua remota. Secunda conclusio q secunda pena q est priuatio beatitudinis non habet deum pro ca positiua sed pro ca negatiua. Tertia conclusio q tertia et quarta pena que sunt detentio localis diffinitive in ipso igne. et detentio in consideratione intense ignis habent deum pro ca positiua mediata qz mediante apprehensione obiecti. In tertio articulo ostendit an in ista punitione concurrat iusticia ex parte diuina. Prima conclusio q iuste deo dimittit damnatum perpetuo in culpa. et hanc declarat tripliciter. Secunda conclusio q secunda pena sic est a deo negatiue qz non confert beatitudinem. et hoc q est non conferre beatitudinem iuste est a deo. Tertia conclusio q tertia pena que est locari diffinitive in igne siue in vilissimo loco uniuersi. ibi concurrat iusticia. ubi habes quare deus permittit fieri mala in uniuerso. ibidem q ratio de perfectione uniuersi nec manifestatio diuine iusticie. nec de correspondentia mali pene ad malum culpe. nec de leticia bonorum. nec de punitione malorum concludunt deus debere mala permitti in uniuerso fieri. Sed dicit Aug. in anchilidion in. c. xi. q potens e de illis malis bona elicere. idem in eodem. c. mala conuenienter situata eminentius conueniant bona. Ex quibus potes colligere quare deus permittit mala fieri. Quarta conclusio quomodo est iusticia quasi quarte pene que est determinatio intellectus damnati ad considerandum intense super ipsum ignem cum impedimento ne alia posset considerare que consideratio aliorum minueret istam penam et hoc est a deo. In quarto articulo ostendit an misericordia concurrat in ista punitione ex parte dei punientis. et est opinio Thome in p^{ri}ti di. q. 2. arti. 2. ad primam questionem. dicit q deus ut dans et agens excedit passum ideo datio excedit passionem. Et ob hoc semper deus dat ultra ad dignum. Opinio propria q ideo concurrat misericordia qz opus e perfectus qto a pluribus uirtutibus procedit ideo si in ista punitione infligitur aliquid ad qd tribuendum inclinatur misericordia. misericordia superexaltabit iudicium illud. In solutione secunde rationis nota quare pena e eterna. dicitur q si malus perpetuo uirisset perpetuo peccasset ideo perpetuo punitur qz perpetuo peccauit in voluntate. et e ratio Gregorii in li. moralium super illud Job. Ad arg^o in prin^o dico q simplr non sunt opposita imo seuit iusticia nisi sit pietas uel misericordia sibi iuncta

Ira distinctione quadragesimaz septimam queritur utrum ule iudicium sit futurum. Videtur

non. nam dicitur in psalmo non resurgent impii in iudicio. ergo non erit vniuersale. Ad oppositum est Aug. de ciui. dei. c. 20. et 21.

In ista questione sunt tria videnda. primo quid est completa diffinitio iudicii. 2º si vltimum iudicium est futurum. 3º mouet aliqua dubia.

Quantum ad primum articulum quid est iudicium. dimissis aliquibus diffinitionibus particularibus dicitur quod iudicium est completa determinatio et autentica reddendi alicui secundum merita sua. ponitur in diffinitione completa quia includit determinationes firmas intellectus et voluntatis efficientem. hoc est voluntatis potentis et intendentis determinationem intellectus distributiuam. hoc est quod specificatur per illud autentica quia per hoc intelligitur quod sit illius qui secundum suam volitionem efficacem potest determinationem intellectus et voluntatis producere ad effectum. Quantum ad 2º articulum ponuntur quatuor congruentie. quarum prima talis est. Congruum est separare bonos a malis que separatio habet fieri per iudicium. Secunda congruentia est quod in secretis iudiciis que fiunt circa singulas personas licet sint iusta non tamen omnibus manifesta et sic rationabile est ut in iudicio generali manifestentur. Tertia congruentia est quia sicut res exeunt a primo effectiuo. ita reducantur in finem. et sic oportet ut fiat iudicium in quo fiat hec reductio ad primum a quo exierunt. Quarta congruentia est quod preter hoc quod vnus quisque ascribatur regno vel ciuitati tota multitudo huius ad regnum debet aliquando determinari ad possidendum illud. et tota alia multitudo relinqui carceri ut hoc modo sit sequestratio duarum ciuitatum. sicut Aug. tractat per totum de ciui. dei. et sic oportet ut mediante iudicio mittantur in ciuitatem vel relinquuntur carceri. Quantum ad tertium articulum mouet aliqua dubia. Primum vtrum iudicium fiet in tempore vel in instanti. Et si in tempore vel breui vel non breui. Ex quo ponit aliquos modos. primus quod si quislibet debet in speciali scire specialia merita vel demerita aliorum fiet in tempore longo. sed si debet scire sua merita vel demerita in speciali et aliorum in generali fiet tempore breui. vel si possint omnia successiue simul vnico actu hoc deus posset facere si vellet. sic iudicium fiet in instanti. Secundum dubium. disceptatio in iudicio erit vocalis vel mentalis. dicitur quod si iudicium erit in instanti erit mentalis. si in tempore erit vocalis. Sed dicit Scotus quod magis est consonum euangelio quod sit vocalis. Sed si vocalis in qua lingua. nam aliqui dicunt quod loquemur linguas latinam. alii grecam. Franciscus de mayronis dicit quod ebraticam. Alii quod erit noua formatio lingue. dico quod in hoc casu quod qui melius scit dicat. credo quod nemo certe potest dicere. Et si aliqui in hoc

faciunt casum ideo faciunt ut videantur a populo. Tertium dubium in quo loco fiet iudicium. dicunt aliqui quod fiet in valle Josopbat ut videtur innuere Jobelis propheta. Sed apostolus vult prima ad Thessolacenses 3º quod boni rapiuntur obuiam christo in aera. mali autem relinquentur in terra. et per consequens boni non erunt in valle Josopbat. et ideo magister sententiarum pro vltimo capitulo huius distinctionis dicit quod quidam pueriliter illud Jobelis intelligentes dicunt in valle Josopbat que vallis est in pede montis oliueti versus istam partem dominum ad iudicium descensurum quod frivolum est. Josopbat autem interpretatur iudicium dei. in valle ergo Josopbat id est domini iudicium congregabuntur omnes impii. iusti vero non descendent in valle iudicii id est inter damnatos. sed in nubibus eleuabuntur et erient obuiam christo. Sed in qua manu ponentur iusti dicitur quod in manu dextera christi. cum semper manus dextera sit honoratior sinistra ut habetur ab Aristotele. 5º ethicorum. Item quia christus sedet ad dexteram dei patris tanquam in parte honorabiliori. In aliquibus vero mundi partibus qui vadit prope parietem ille est honorabilior. nescio unde ortum habuit hic usus. Ad auctoritatem in principio dicitur quod non resurgent impii ad vitam tamen bene ad iudicium.

Secunda questio quadragimesep

time distinctionis vbi queritur vtrum mundus sit purgandus per ignem. Videtur quod non. quia tunc ignis purgaretur per ignem cum etiam elementa debeant purgari. Ad oppositum in psalmo. Ignis autem ipsum precedet. In ista questione sunt quatuor videnda. primo si mundus purgetur per ignem. secundo quis est ille ignis. tertio quantum ascendet. quarto si precedet aut sequetur iudicium. Quantum ad primum articulum dicitur quod purgabitur per ignem auctoritate Petri in secunda canonica. c. 3. Celi ardentes simul soluentur et elementa ardore ignis tepescent. Item Isaie vltimo. dominus in igne veniet. huius intentionis est Aug. 20. de ciui. dei. Quantum ad secundum articulum quis erit ille ignis dicitur tripliciter. vno modo quod ille ignis erit riuus de nouo creatus iuxta illud Danielis. 7. fluuius igneus rapidusque. Egrediebatur a facie et sequitur iudicium fecit et libri aperti sunt. Alius modus quod erit fluuius igneus per virtutem corporum celestium generatus. Tertio modo dicit Scotus quod sicut in diluuiio non fuerunt noue aque create sed dispersae congregate. sic erit in iudicio quod omnes ignes congregabuntur. et hoc sentit Augustinus. 20. de ciuitate dei. Figura inquit huius mundi

mundanorum ignis flagratione peribit sicut factū ē indiluuio
 Quantus ad 3^o articulus scz quantus ascendet. dico q^d f^um
 durabunt elemēta. 7 sic plus ascēdet q^u aqua diluuii. Quātu
 ad 4^o articulu aliqui dicūt q^d duplex ē iudiciū scz determinatio
 nis 7 executionis. 7 q^d iudiciū determinationis precedet ignem.
 sed non iudiciū executionis sed sequetur. Alii dicunt q^d ignis
 facit duo scz purgat 7 innouat. 7 q^d rōne purgationis precedet sed
 rōne innouationis sequetur. Tertius modus vt habetur a glosa
 sup illo vbo purgavit filios leui 7c. Duos ignes futuros legim⁹
 vnus qui purgabit electos. alium qui cruciabit reprobos. primus
 precedet iudiciū. secundus ignis sequetur euz. Et potest haberi
 per Aug. 20. de ciui. dei. vbi dicit iudicatis impiis 7 in eternus ignem
 missis. Ad arg^o in prin^o dico q^d nō habeo pro incōueni
 enti q^d iste ignis mixtus purgetur per illum ignem purum.

Intra distinctiones quadragimas

octauam queritur vtrū xpus iudicabit in forma humana
 Videtur q^d nō. nam iudicare nō ē nisi potestātē habētis
 7 dominiū sup iudiciū. xps s³ naturā humanā 7 frater noster.
 g^o nō dñs. Ad opp^o maiestātē dedit ei iudiciū faciendi q^u si
 lius hoīs. g^o s³ humanā naturā data ē sibi potestas iudicandi
 In ista qōne ē primo opinio Thome in p^o senti di. q. 1. q^d xps me
 ritū habere v^o dominiū creature per suam passiōē. 7 ideo in for
 ma in qua passus ē iudicabit. nō autē apparebit ibi in forma di
 uina q^u illa sine gaudio videri non potest. Tūc autē impū nullum
 gaudiū habebunt. improbat opionē quoad duo. contra que po
 nit duas cōclusiones. Prima q^d licz xps in forma humana iudicet
 nō tū iudicabit s³ formā humanā. Ex quo bēs q^d xps rōe redēp
 tionis nō meruit principale dominiū creature. Ponit secundā cō
 clusionē cōtra secundā qō dixit in sua positione de gaudio. 7 cōclu
 sio ē ista q^d visio diuine essentie pōt a delectatione separari. 7 pro
 bat sic. Absolutus prius natura alio pōt sine cōtradictione esse si
 ne illo. visio diuine essentie ē quid absolutum per cōparationē ad
 gaudiū 7 ē prius naturaliter alio. nam obiectum nō delectat ni
 si prius apprehensum. Sed aliquis diceret illa visio pōt esse non
 delectabilis. dico q^d non. sed potest nō delectare. sicut bō non pōt
 esse non risibilis. sed potest non ridere. S³ illi qui dicunt q^d felicitas
 ē in clara visione diuine essentie. sed felicitatem sequitur delectatio
 tanq^u passio. 10. et bicoz. ideo oportet dicere s³ illos ne sub
 iectum detur sine passione q^d felicitas nō ē in visione absolute. sed
 in visione simul cū delectatione. S³ pro parte Scoti posset duci
 auctoritas Jobis. 17. hec ē vita eterna vt cognoscam te. non dixit

vt delecter in te. Sed pro opinione Scoti 7 responsiū questionis
 iudicare capitur dupliciter. vno mō principaliter. alio^o cōmissarie
 Pro primo pono istā cōclusionē. xpus nō iudicabit principaliter
 s³ humanitātē s³ q^d principaliter iudicare importat perfectā de
 terminationē 7 nō subordinatā talis premii reddendi pro tali me
 rito 7 velle efficac^o ad exequēdu qō ē determinatū. naz sic sola tri
 nitas iudicabit. Secūda cōclusio q^d sumēdo iudicare nō omnino
 principaliter sed cōmissarie 7 subordinate cū excellentia singulari
 qualis nulli creature cōmitti pōt vt scz ab eadem persona reddat
 illud qō intellectus aīe xpi recte iudicat s³ humanitates cōueniet
 xpo s³ aīam 7 iudicabit s³ aīam. ibi habes q^d nulla maior auc
 toritas potest xpo attribui sine blasfemia q^u iudicare. In solutōne
 vltime rationis nota q^d xpus in iudicio videbitur a beatis in for
 ma gloriosa corporis. a malis autē vel non videbitur in vita ista
 vel si videbitur non tamen delectabuntur. Ibi nota expositionē
 illius auctoritatis. Tollatur impius ne videat gloriaz dei. Ad
 argumentum in principio dico q^d xpus vt homo habet potestātē
 commissariam eminentissimā sed non principalem. 7 ita compe
 tit sibi non principaliter iudicare vt homo.

Secunda questio quadragime oc

taue distinctionis vbi queritur vtrū in iudicio vel post iu
 diciū cessabit motus corporum supracelestium. Videt^{ur}
 q^d non. naz d^r Genesis. 8. cunctis diebus terre estas 7 hyems. nox
 7 dies nō requiescent. Ad oppositum tunc nō erit vicissitudo
 diei 7 noctis. 7 probat illud Zacharie. 14. erit dies vna 7c. Item
 Ildorus d^r ordine creaturaz. c. 5. 7 ponitur in lra post iudiciū sui
 laboris. sol mercedem suscipiet 7 nō veniēt ad occasū nec sol nec
 luna. sed in ordine quo creati sunt stabūt ne impū incarcerati sub
 terra positi fruantur lumine eorum. vnde Abacuch vltimo. sol et
 luna stabunt in ordine suo. In ista qōne primo ponentur opini
 ones phōz. 2^o opiniones theologoz. 3^o si valent rationes eoz
 4^o si motus celi est naturalis vel violentus. Quantū ad pri
 mus articulus diceret pbūs. sicut patet per euz in diuersis locis q^d
 motus celi est perpetuus. Prima ratio substātia separata nō pōt
 carere suo fine vt habetur. 12. metha. Sed vltimus finis substā
 tie separate est in causando lationem corporis celestis g^o 7c. Sec
 cūda ratio intelligentia mouens celum est quedam substātia
 permanens 7 sempiterna 7 celum similiter 7 mouet illum. ergo hoc
 sempiternum habet eandem habitudinē ad aliud sicut mouēs ad
 motū. et p^o nō mot^o ē inuariabilis. Quantū ad 2^o articulus

dicunt theologoꝝ oppositum. pro quo adducunt auctoritates et rōnes. Est auctoritas Isaie. 60. non erit tibi sol amplius ad lucendum per dies. Alia auctoritas est Apocalipsis. 10. vbi iurat angelus q̄ amplius tēpus nō erit ḡ nec motus cum sint subiectum et propria passio. 4. p̄bicoꝝ. Quantū ad 3^o arti. d̄ in cōclusionē eius theologoꝝ q̄ post iudicium cessabit motus corpōꝝ celestium. S; nec theologoꝝ nec p̄b̄i probāt suā cōclusionē. et q̄ efficacius probant p̄b̄i. theologoꝝ nō probāt. naz auctoritas Isaie nō negat solem tūc lucere. sed tūc dicit his qui erūt in vita eternavsuꝝ lucis nō p̄stabit. Illud d̄o apocalipsis intelligitur q̄ nō erit tēp̄ ut impleatur aliqua prophetia. q̄ iam oēs erunt implete. nec prima rō p̄b̄oꝝ p̄bat q̄ nō ē finis subāꝝ separatāꝝ mouere orbēs. s; propius finis ē in speculatione veritatis vt patet. 12. metha. nec secunda rō valet q̄ oportet negare illam propositionē vel melius proportionem in agente voluntario vel maiorem negare si sit argumentū. nam ibi agens ad passum habebit formam nouam.

Quantum ad quartum articulum dico q̄ motus celi nec ē naturalis nec violentus vt patet per Auicēnam. 9. metha. non naturalis q̄ oīs motus naturalis est ad quietē naturā. et tūc si nō quietur naturaliter erit violentus. In solutione quarte rōnis nota q̄ motus celi ex parte mouentis ē voluntarius. ex parte tamē celi est neuter. Ad auctoritatē in prin^o dico q̄ intelligit ante iudicium.

Trca distinctionē quadragesimā

nonam queritur vtrum beatitudo consistat per se in operatione. Videtur q̄ non. nam Boecius. 3^o de solatione dicit q̄ beatitudo est status omnium bonoꝝ aggregatione p̄fect^o sed ille status nō est operatio ergo r̄. Ad opp^o ē Aristoteles p^o ethicoꝝ. felicitas ē opatio optima r̄. Ad illam q̄nē d̄ q̄ felicitas vel beatitudo ē in operatione. naz p^o ethicoꝝ diffinitur. in cuius diffinitione ponit operatio. Itē. 10. ethicoꝝ. deducēdo illā diffinitionē. in qua operatione dicit q̄ d̄i quos arbitramur felicissimos ideo eos arbitramur sic ex quo ipsos viuere suspicati sumus et non dormire igitur operari. et sic ponit felicitateꝝ in operatione speculatiua. idem habes q̄ d̄i qui felices sunt operentur et sint in continua operatione. 12. metha. c. 6. r. c. 4. ideo. r. 9. metha. c. 4. in omnibus his probatur felicitatem esse in operatione. Preterea 2^o celi et mundi. Omnis substantia cuius est operatio est propter operationem suam. preterea Aug. p^o de doctrina xp̄iana. summa merces est vt ipso perfruamur. in summa mercede ē beatitudo. sed perfrui est operatio ergo r̄. Ad argumentum in principio d̄

Boecius accipit beatitudinē extēsiue. et sic nō diffinit eā proprie

Secunda questio quadragesimeno

ne distinctionis vbi queritur vtz beatitudo immediatus perficiat essentiam vel potentiam. Videtur q̄ primo conueniat essentie. nam aliter sequeretur q̄ natura aie nō esset beatificabilis nisi de per accēs et per potentias q̄ ē incōueniēs. Ad oppositū non oportet operatio essentie nisi mediante potentia. 2^o de aia. In ista q̄nē tria facias. primo dicās quid sit beatitudo. 2^o dicam ad questum. 3^o an voluntas se habeat actiue ad beatitudinē vel tūc passiue. Quantum ad primum articulum d̄ q̄ beatitudo ē duplex. s. simplr et s; quid. Beatitudo simplr ē p̄fectio sc̄a imediate coniūgens obiecto p̄fectissimo nobilissimo. Sed beatitudo s; quid ē p̄fectio sc̄a coniūgens minus nobili bono p̄fectissimo. et tūc ex his respondet ad q̄nē p̄cedentē. in ipsa ponit coniūgere. naz in diffinitione d̄ coniūgens. et cuius coniūgere sit operatio tūc beatitudo erit operatio vt p̄batū fuit in p̄cedenti q̄nē. Quātum ad 2^o articulum principale et est principū hui^o q̄nē. est opinio Denrici q̄libeto. 13. q. 12. q̄ beatitudo primo perficit essentiaꝝ et potentiaꝝ. et rō sua ē q̄ beatitudo sit per illapsū. et sic cuius illapsus primo perficiat essentiaꝝ et potentiaꝝ. q̄ primo illabitur i aia et in potentia aie. sic beatitudo erit primo in essentia. sed doctor iprobat. Conclusio doctoris ē q̄ beatitudo principaliter perficit potentiam et essentiam probatur. nam perceptio huius perfectionis nō conuenit essentie nisi per potentias. Cōuenit per intellectū quidē ipsam cognoscendo per voluntatem tanq̄ ipsam degustando docente Dugone de sancto victore. Item in beatitudine duo sunt. s. cognitio et amor. cognitio illuminat. amor tanq̄ reflectio faciat. in his beatitudo consistit sc̄z in cognoscendo et in bonum amando. sed ista primo potentiis conueniunt. quod etiam potest haberi ex secundo de anima. r. 9. metha. q̄ operatio non competit essentie nisi mediante potentia. sed felicitas ē operatio ergo r̄. Quātum ad tertium articulum vtrum simus causa nostre beatitudinis est opinio Thomae in. 4^o di. presenti. q. 3. q̄ substantia actus ē a potentia naturali. modus vero qui est forma actus est ab habitu et per hoc non sum^o causa beatitudinis nostre. Conclusio propria doctoris q̄ beatus ē causa actiua sue beatitudinis et tūc ad illud absolutum quod est in beatitudine et hoc si voluntas est causa actiua sue volitionis. In solutione quarte rationis tenes q̄ actus est perfectior habitu in ratione perfectionis finalis quia immediatus attingit obiectum finale. et in ratione perfectionis

formalis qz tanta perfectio non posset competere habitui in summo qz actui tali in summo. patet qz actus attingit deus imediate licet mediante habitu z sic potes tenere qz perfectior e actus qz habitus. Nota qz hic glosatur illa auctoritas que dicitur a noialibus ptra nos. Accidens non accidit accidenti nisi qz ambo accidunt. sed intelligitur in accidentibus disperatis z non se habentibus sicut quantitas z qualitas. Nota qz in ista qone ad probandum qz prima propositio primi ethicoz habeat intelligi de deo. habes tres propositiones. Prima qz inter omnia nature intellectualis appetibilia aliquid est essentialiter simpliciter primum z supremum patet. nam appetitus ultimi finis non est vanus pº celi. Secunda conclusio. supremum appetibile vel volibile z solum illud cuilibet nature intellectuali simpliciter propter se est volendus. Tertia conclusio nulla natura intellectualis ultimate z complete perficitur nisi habendo supremum appetibile. sed intellige qz perficitur s3º modum sibi possibilem habendi illud. Ad argº in prinº dico qz nō ē inconueniens pcedere naturaz intellectuales beatificari p accidēs primo z. hº loquēdo de puritate siue imediatione s3º ratio nem licet sit inconueniens dicere qz beatificetur per accidens loquendo de accidente reali aliquo mediante.

Tertia questio quadragesimenone

distinctionis vbi queritur vtz beatitudo per se consistat in pluribus operationibus s3º. Videt qz sic. nam Aug. 13. d. tri. c. 5. dicit Beatus qui habet quicquid vult. s3º nō tantū recte vult vnaz operationē sed plures. nam si recte vult visionē z fruitionem. Ad oppº in quolibet ordine ē deuenire ad vnū primum. gº inter fines pº ethicoz. Anteqz veniat ad determinandam materiam primo ponit istam propositionē qz vni possunt esse duo imediata z pº vnū vnūqz esse eque primum licet nō simpliciter s3º scdo primum inflat ptra istā pponē. s3º soluit. Veniēdo ad qsum. in ista qone sunt tres opiones. Prima est Ricardi i 4º di. pti. q. 6. arti. 1. qz beatitudo consistit i actu tā intellectº qz volūtatis. et ponit tres rōes ad hº. Scda opio ē scilicet Thde in pti di. q. 1. arti. 1. ad scdaz qsim unculaz. qz beatitudo consistit in vna operatione tm. z ponit suas rōnes. Tertia opio ē Scoti. qz accipiēdo beatitudinē p illo quo imediate attingit obiectū beatificū ultimate distiguēdo iter beatitudinē nouicie intellectualis z potēte. beatitudo nature intellectualis consistit in vnica operatione beatitudinis. Aliter pōt dici ad qonē qz beatitudinē consistere in pluribus pōt duplº considerari. vnoº imediate vt ly imediate nō excludit mediū alterius rationis vt dicatur

omnis potentia beatificabilis que imediate attingit obiectum beatificum. z isto mō tam intellectus qz voluntas beatificant imediate. z sic accipiēdo beatitudinē totalē beatitudo consistit i tot operationibus quot sunt potentie potētes attingere imediate obiectum. Si hº ly imediate excludit mediū alterius rōnis quasi sic vel sic alio imediacius siue perfectius attingēs. siue illud sit rō attingendi siue nō. z sic beatitudo nō consistit nisi in vnica operatione tm vt pote si principaliter in intellectu. si hº perfectius in voluntate. Ad argº in prinº dico qz ly quicquid nō accipit hic pro quolibet appetibili diuisione. s3º pº vno i quo consistit oia vnitate

Quarta questio quadragesimenone

distinctionis vbi queritur vtz beatitudo per se consistat in actu intellectus vel voluntatis. Videtur qz in actu intellectus patet Jo. 17. bec ē vita eterna vt cognoscas te zc. Ad oppº. 13. de trini. beatus ē qui habet quicquid vult. gº beatitudo ē in voluntate. Itē Aug. pº de doctrina xpiana. summa merces ē vt ipso perfruamur. frui ē actº volūtatis. gº zc. In ista qone ponaz quatuor opiones. Aliqui nāqz ponūt eaz in actu intellectº z ista opio ē sancti doctoris in. 4º di. 50. q. 1. arti. 1. ad scdam que stunculā. z dicit qz beatitudo principaliter z essentialiter consistit in actu intellectus. in actu hº voluntatis sicut in quadaz pfectione extrinseca superueniente visioni. et isti habēt dicere qz imediate qz aia videt diuinaz essentiaz ē beata. Est alia opio que tenet alterū extremum scz qz felicitas p se consistit in actu volūtatis. z isti dicūt qz alicui poterit cōitari visio diuine essentie z tm nō erit beatº cuz actº intellectº possit stare sine actu voluntatis. z iste ē Varro. Alii dicūt qz beatitudo ē genus cuiº species sunt actº intellectº z voluntatis. z isti habēt recordare cū sancto doctore. qz si ponitur species gº z genus. sed beatitudo ē genº ad actū intellectº z volūtatis. gº posito actu intelligendi deus erit beatus. z iste ē Egidioº Roma Est quarta opio doctoris qz beatitudo integratur ex istis duobus actibus scz ex actu intellectus z ex actu voluntatis. nec consistit i aliquo istoz p se. sed ē beatitudo propinquiº in intellectu qz in voluntate. s3º verius z pfectius in voluntate qz in intellectu. et rō ē. nam quis nō pōt esse beatº nisi volendo deū. sed quis pōt videre z nō velle. gº zc. Et si dicas visio beatifici obiecti necessitat volūtatem dico qz iam fuit dictū in prima distinctione primi in illa qone. si apprehenso ultimo fine per intellectū volūtas necessitat fuit dictū qz s3º necessitat habitualiter nō tm actualiter. In hac qone tenes qz licet intellectus sit prior affectione. tm volūtas ē prior pfectōe vt

act⁹ istaz potētiar. Ad arg⁹ i prin⁹ patz p ea que dicta sunt.

Quinta questio quadragesimenone

distinctionis vbi queritur vtz beatitudo simplr consistat in actu voluntatis qui dicitur fructio. Videtur q non. nam non habes caritatē si nude videat essentiaz diuinaz q nō includat cō traditionē pōt ea frui z tamē sine caritate nō pōt esse beat⁹. 15. de trini. c. 19. sola est que diuidit inter filios regni z perditionis. Ad opp⁹ p⁹ de doctrina xpiana. In illa qōne sunt duo articuli. primus ē in quo actu consistit beatitudo. secundus quomō distinguitur fructio beatifica z nō beatifica. Quantum ad primum articulum pono aliquas conclusiones. Prima q in solo actu qui est fructio consistit beatitudo patet. qz beatitudo ē in voluntate z i amore. sed frui ē amore inherere propter se ipsum. 8. qd. Secunda conclusio q nō in omni fructione consistit beatitudo patet. naz nō ē in actu concupiscentie. et rō est qz licet ille posset esse bonus si sit debite circumstancionatus. tamen nō ē bonus ex rōne sui vel obiecto qz potest esse immoderatus vt apparet per Aug. octuagintatruuz qōnum. q. 30. peruersitas est in vtendo fruendis. Item in secūdo dicitur ē angelum peccasse imoderate concupiscendo sibi obiectum beatificum vt vult Aug. de casu diaboli. 6. c. Tertia conclusio q frui ē amor amicitie patet. qz frui est inherere alicui propter se ipm sed amicitia vera est amare aliquem propter se ipsum. 8. et bicoz. 8. qd. Quarta conclusio q beatitudo non consistit in aliquo velle amons concupiscentie. hec patet per secundam conclusionem. ibi habes q quadruplex est actus voluntatis tm̄ in genere scz velle z nolle. velle dupliciter. aut propter se qd est amor concupiscentie. i. q homo magis se amet q deuz. aut propter volitum z ille ē amor pudicie vel amicitie. vbi habes q amor habitantis fit amor fruentis sic intelligendo q ideo qz amor meus habitat in deo z habet in illo terminum idest q non per alterum diligo deum. sed ex magno amore in deo habitanti me morti exponere tunc fruor illo

Quantum ad secundum articulum quomodo distinguantur fructio beatifica z non beatifica. Est opinio communis Thomae q nō differunt specie. sed secunduz magis z minus. nec tm̄ sequitur q vator sit beatus licet fruatur qz beatitudo imponitur ad significandum in gradu determinato z a natura specifica sicut fundamento. et ideo fundamento potest dici frui. sed non dici beatus. Opinio propria q differunt specie z se ipsis formaliter. sed a causis vel ab habitudine ad causas causaliter. ibi habes q ponēdo q intellectus ē cā partialis volitōis vl̄ tm̄ cā sine qua nō. nō pōt saluari

q fructio viatoris z visio beati differāt specie sicut pōt saluari vocationes in specie distingui penes obiecta licet obiectum sit tm̄ cā sine qua non. Nota in hac materia q visio pertinet ad intellectus fructio ad voluntatē. securitas ad vtrūqz. Ad argumentuz in principio dicitur q si sine caritate quis videret deum non haberet fructiōnem supernaturalez qz nec actū aliquē primū supernaturalē z esse pcedit agere. nec per consequens habet frui beatificum.

Sexta questio quadragesimenone

distinctionis vbi queritur vtrum ad essentiam beatitudinis pertineat securitas. Videtur q sic s³ Aug. 13. de trini. c. 8. Ad oppositum p⁹ et bicoz. non ē perfectius eo qd diuinus. exemplificat de albo vnus diei z vni⁹ anni. 8. securitas non pertinet ad beatitudinē. In ista questione ponit duos articulos. vnus de questio. secundus de causa illius securitatis.

Quantum ad primum articulum est determinatio doctorum sancte scripture vt Mathei. 25. Ibi iusti in vitam eternam. et Mathei. 18. erunt sicut angeli dei. Et in psalmo. In secula laudabunt te. non possunt in seculuz laudare nisi sint perpetui z immortales. Item Augustinus. 13. de trinitate. c. 8. Beata vita esse non potest nisi sit immortalis. Quantum ad secundum articulum scilicet de causa perpetuitatis. Prima opinio est circa hoc sancti Thomae in 4. distinctione. 16. q. 2. articulo. 3. ad tertiam questionem. q ex se formaliter est perpetua. Arguit Scotus pro ista opinione. et improbat eam. et quoad hoc ponit vnam conclusionem q nihil aliud a deo est formaliter necesse esse. Secunda opinio est Denrici que fuit recitata in primo libro distinctione prima questione quarta. quere ibi z eius reprobationez. Conclusio Scoti q licet intellectus necessitate naturali videat obiectum presens voluntas tamen non sequitur vel non necessario fruatur. hoc iam probatum fuit in primo. Tertia opinio eius Thomae q ideo necessitatur q intellectus necessario determinatur ad videndum ex lumine glorie. et voluntas determinatur necessario ad fruendum ex caritate consumata. improbat. Sed aliquis diceret ergo vnde erit ista securitas beatorum. Dicitur q causa huius perpetuitatis non est forma beatitudinis quasi per ipsam beatitudo sit formaliter necessaria. nec natura potentiarum istarum quasi contra obiectum necessario perpetuo operetur. nec ē habit⁹ in potentis quasi necessario determinet potentias ad perpetuo operandum. Sed est ex sola voluntate diuina que sic perfecte talem naturam intente ita conseruat in tali perfectione perpetuo. Et hec est intentio

doctoris. Alii dicunt qz in tali visione deus semp aliquid influit
 z qz nō stat sine illo influm. igitur nec sine securitate. S; frācisc^o
 reprobat hoc. Dicit alius qz deus ē cā totalis beatitudinis. z qz ē
 cā infallibilis sunt securi qz beatitudo erit infallibilis. Et bec ē bo
 na opinio non deuiando ab intentione Scoti. Sed hic est mag
 num dubium quomō Michael beatus erit impeccabilis. naz per
 nihil intrinsecuz sibi habet qn ptingenter fruitor z p pns pōt nō
 fru. et sic peccare qd ē ctra Aug. in enbelidion. Respondet cuz
 Scoto qz beatus in sensu pposito idest beatus qz peccet z qz sit be
 atus nō pōt stare. qz iam nō esset beatus. S; in sensu diuisionis
 qz manens beatus nō habeat potentiam z possibilitatē ad peccā
 dum. intelligitur dupliciter. vel per aliquid sibi intrinsecum qd ex
 cludat potentiaz tales. vel per causas extrinsecas. ideo dico qz nō
 est cā intrinseca in Michaele ad hoc qz nō possit peccare. sed ē cā
 extrinseca scz voluntas diuina. Exēpluz. si oculus dispositus non
 videt a remotis nō est a cā intrinseca sui. sed ab extrinseca idest a
 distantia vel ab impedimento extrinseco. eodem mō ē in angelo.

Ad argumentum in principio dicitur qz Augustinus accipit
 pro obiecto beatitudinis z non pro actu.

Septima questio quadragesimeno

ne distinctionis vbi queritur vtruz gaudium de obiecto
 beatifico sit de essentia vel pertineat ad essentiaz beatus
 dinis. Videtur qz sic. nam delectatio est boni z optimi. sed beatus
 tudo maxime z essentialiter vnit optimo bono qd nō sit nisi per
 actū fruendi z delectandi. Ad opp^o ad partē intellectiuaz non
 pertinet passiones. delectatio ē passio. igitur. In ista qdne ponit
 opio Thome in .4^o di. 48. q. 1. arti. 3. et Ricardi in .4^o di. eadē
 q. 6. arti. 3. Et isti tenēt qz de essentia beatitudinis ē delectatio. Et
 rōnes ponūt ad hoc. Sed ctra istas arguit sic. Nulla pfectio se
 cunda ē essentialiter beatitudo. sed gaudium seu delectatio ē pfectio
 secunda superueniēs fruitori vel delectationi. probat maior.
 qz beatitudo ē essentialiter se ipsa pfecta qz se ipsa immediate se cō
 iungit fini vltimo z optimo. sed hoc nulli passioni puenit cum sit
 a posteriori passio g^o zcl. Item felicitas ē operatio per se sufficiens
 z perfecta p^o ethicoz. g^o nō indiget delectatione superueniente de
 per se licet bene exsequēt cuz illa delectatio oriatur a principiis
 illius operationis sicut passio a principiis subiecti. Et quo ponit
 opio Scoti qz delectatio nō ē de essentia beatitudinis sicut passio
 nō ē de essentia subiecti. Et bec est opio vera et psona Aristoteli
 10. ethicoz. Ad arg^o in prin^o patet per ea que dicta sunt.

Etava questio quadragesimeno

ne distinctionis vbi queritur vtruz natura humana sit infi
 ma natura beatitudinis capax. Videtur qz nō. naz cause
 inferiores sunt beatitudinis capaces cum tales vltimate quietan
 tur in suis vltimis finibus. g^o beatificantur. Ad opp^o. 14. d
 trini. c. 10. Ad istam qdne respondet qz sic vt patet prima ad
 Corinth. 13. Sed est dubium an hoc possit rōne naturali probari
 est prima opinio pbōz qz nō pōt rōne naturali probari. naz s; p
 pbōs nō possumus rōne naturali pbare deuz posse a nobis cog
 nosci nisi in effectibus z in generali. Secunda opinio propria qz
 rōne naturali pōt probari naturaz humanaz esse capacē beatus
 dinis. Et bec sit prima conclusio. vbi etiaz habes qz ens in quantum
 ens ē obiectū intellect^o nostri. Itē habes qz naturali rōne pōt vi
 deri vel ostendi qz deus pōt ab intellectu humano clare videri.
 Secunda conclusio qz nulla natura inferior natura humana ē sub
 iectum beatitudinis cum tales nature careant rōne p pns volun
 tate. Tertia conclusio qz aliqua natura inferior natura humana est
 s; quid beatificabilis vt sensus attingēs suū obiectum. Quarta
 conclusio qz nec lapis nec aliquid aliud ab hoīe inferior eo vt vide
 licet lapis existens in centro. nec ignis in spera sua dicunt aliquo
 modo beatificari. z cā est qz vbi nō est ratio nō est capacitas bea
 titudinis. Ad arg^o in principio dicit qz licet quietentur non tam
 men beatificantur cum ratione careant.

Ona questio quadragesimenone

distinctionis vbi queritur vtruz oēs hoīes de necessitate sū
 me appetant beatitudinem. Videtur qz non. nam igno
 rum nō pōt appeti s; Aug. 2^o de ciui. dei. sed vltimus finis nō
 ē notus patet qz de illo sunt ctrae opiniones p^o ethicoz. g^o zcl.
 Ad opp^o est Aug. 13. de trini. c. 8. beati oēs volunt esse. Item
 in eodem li. habetur. c. 5. qz oēs ardentissime hoc appetūt. In
 ista qdne primo distinguit de appetitu naturali z libero. z s; b^o
 ponentur duo articuli. prim^o responsiuus qdnis. secund^o an velle
 libero oēs de necessitate velint beatitudinē. Quantum ad pri
 mum articulum ponūtur aliquae conclusiones. quarum prima ē qz ap
 petitus naturalis nō ē aliquis actus elicitus. sed ē sola inclinatio
 naturalis. Secunda conclusio qz appetitu naturali oīa sūme z de ne
 cessitate appetūt beatitudinē nec possunt nō appetere. Tertia cō
 clusio qz appetitus naturalis ē respectu beatitudinis in particula
 ri. Itē qz licet appetitus naturalis nō sit in potestate hoīis imo illo

necessitatur homo ad bonum tamen actus elicitus a voluntate bene est in potestate hominis. et primo nec meremur nec demeremur sed bene secundo. **Quantum ad 2^o articulum ubi querit an velle libero oēs de necessitate velint beatitudinem.** Est opinio prima Deici qdlibeto. 3. q. 17. q. voluntas summe et de necessitate vult tali modo velle beatitudinem in vni potest tñ nō velle in particulari. Secunda opinio propria q. voluntas vult beatitudinem in vni et in particulari. tamen suam beatitudinem magis in deo q. in alio esse vult. verum non de necessitate vult qz potest non velle. ibi habet q. inclinatio naturalis plus inclinat voluntatem q. quicquid habet. **Etiā hēs ibi vni valde notādū q. dilectio beatitudinis ē naturalis qz vniformis appetitui naturali. nō ē deo naturalis qz nō naturaliter sed libere elicitur.** Nota q. ibi arguit duplici argumento Aug. ex eius dicto q. nō possumus velle miseriam et q. de necessitate volum⁹ beatitudinem. sed hoc iā prima distinctione primi positus fuit et responsus. S; hic respondet q. nec de necessitate volum⁹ miseriam nec de necessitate volumus beatitudinem. sed vtrūqz possumus suspendere per quoddam non velle. nec sequitur ista consequentia. non volo de necessitate miseriam; nolo de necessitate miseriam. Et si obiicitur nō auferitur necessario actus a potestate nisi qz habet necessario suus oppositus. et ita si nō potest velle miseriam habet semp nolle miseriam. Respondet q. illa nō ē cā. s; cā ē ex parte obiecti ad actus. qz scz miseria nō potest esse obiectus volitionis nec beatitudo nolitionis. stat tamē libertas ex parte voluntatis. et hoc intellige quantum ad electionem. **Ad arg^o opinionis duz dicit q. necessario est volitum in quo non est defectus boni. ibi negat vnde vt dictum ē potest suspendere et velle et nolle per quoddam nō velle.** In prima rōne principalis argumētū nota q. appetitus naturalis beatitudinis permanet siue cogatur de beatitudine siue nō. sed nō appetitus liber. Nota in 2^o principali de damnatis ubi notantur duo. primus q. in eis semper manet appetitus naturalis beatitudinis vt tñ in eis fuit naturaliter inditus. nā s; Anselmū in eis remanserunt oīa naturalia integra. 2^o q. possunt habere elicitam dilectionem beatitudinis licet eis impossibilis. et immoderati⁹ q. iusti qz soluz rōne modi. nō enīz habēt dilectionem efficacem que ē tñ respectu possibilis. sed conditionales que potest esse respectu impossibilis. Nota q. in principio facit vnuz arg^o sic q. si oēs de necessitate appetunt beatitudinem in appetendo illam nō esset merituz postea natura ad illud inclinat. ad hoc dicit Ricardus li. 4. in presenti parti. 2^o q. 5. q. solū dilectio habet rōnem meriti respectu finis in particulari et nō in vni. Improbat Scot⁹ ostēdēs q. vtrōbiqz ē meritū

aliter dicit q. respectu finis est meritum vt habet rationem boni nō tñ vt habet rōnem modi. **Ad arg^o in prin^o dicit q. illud intelligitur de felicitate politica non autem de felicitate eterna.**

Decima questio quadragesimo

ne distinctionis ubi queritur vtrum omnia que appetuntur appetuntur propter beatitudinem. Arguit q. sic. primo auctoritate Augustini. 14. de ciui. dei. 2^o c. q. si non cognosceremus beatitudinem quomodo ordinaremus media ad illam. In oppositum arguit dupliciter. primo ex cognitione quia null⁹ cognoscit beatitudinem. ergo nec ordinat aliquid ad illam. Secundo quia tunc essent duo actus in voluntate simul scz frui et vti. In illa questione primitus distinguit de duplici appetitu scz naturali et libero. ubi ponit aliquas conclusiones. Prima est q. loquendo de appetitu naturali oportet q. appetat media illa que appetit in ordine ad beatitudinem. Et ratio est quia in hanc aut solum aut precipue tendit. Secunda conclusio q. de appetitu libero dicit q. non oportet q. appetat illa que appetit in ordine ad beatitudinem ideo potest appetere negatiue et contrarie se habens ad beatitudinem. probat q. negatiue quia est defectus cognitionis beatitudinis. Contrarie patet qz quis potest peccare mortaliter. **Ad arg^o dicit q. primū appetibile ē cā oīm appetibilium nō tñ de necessitate p. respectū ad potētiā nisi esset potentia naturalis.** Ad 2^o q. nō cognoscens nō vult propter ens ad finem loquendo contrarie sed bene negatiue. Ad primū partis opposite dicit q. verum est de appetitu libero nō tñ naturali qui nō sequitur cognitionem. Ad 2^o dicitur sub dubio an eodē actu diligatur finis et ens ad finem. nec reputat inconueniens in voluntate duos esse actus scz frui et vti.

Decima questio quadragesime

ne distinctionis ubi queritur vtrum homo ex puris naturalibus possit consequi beatitudinem. Et arguit q. sic quod duplici medio. primū sumit ex pfectōe nature et opib⁹ ei⁹. Et hoc probat triplici p^o opando naturā ad motū stellarū. 2^o opando intelligentiā ad sensus. 3^o opando sensus ad suam pfectionem. Scdm modū sumit opando potētiā passiuā actiue. 3^o opando voluntatem habitū et beatitudini. 4^o opando minores pfectionem maiori. In opp^o arguit ad Ro. 6. gracia dei vita eterna. g^o nō ē a natura. In ista qōne ē conclusio certa q. nemo ex puris naturalibus potest consequi beatitudinem. et h^o probat triplici medio duoz doctorū. s. Ricardus et Thome in pñti distinctione. Primū sumit ex hoc qd cognituz

est in cognoscente iuxta cognoscentis modum. et est Ricardi in presenti di. q. 6. arti. 1. Secundum sumitur ex hoc quod cognitum est in cognoscente per modum informantis. et est Denrici quodlibeto. 3. et quodlibeto. 4. q. 7. Tertium sumitur ex proportione cogniti ad cognoscentem. et est Thome in. 4. di. 49. q. 2. arti. 6. Sed doctor improbat primam rationem licet enim deus cognitus sit in cognoscente aut per speciem habitam vel per actum. non oportet tamen quod penitus habeat similem modum essendi sufficit proportio actiui ad passiuum que est cum magna difficultate. sed non requiritur equalitas aut proportio geometrica que est quod creatura multoties replicata vel eius perfectiones replicate excedant deum. Ad secundam que est scilicet doctoris dicit quod destruit se ipsam aut enim habet maiorem falsam negando speciem in intellectu. aut minorem falsam ponendo speciem in intellectu. Ad tertiam respondet quod dicitur per philosophum de sensu et sensato quod inter potentiam cognitiuam et deum est proportio cognoscentis et cognoscibilis que vocatur proportio vitalis immutationis alioquin deus cognosci non posset. Sed responsio doctoris ad quod non est cum duabus conclusionibus. Prima conclusio quod natura humana est immediatum susceptiuum beatitudinis probatur. quia nec mediante aliqua natura. nec mediante habitu suscipit. hanc conclusionem roborat ex eo quod perfectissima perfectio hominis est beatitudo. Secunda conclusio quod anima humana non est sufficienter actiua ad videndum deum patet. quia nec continet deum nec aliquid in quo sit vehementer contentum quod tamen requiritur. Ex quibus inferunt quod anima ex parte receptiui nihil requirit ante beatitudinem. sed si aliquid requirit hoc est propter operationem aut ex parte obiecti in memoria lumine glorie et in intelligentia et caritate et voluntate. et quantum non sit necesse de duobus primis tamen videtur ponenda caritas. et sic dicit apostolus. non credo ibi lumem glorie. Ad primum dicit quod natura dedit homini potentias receptiuas non tamen totam dispositiuam. nec est simile de sensu qui est organicus. intellectus vero non. sed totum esse eius complectitur et plus. et sensus est capax tantum sensibilis. intellectus vero sensibilis et intelligibilis. Ad secundum dicit quod cuiuslibet potentie passive correspondet actiua aut creata aut increata. nec aliter philosophus posuit. probat hoc de anima intellectiua tamen differenter ipse et nos. Ad aliud distinguit de potentia propinqua et remota. et de habitu glorie requisiti in intellectu si est actiuus. non autem si est passiuus. Ad 4. dicit quod aliquam perfectior inferior est contenta in superiori perfectione aliquam non.

Undecima questio quadragesima

none distinctionis ubi queritur utrum homo in vita mortali possit consequi beatitudinem. Et dicit quod sic. et probat quadrupliciter. primo exemplo christi. 2. exemplo Pauli. 3. ex parte corporis quod non

suscipit beatitudinem sed anima. 4. ex appetitu naturalis beatitudinis. 5. ex parte cognitionis deum immediate attingentis in via. In oppositum arguit auctoritate Augustini. 13. de trinitate. et Exodi. 33. In principio solutionis distinguit duplicem intellectum quod nonis. Primum est intelligendo quod homo ex actibus quos modo experimur posset beatificari. et hoc modo posuisset philosophus. improbat. tum ratione entis quod est obiectum adequatum intellectui. tum ex cognitione intuitiua que etiam in sensu reperitur et a fortiori in intellectu respectu obiecti nobilissimi. Alius intellectus quod nonis hoc est si ex aliis actibus quod experimur posset beatificari. et hoc modo diceret quod nulla est repugnancia. primo ex parte agentis scilicet omnipotentis dei. 2. nec simpliciter ex parte hominis cuius sit beatificabilis. 3. dicit quod repugnat 3. quid in quantum beatitudo est opposita mortalitati non quidem formaliter sed virtualiter. sicut effectus opponitur cause. reliqui effectus sunt eo quia anima non beatificatur sine corpore propter ordinem. Et si dicat quod idem potest esse obiectum beatificum hic et in patria. imo etiam respiciet quod ydemptitas materialis obiecti non obstat propter diuersitatem statuum et actuum intuitiui et abstractiui. Sed aliquis hic quereret qui erunt illi qui gloriam paradisi habere poterint vel percipient. dicit quod beatitudo paradisi celestis a nemine extra ecclesiam posito percipitur de consuetudine. di. 4. ecclesia paradiso. nam beatitudo est reuelatio glorie magni dei et saluatoris domini nostri Iesu christi de pe. di. 1. ois qui non diligit. Ad primam rationem de christo. 2. de Paulo dico quod si fuerunt beati vel consecuti sunt beatitudinem hoc fuit miraculose. Ad 3. dicit quod corpus productum est effectus cui beatitudo repugnat in via. Ad 4. dicit quod naturaliter potest mors appeti in quantum impedit beatitudinem que appetitur naturaliter. Ad 5. dicit quod deus cognoscitur in corde et confuse in via. beatitudo autem consistit in clara cognitione et dilectione correspondente. ex hoc patet quod anima appetit unum corpus immortali propter duo scilicet propter operationem anime perfectiorem et ut corpus perficiatur suo modo scilicet esse primo.

Decimatercia questio quadragesima

menone distinctionis ubi queritur utrum corpus hominis beati post resurrectionem erit impassibile. Conclusio sua est quod sic. et rationes ad hoc ponit. consequenter inquit de causa huius incorruptibilitatis ubi ostendit quod causa incorruptibilitatis non est propter hoc quod qualitas consequens mixtum non maneat. nec propter hoc quod ille qualitates non maneant contrarie. ubi nota qualiter debet intelligi. contraria nata sunt fieri circa idem. et debet in

telligi circa idem subiectum. ibi ponitur vna ratio & causa huius incorruptionis potest esse equalitas qualitatum in corpore secundum abilitates. improbat hoc. prima opinio est Thomae in. 4. di. 44. arti. 1. & causa incorruptionis est anima que tunc perfecte dominabitur suo corpori. improbat opinionem. Secunda opinio est & causa incorruptionis est deus. arguit pro & contra et est Derrici quodlibeto. 9. q. 16. Tertia opinio est causa huius est cessatio motus celestis et est opinio philosophorum. arguit et improbat. Quarta opinio propria est voluntas diuina est causa non coagens cause secunde ad corruptionem huius. improbat suam opinionem et soluit in solutione prime instantie. nota est deus potest non inesse realiter persone dotate ubi habes & beatus habet ius in ista dote. In solutione rationis prime opinionis nota quomodo corpus subditur anime. In solutione rationis tertie opinionis nota de primitate motus celi ad alios motus. et quod alii motus possunt esse sine illo. In solutione prime rationis principalis nota est celum est sensibile non aliqua qualitate sensitua efficiendo. sed tactui resistendo. In solutione secunde rationis nota quomodo sensus beati erunt in actu sine corruptiua immutatione organi. ubi ponitur opinio Thomae in. 4. di. 44. q. 2. articulo. 1. ad tertiam et quartam questionum. In solutione tertie rationis nota quomodo elementa perpetuo erunt in corpore beati nec tamen est simpliciter violentus. ibi habes de violento secundum quid et simpliciter naturali et reuerso.

Ecima quarta questio quadragesi

menone distinctionis ubi queritur utrum corpora beatorum erunt agibilia. In ista questione veritas est clara per apostolum prima ad Corinthios. 15. Seminatur corpus animale surget corpus spirituale. seminatur in infirmitate surget in virtute. seminatur in ignobilitate surget in gloria. Item Sapientia. 3. Fulgebunt iusti et et Iudas et assumunt pennas ut aquile et volabunt et non deficient. current et non laborabunt. Sed dubium est qualis sit deus agilitatis et deumuniter est quedam qualitas qua facilius mouetur corpus siue illud quod facit proportionem motoris ad mobile auferens grauitatem per Augustinum. 22. de ciui. dei. c. 5. dico igitur aliter est agilitas nihil aliud est nisi potentia motiua anime cui inest primo et per se licet alicui parti corporis insit per se sed non primo. Ex quibus habetur est duo requiruntur ad agibilitatem scilicet virtus ex parte anime. et dispositio ex parte corporis. Dicit vltimus est preter illud mouendi modum quo mouet anima corpus organice potest sibi in esse alius motus qui dicitur non organicus in quo motu non mo

uebitur vna pars post alteram sed totum corpus simul sicut angeli mouentur. et hoc modo post resurrectionem corpora glorificata mouebuntur quia volabunt et non deficient. Sed est dubium an sit eadem vis cum illa qua mouetur modo corpus. respondet primo est sic quia pluralitas sine causa non est ponenda. et hoc sufficit remotis impedimentis ut est vis organica. secundo dicit si hoc non placet dicatur est in anima separata de nouo illa vis infundatur. sed tunc non erit eadem natura. tertio dicit aliter potest dici est illa vis alia ab organica est modo in nobis sed quiescit. Sed est dubium que dispositio vel que qualitas erit in corpore per quas corpus moueatur totum simul et non pars post partem. erit ne alia qualitas est illa quas modo tenet vel erit istamet quam modo tenet. Et ibi ponit opinionem dicentium aliam poni qualitates in corpore qua auferatur grauitas corporis. et est opinio Ricardi in presenti distinctione. q. 7. articulo. 4. improbat quadrupliciter. ideo dicit doctor est non oportet aliquid supernaturale poni in anima vel corpore propter talem agilitatem. sed solum intendi virtutem anime et in corpore est sit duplex impedimentum remotum. primum iunctura organorum. secundum fumositates capitis et humores corporis. Ibi habes vnum correlarium gratum est sancti sic stabunt in celo erecti et non sedentes. Item ponit est cessatio motus celi non erit causa cessationis aliorum. Item notat est non erit tempus tunc. Item dicit est per agilitatem rapiuntur sancti obuiam christo. In tertia responsione dicit est non minuetur beatitudo accidentaliter beatorum. sed aliquando recedent corporaliter a presentia christi. In quarta responsione dicit est beati non habebunt omnem perfectionem.

Ecima quinta questio quadragesi

menone distinctionis ubi queritur utrum corpus gloriosum erit post resurrectionem clarum. Dicunt dicit omnes theologici est corpora beatorum erunt clara ut patet in scriptura. Fulgebunt iusti sicut sol. sed modus non est clarus ideo dicit est vnus modus sufficit. et dicit est claritas non est nisi quedam relucencia super illud quod lucet id est super colorem. et addit quandam manifestationem eo modo quo dicitur clara veritas et clara intellectio. vnde non solum veritas sed clara intellectio scire manifestat. color ergo corporis erit clarus secundum gradus complexionis sue et statim est erit de se erit manifestatiua quia deus non auferit a colore secundum gradum complexionis sue. sicut nec qualitates quibus correspondent complexionem. et hoc fiet per diuersitatem meritorum. Et sicut ex

coniunctione diuersorum colorum vnus color est delectabilis vni
 z alius alteri. Sic in eadez plexione habebit maiorē claritatē co
 loz sꝑ̄ maiora merita. ita q̄ oēs colores erūt delectabiles sꝑ̄ di
 uersitatē z proportionē. Dico autē sꝑ̄ merita q̄ sicut beatus vides
 bit clarius deum in aīa sic corpus videbitur clarius. dico ergo q̄
 claritas non est nisi perfectio coloris conuenientis isti corpori sꝑ̄
 plexionē. sicut stella differt a stella in claritate. z alia claritas so
 lis. alia lune z alia stellarum. sic resurrectio mortuoz. Sꝑ̄ corpꝑ̄ be
 ati erit susceptiuū tā coloris q̄ lucis dī q̄ sic. Sꝑ̄ corpus beati erit
 solidum sicut cristallus. aliqui dicunt q̄ sic. alii q̄ erit porosus ita
 q̄ per poros erit visibile oculis z per illos poros poterit multipli
 cari species vsq; ad oculū beati. vel si talis multiplicatio species
 rum ibi nō sit possibilis dicemus cum Gregorio q̄ mētali z intui
 tiua visione poterit videri. armonia corporis beati. Sꝑ̄ Gregoriꝑ̄
 dicit q̄ corpora beatoz sunt perspicua rōne poroz. Sꝑ̄ corpꝑ̄ bea
 ti potest videri ab oculo corporali dicit q̄ nō videt quin aliquā
 visionē claritatis possit habere saltez perceptionē in raptu que est
 quedam actio z imutatio nō q̄ sit realis sed intentionalis. licz gꝑ̄
 non posset videre istam claritatem corporis gloriosi tamē aliquā
 perceptionem subitam z imutationē posset. sicut percipio clanta
 tem solis licet non videam solem q̄ substantia non videtur. et sic
 discipuli in trāsfignatione viderunt claritatem licet non substan
 tiam corporis xp̄i. Et hec est intentio Scoti. sed Ricardus in pre
 senti distinctione. q. 6. dicit q̄ oculus non glorificatus nō potest
 aliquo modo videre corpus glorificatum. sed doctor improbat.
 Dicunt alii q̄ aīa potest abscondere claritatem corporis vt patet
 de xp̄o duz apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus. sed
 dicit doctor q̄ illud non est ad imperium aīe. sed si aīa facit. facit
 virtute diuina. et sic xp̄us mediante voluntate diuina manifesta
 bat quibus volebat claritatem z occultabat quibus volebat. Sꝑ̄
 in transfiguratione quid ostendit xp̄us discipulis colorem vel cla
 ritatem vel lucez. dico q̄ deus potuit causare in xp̄o z in aliis ad
 libitum visionem alterius qualitatis ac si illa qualitas illi corpo
 ri inffet sicut voluit ostendere illis nec fuit illusio quia non crede
 rent in se esse tale quale ostenditur. vel si crederent q̄ ibi erat verꝑ̄
 color non erat error in via moz secundum Aug. non enim est in
 conueniens si credat verum esse colorem quod non est verus co
 lor. Sicut non esset error si quis crederet ire per illam viam per
 quam non vadit. si tamen per illam veniret ad terminum. Simi
 liter nulla est deceptio si credat esse talem colorem postq̄ ille dus
 cat ad terminum cognitionis corporis gloriosi.

Decima sexta questio quadragesime

nonne distinctionis vbi queritur vtrum corpus beati possit
 resurrectionē per dotē subtilitatis possit simul esse cū alio
 corpore. In illa q̄dōne ē veritas a theologis concessa q̄ sic. Sed in
 principio ponitur opinio pb̄d̄z dicentiuꝝ q̄ per nullam potētiaz
 possunt duo corpora esse in eodem loco. Et probāt quinq; rōnibꝑ̄
 bus. Et veniendo ad punctum q̄dōnis hic ē vna fictio q̄ ad hꝑ̄ q̄
 plura corpora possint simul esse dicit q̄ aīa beata figurat corpus
 propriuz in tam parua quātitate q̄ pōt per poros alterius corpo
 ris intrare et sic penetrabit q̄d̄cūq; corpus. hec ē opio Durādī li.
 4. sententiaz di. 44. obicit p̄tra hūc modū triplici testimonio. s.
 xp̄i. in natiuitate qui ex virgine clausa exiuit sine aperitione. in re
 surrectione sine lapidis āmotione. in apparitione sine ianuarum
 clausarum aperitione. Dimissis his est opinio theologoz q̄ cor
 pora beatoz possunt esse cum alio corpore virtute alicuius forme
 inexistens. z ē Ricardi di. presenti. q. 5. opinione sc̄da. z hāc pro
 bat quinq; rōnibus. Secunda opinio ē Petri de tarentasia p̄nti
 di. p̄blemate 4. q. 3. q̄ corpora nō possunt esse simul. p̄pter gros
 ficiem. sed hanc tollit subtilitas dotis. improbat hūc modū sex rō
 nibꝑ̄ sumptis a beato Thoma di. 44. q. 2. arti. 2. ad secundaz
 questiunculas. Cōsequēter exēplificat modū positionis Thome
 de esse distincto q̄to per sitūz distinctūz per requisitam aīe diuersi
 tatem materie sꝑ̄ causas naturalem creatam. Aliud tamē est sꝑ̄
 causam increatam. z est Thome ibidem in 4. Sꝑ̄ doctor impro
 bat triplici rōne. Tūc ponit quartaz opinionē que ē Denrici q̄d̄
 libeto. 9. q. vlti. que in hꝑ̄ fundatur q̄ deus pōt facere prius sine
 posteriori. z sic quantitatem sine situ. Quinta opinio ē Godofre
 di de fontibus q̄d̄libeto. 6. q. 5. q̄ corpora possunt esse in eodem
 loco sed non localiter. improbat dicendo q̄ ē in loco sibi equali.
 Tūc veniendo ad questionem diuidit eam in tres articulos sꝑ̄
 quos sꝑ̄ Scoti intentionē tres ponunt cōclusiones. Prima q̄ est
 possibile duo corpora esse simul. probat q̄ nō est distinctio forma
 lis quantitatis ad quantum sed sola virtualis. Secunda cōclusio
 q̄ rō huius possibilitatis ē per dotē subtilitatis. vel ex eo q̄ talis
 aīa tale corpus informat. Tertia cōclusio q̄ ista possibilitas nō est
 equalitas absoluta in corpore beato sine quātitate. sed dico q̄ nō
 oportet q̄ aliqua repugnantia inueniatur ibi ex parte quātitatis
 per modū actionis ad quā ordinatur qualitas. Dico ergo z cer
 tūz habeo q̄ in corpore beato ē dos impassibilitatis z subtilitatis
 et sicut dos impassibilitatis erat ibi extrinseca vt aliquod agens

non posset agere in illud actione contraria. sic dos subtilitatis nō est nisi ordo debitus ad existendum simul cum isto corpore qui est ordo extrinsecus nō intrinsecus formaliter. Dicit quidam hic q̄ ideo duo corpora non possunt esse simul. 4.º pbicoz. qz corpus ē in loco circumscriptive et occupat illuz locum. et ē in loco sibi equali et propter hoc vnum corpus non potest stare cum altero in eodē loco. sed cuz omnia ista per dotem subtilitatis remoueantur ideo q̄ vnum corpus sit cum altero non habet vnde prohibeatur.

Intra distinctionem quinquagesimam

et ultimam queritur vtruz damnati vel quicumqz alii possint s̄ rectam rationem ad fugiendam miseriam appetere nō esse. Et arguit triplici auctoritate. prima Mathei. 26 de Iuda vbi dicitur bonū esset ei si natus nō fuisset. Secūda. 3. etbicoz de delectabili qz carentia mali est delectabilis. tertia Anselmi in li. Cur deus homo. vbi dicitur q̄ melius esset anibilari q̄ peccare In oppositum arguit triplici ratione sumpta ab Aug. 3.º de libero arbitrio. prima sumitur ex ratione nihilitatis. secūda ex defectu bonitatis. tertia ex respectu ad finē. Soluēdo q̄d nē predistinguit duplicem miseriam scilz miseriam pene. et miseriam culpe. secūdo ponit tres opiniones. et tertio ponit primam. Prima opinio Ricardi di. presenti in principali questione ibi dicit q̄ de malo pene pmo q̄ non debet appeti non esse. et illud probatur dupliciter. primo ex parte maioris mali et minoris mali. secūdo ex maiori et minori perfectione. Secūda opinio eiusdem Ricardi ibidem. et dicit idem de malo culpe. et probat eisdem rationib⁹. Opinio tertia eiusdem Ricardi vbi supra que est prima in opinione licet nō in conclusionē. et dicit q̄ magis appetendus est non esse q̄ esse in culpa. probat tripliciter. primo quia culpa est contra deum. secūdo quia est carentia voti debiti. tertio quia est malum simpliciter improbat primo primam opinionem ex vniuersitate rationū contra vt ūqz malū. secūdo improbat rationes tertiē opinionis. primo primaz q̄ non arguit ceteris partibus. Ad secundaz per idēz Ad tertiāz eodē mō. vel dicatur q̄ peccatū huius nō ē malū simpliciter. nec ē idēz vtr̄ vniuerso sed peccanti. nec aliquid tollit deo intrinsecum. alioquin deberent maxime nolle peccatum. Rursus s̄ hoc quilibet deberet magis appetere nō esse q̄ q̄ aliquis peccaret mortaliter q̄d est falsum. Opinio propria que consistit i duabus conclusionibus. Prima conclusio est de malo pene q̄ propter fugam mali pene nullus s̄ rectā rōnē pōt v̄l debet appetere nō esse. et pbat duabus rōnib⁹. naz pena ē bonū et iusta. nō esse nō ē

bonum nec iustum. ergo qd̄. secūda sumitur ex appetitu naturali consono bonitati diuine qz oēs naturaliter appetim⁹ esse. et meli⁹ est esse et esse dānatuz q̄ nō esse. naz melius ē esse aliquid q̄ nihil tamen non esse dicit nihil. Secūda conclusio q̄ propter malū culpe pōt appeti nō esse. et declarat hoc qd̄ ē valde notanduz. Et nota q̄ voluntas pōt comparari ad nō esse vt voluntas ē cā non esse p se. et tūc questio ē nulla qz voluntas non ē cā anihilationis per se. si intelligatur q̄ ē cā anihilationis. i. q̄ vellet nō esse si posset se anihilare etiaz qd̄ nulla ē. sed debet intelligi q̄ pōt appetere nō esse idest q̄ sustineret hoc nō volēs nec fugēs nec repugnās si de⁹ sibi daret cū min⁹ malū sit quodānō bonū. 5. etbicoz. et sic dicit q̄ aliquid appeti qz min⁹ oditur. et tūc h⁹ velle ē nolle qz q̄ sunt duo mala in eliciendo minus maluz ē fugere maius maluz. et isto mō tenetur voluntas nō vitare suum non esse deo anibilante q̄ peccare siue q̄ per culpam deum offendere. Duobus verbis declaro totum. dico q̄ melius debet homo velle a deo nibilari et non esse q̄ peccare et esse contra deum. et hanc conclusionem probat tripliciter. primo ex operatione regule superioris ad regulam inferiorem 2.º ex entitate dei. 3.º ex dicto pbi. 3. et 9. etbicoz dicentis. q̄ quis debet preeligere mortem ante q̄ quid turpe operetur.

Secūda questio quinquagesime

distinctionis vbi queritur vtruz damnati appetant nō esse propter fugiendaz miseriam. Ad istam q̄d nē dicit q̄ obstinati et peruersi quātum ad vtrūqz actuz scz pene et culpe licet duplicat eis culpa in quātum verius nō tñ in quantum culpa precipue demonuz qui semper deo inuidēt iuxta illud psalmiste. Superbia eoruz qui te oderunt ascendit semper. Et ideo propter istā maximaz superbiaz non appetit non esse. Dico tñ s̄ rectaz rōd nem ne aliquis talem actuz eligeret debet sibi plus placere a deo anibilari. sed damnati propter culpam nō appetunt non esse. Si autem qd̄ intelligat. si appetunt nō esse propter vitandaz penas credo q̄ sic appetant qz non esse nō est maluz sicut ab eterno nō fuit malum. sic nec potest esse malum non esse. sed pena et miseria est simplr maluz. sed non esse ē obiectū modi vt in superior q̄d nē fuit dicitur licet sit contra appetitū naturalē qd̄ ē hoc valde notanduz

Tertia questio quinquagesime di

stinctionis vbi queritur vtruz beati videant penas damnatoruz. In ista qd̄e arguit triplr q̄ nō. p.º ex defectu rōis vidēdi qz nec p̄t videre p diuinā essentiā nec p psonas. 2.º qz pene nō bnt ydeaz in deo. 3.º qz nec vidēt nec vellēt videre. In opp⁹ ē

Gregorius in dialogo soluit et distinguit duplicem cognitionem scilicet in genere proprio et in verbo. De prima dicit quod beati non videtur penas damnatorum nec visione sensibili nec intellectuali propter nimiam distantiam. De secunda ad tria dubia tres ponit conclusiones. Primum dubium quid est in deo ratio cognoscendi illas penas. Conclusio quod beati cognoscunt per essentias divinas penas damnatorum cognitione determinata sicut per propriam rationem cognoscendi et videndi. Secundum dubium an pene habeant ydeas in deo. Conclusio quod pene possunt habere ydeas in deo sed non privative. quod declaro sic scilicet Augustinus de tri. c. 4. in fi. dicit quod quidam est cognitio per speciem et quidam per privationem. Cognitio quod fit per speciem similis est illi rei quam novit. Cognitio autem quod fit per privationem non est per similitudinem sed per contrarium et dissimilitudinem. Tunc duplex est pena scilicet pena damni et pena sensus. pena damni est carencia debiti et tristitia de culpa. et hec carencia nihil est. sed per beatitudinem sanctorum cognoscitur privatio damnatorum et ista non habet ydeam in deo. Alia est pena sensus et ista est positiva et ista bene habet ydeam in deo id est habet speciem in deo. Tertium dubium quomodo se habet voluntas beati ad has penas. Conclusio non vult eas absolute sed in quantum placet deo. et dato quod nollet non tristaretur delectatione divine essentie. Ad primum principale dicit quod divina essentia est ratio videndi. et distinguit de duplici indeterminatione scilicet passiva et activa. Ad 2^o patet que pene habeant ydeas et que non. Ad tertium beati volunt eas non absolute sed quia deus vult

Quarta questio quinquagesime di

stinctionis ubi queritur utrum sit equalis pena omnium damnatorum. dicit quod sic quadrupliciter. primo ex parte damni. 2^o ex parte ignis. 3^o quod si non tunc peiores haberent plus de bono. 4^o quia si sit inequalitas magis debet esse secundum extensionem quam secundum intensiorem quod est falsum. In oppositum arguit auctoritate Apocalypsis dicentis quantum gloriavit se tantum datur ei tormentum et luctus. Item Isaias. Reddet unicuique secundum opera sua. Solvendo quodnem triplicem distinguit penam scilicet penam damni vermis. et ignis. de qualibet unam ponit conclusionem. De pena damni est talis conclusio. pena damni non equaliter affligit damnatos. probatur quod non debet considerari sola privatio quam damnus significat. sed aptitudo subiecti quam maior fuit in uno quam in alio. patet etiam conclusio ex affectu de modo et ex conatu peccati. De pena vermis est conclusio quod non erit equalis probatur. nam quicumque maiori peccato peccavit plus tristatur non propter peccatum in se. sed propter penam. De pena ignis est conclusio quod non equaliter torquet damnatos sive veniat ex ardore

maiori et minori ignis sive ex complexione damnatorum sive sint mobiles de loco ad locum sive non sive tandem hec divina agat instantia. Ad primum principale ostendit quod privatio potest accipi aut in se et sic est equalis. aut respectu ad subiectum et sic est inequalis. Ad secundum patet ex tertia conclusione. Ad 3^o quod licet maior pena sit maius bonum simpliciter non tamen huic imo quilibet daret libenter alteri partem suam. Ad 4^o quod equalitas pene debet attendi secundum intentionem sicut et peccatum. scilicet perpetuitas est ex libertate divine voluntatis

Quinta questio quinquagesime di

stinctionis ubi queritur utrum beatitudo omnium hominum sit equalis. Arguit quod sic tripliciter. primo ex equalitate damni. 2^o ex equalitate visionis. 3^o auctoritate Augustini super Iobanem Omelia. 46. In oppositum arguit duplici auctoritate. prima Iob. 9. In domo patris mei mansiones multe sunt. 2^o in ps. Reddet unicuique secundum opera sua. Opera sunt inequalia. 6^o 24. Solvendo quodnem ponuntur septem conclusiones. Prima conclusio quod inter beatos erit inequalitas. probatur quod non oportet appetitum liberum conformari appetitui naturali nisi secundum voluntatem divinam. nunc autem ipsa dicitur inequalitatem. Secunda conclusio quod ipsa inequalitas non est ex parte obiecti scilicet ex parte divine essentie. nec ex parte rationis divine essentie. nec ex parte infinitatis eius quod omnes illas infinitatem videbunt. Tertia conclusio quod non est ex parte potentie passive nude. quod quilibet natura intellectualis est ad summam perfectionem possibilem. sed bene est quodammodo inequalitas ex potentia disposita ut patet in meritis. Quarta conclusio quod inequalitas est ex parte obiecti in quantum agit secundum voluntatem divinam respectu ad merita. Quinta conclusio quod potest esse inequalitas ex parte voluntatis perfectioris vel minus perfecte caritatis maioris vel minoris conatus fortioris vel minus fortis. Sexta conclusio quod equaliter beati fruuntur deo. Septima conclusio quod licet omnes beati equaliter habeant beatitudinem quantum ad premium essentiale quod est videre deum non tamen quoad premium accidentale quod respicit modum visionis et videndum merita. Sed movetur unum dubium utrum beati equaliter velint bonum suum quod est minus et proximum quod est maius. Respondet quod qui libet beatus preter supremum bonum quod quisque magis quam seipsum debet diligere magis diligit bonum proprium quam alterius. Et ratio est quod omnis caritas bene ordinata a se ipso incipit. Item 9. ethicorum. Amabilia ad alios procedunt ex amabilibus nobis. Sed divina essentia poterit videri oculis corporalibus etiam si illi oculi sint glorificati est intentio Crisostomi in hoc passu quod christi corpus et corpus beate virginis

bene videbuntur. sed q̄ diuinitas oculo corporali etiam glorifica-
to non videbitur. Sed dicit beatus Aug. in li. de vidēdo deum.
q̄ sic videbimus sicut nūc oculi nostri vidēt alicuius vitam. vita
aut nō videtur oculo corporali sicut per se visibile. sed sicut sensi-
bile per accūs qđ quidē a visu non cognoscitur. sed statim cū sen-
su ab aliqua alia virtute cognitiua sc̄ ab intellectu. Qz aut statim
visis corporalibus in x̄po diuina presentia ex eis cognoscatur per
intellectū ex duob⁹ p̄tingit. sc̄ ex persp̄citate intellectus et ex resul-
gentia diuine claritatis in corporibus innouatis. Ad argumēta
Ad primū principale d̄ q̄ ille denari⁹ ē vita que caret principio
et intelligitur de diuina essentia que ex parte sui ē omnium equa-
liter et indifferenter. Ad secundum dicit auctoritatem esse trunca-
tas. vel dic vt in septima conclusione dicitur vel soluit Scotus re-
ferendo arietatem ad intelligibilitatem vel ad obiectum intellē-
tum. Ad 3^o q̄ de aliis nō est par gaudiū intensiue sed extensiue.

Extra questio et vltima quarti sen-

tentiarū vbi querit vtrū beatitudo oīm corporū erit equa-
lis. Et arguit q̄ sic. ex impassibilitate et subtilitate qz oēs
erūt equaliter impassibiles et subtile. S; p̄tra hoc arguit ex dicto
Pauli prima ad Corinth. 15. Soluendo qđ nē dicit p^o de im-
passibilitate. ponit primas cōclusionē q̄ si impassibilitas ē qualitas
positiua in corpore non oīa corpora erūt equaliter impassibilia. Si
nō sit forma positiua sed priuatiua. i. impassibile qđ non pōt
pati. dico q̄ dicit equalitatē qz sicut illud corpus nō est impassibile
nec illud. Secundo de agibilitate d̄ et ponit sc̄da cōclusio q̄ si agi-
bilis dicit equalitatez proportionis tūc oīa corpora sunt equa-
liter agibilia. et habent equalem proportionem ad agibilitatem.
sic intelligendo q̄ quelibet anima est proportionabilis tali corpo-
ri cum tali beatitudine. Si vero dicat equalitatez quantitatis. di-
co q̄ non. Tertio de claritate dicitur q̄ non est dubium q̄ erunt
inequales. et ratio est quia claritas sequitur beatitudinem corpo-
ris. sed non omnes equaliter erunt beati. nec per consequens om-
nes equaliter erunt clari. et hoc apparet per Apostolum secunda
ad Corinth. Alia est claritas solis. alia lune. et sic alia erit clari-
tas huius sancti. et alia illius. Ad argumentum principale patet
per conclusiones. vide eas. Deus igitur omnipotens qui ad fines
huius opusculi nos perduxit ad illam summam paradisi claritas
tem gloriosissime virginis Marie precibus. et sua infinita clemen-
tia adducere dignetur. Qui viuit et regnat per infinita seculorum
secula Amen.

Incipit tabula quarti li. scoti pauperū

Prima distinctio.

Utrū creatura possit hēre aliquā actionē respectu termini creatōis

2. q. Utrū hec sit v̄a distinctio sacramēti. Sacram̄ ē inuisibilis
grē et visibilis forme. hic ponūt tres arti. prim⁹ cuius en-
tis ē distinctio. 2^o si sacri sit distinctio. 3^o dato q̄ sit distinctio q̄ ē illa
3. q. Utrum pro tempore cuiuscunq; legis a deo date debuit
institui aliquod sacramentum.

4. et 5. q. Utrū possibile sit aliquod sacramētum habere causa-
litatez aliquaz actiua; respectu gracie. Quinta qđ vtrū
possibile sit in aliquo sacramēto esse aliquā virtutē sup̄naturales

6. q. Utrū in circumcisione remittebatur peccatum originale.

7. q. Utrū i circūcisōe. et vi circūcisōis p̄ferbat̄ grā. hic ponūt
tres arti. primus an deus de potentia absoluta possit
dimittere peccatum originale absq; collatione gracie. sc̄dus an de-
us de potentia ordinata potuit dimittere originale absq; infusio-
ne gracie. tertius si in circumcisione conferebatur gracia.

8. q. Utrū i lege nature fuit aliqđ sac̄z cōm̄dēs huic circūcisōi
Di. 2. Utrum sint septem sacramenta noue legis.

2. q. Utrū sac̄a noue legis habeāt efficaciaz a passione x̄pi.

3. q. Utrū baptisati baptismo Jobis itēz erāt baptisādi bap-
tismo x̄pi. hic sunt tres arti. primus a quo fuit baptism⁹
Jobis institutus. 2^o ad quid fuit institutus. 3^o q̄ erat eius efficacia

Di. 3. Utrū hec sit vera distinctio baptismi quā magister ponit
sc̄z Baptismus ē institutio. i. ablutio corporis exterior fac-
ta sub forma verborum prescripta. sunt tres articuli. primus cuius
entis sit distinctio. secundus q̄ baptismi est aliqua distinctio. ter-
tius que sit eius ratio distinctiua.

2. q. Utrū sit ista p̄cisa forma baptismi. baptiso te in noīe pa-
tris et filii et spūs sancti. hic sūt tres arti. primus si aliqua
verba sunt forma. secundus que sunt illa verba que sunt forma
baptismi. tertius si illa verba possunt mutari vel variari.

3. q. Utrum sola aqua naturalis pura sit comeniens materie
baptismi. ponit duos articulos. primus questionis respō-
siuus. secundus dubitationum declaratiuus.

4. q. Utrū institutio baptismi euacuauerit circūcisionem. sunt
duo articuli. primus vnde baptismus habeat necessitatē
secundus quo tempore fuit sub p̄cepto et quo tēpore sub p̄silio.

Di. 4. Utrum paruuli sint baptisandi.

2. q. Utrū paruuli baptisati recipiant effectuz baptismi. ponit

tres articulos. primus an paruuli recipiant fidem infusas. 2^o ut recipiant caracterē. 3^o ut recipiant gratiam gratum facientem.

3. q. Utz paruulus possit in vtero matris baptisari.
 4. q. Utz adult^o nō consentiens possit recipere effectus baptismi si nō habz vltz rōnis. sunt tres arti. prim^o de nō consentiente simpli. 2^o de dissentiente. 3^o de nō consentiente negative.
 5. q. Utz adult^o fictus suscipiat grām baptismi. ponit duos arti. prim^o utz fict^o interi^o recipiat rē sacri. 2^o si nō volēs se separare a peccato vel infidelitate recipiat sacm̄ z rez sacramenti
 6. q. Utz iam iustificati teneantur ad susceptionē baptismi. nota de virgine z eius baptismo.
 7. q. Utz oēs baptisati recipiant equaliter effectus baptismi sunt tres articuli. primus si ex parte dei datur maior grā vni q̄ alteri. 2^o si xp̄us in passione se offerebat magis pro vno q̄ pro alio. 3^o si ex parte recipientium sit equalitas.
 8. q. Utz paruuli indeoz sint inuitis parentibus baptisandi
 Di. 5. Utz malicia ministri impediāt p̄ferri vez baptismum.
 2. q. Utz recipēs baptismum sciēt a malo ministro peccet mortali. hic sūt duo arti. prim^o d̄ malo ministro p̄sciso. secundus de malo non p̄sciso.
 3. q. Utz aliquis debeat ministrare baptismus qñ p̄sumitur baptisationē agere i piculuz vite corporal̄ ei^o qui suscepit
 Di. 6. Utruz solus sacerdos possit baptisare. sunt tres articuli. primus q̄ congruum est viatores baptisare. secund^o q̄ ē congruū q̄ sit sacerdos. tern^o q̄ in necessitate quilibz pōt baptisare
 2. q. Utruz vnitas baptismi necessario requirat q̄ ab vno ministro conferatur.
 3. q. Utz baptism^o requirat sit ablutionē z plationē vboruz
 4. q. Utrum teneatur baptisans distingui a baptisato.
 5. q. Utrum in baptisante requiratur intentio.
 6. q. Utrum in baptisante requiratur intentio actualis.
 7. q. Utrum baptismus possit iterari. Et que ē cā quare non
 8. q. Que sit pena iterantium baptismum.
 9. q. Utz i baptismo i primat^o caracter. hic sūt tres arti. prim^o quid i portat noīe caracteris. 2^o si in baptismo i primat^o caracter. 3^o si caracter impressus sit forma delibilis vel indelibilis.
 10. q. Utz caracter sit aliqua forma absoluta vel tm̄ relativa hic sunt duo articuli. primus in quib^o sacramētis i primatur caracter. 2^o si caracter impressus sit forma absoluta.
 xi. q. Utruz caracter sit in essentia ase vt in subiecto proximo.
 Di. 7. Quid sit sacramentum confirmationis.

2. q. Utz sacramētū confirmationis sit necessarius ad salutem sunt tres arti. primus si confirmatio est necessaria ad salutem. secundus si ē necessaria adulto. tertius si p̄supponit baptismū
 3. q. Utz sacm̄ confirmationis sit dign^o baptismo. ponit tres arti. prim^o si i confirmatōe p̄ferat grā gratū faciēs. 2^o si grā baptismi z confirmationis distinguntur. 3^o ē q̄ōnis responsiuus.
 4. q. Utz sacm̄ confirmatōis possit iterari. hic ponit tres arti. prim^o a quo sacramētū confirmationis p̄feratur. 2^o si illud sacramētū iteratur. 3^o qua pena iterans illud sacramētū puniatur
 Di. 8. Utz eucaristia sit sacm̄ noue legis. hic sūt tres arti. primus q̄ eucaristia ē sacm̄ noue legis. 2^o q̄ eucaristia ē sacramētū excellē^o inter sacra noue legis. 3^o si sacm̄ eucaristie ē vnū
 2. q. Utz illa vba que ponuntur in canone misse sint precise forma huius sacramēti. hic sunt tres arti. prim^o q̄ nulla verba sunt de essentia eucaristie. sed bene aliqua vba sunt forma p̄secrationis. 2^o que sunt vba p̄secrationis corporis xp̄i z sanguinis. tertius quid demonstrat hoc pronomen hoc.
 3. q. Utz hoc sacm̄ possit a nō ieiunis celebrari. hic sūt duo arti. prim^o distinctionū positiuus. 2^o q̄ōnis responsiuus.
 Di. 9. Utz ep̄s i pctō mortali peccet mortali sumēdo h^o sacm̄
 Di. 10. Utz possibile sit vez corp^o xp̄i sub spē panis z vini cōtineri realiter. hic sunt tres arti. prim^o quid sit fide tenēdus. 2^o qualiter corp^o xp̄i ē in altari sine sui mutatione veraciter. tertius quomō corp^o xp̄i magnū pōt contineri sub hostia parua.
 2. q. Utz idem corpus possit esse in diuersis locis localiter. hic sunt duo arti. prim^o opintonuz positiuus. secundus objectionum responsiuus z propositionum pro materia contentiuus
 3. q. Utrum corpus xp̄i possit simul esse in celo z in eucaristia nota hic contra infideles.
 4. q. Utz corpori xp̄i naturalī exñti z idez sacramentaliter exisñti necessario insint eedem partes z proprietates. vbi habes quomō corp^o aīa z diuinitas sunt in eucaristia.
 5. q. Utz quelibet actio immanēs que est in xp̄o naturaliter exisñti insit sibi sacramentaliter exisñti in eucaristia.
 6. q. Utz corpori xp̄i i eucaristia exñti possit inesse mot^o corporalis. sūt duo arti. prim^o distinctionū positu^o. 2^o p̄ p̄clones rñsiu^o
 7. q. Utz xp̄s in eucaristia exñs possit p̄ aliquaz v̄tutem naturales transmutare aliq̄ aliud a se. hic sunt duo articuli. in primo ponuntur distinctiones. in secundo conclusiones.
 8. q. Utrum aliquis intellectus creatus possit naturaliter videre exisñtiam xp̄i in eucaristia. Dic sunt duo articuli.

- primus distinctionum posituus. secundus conclusionis declaratiuus.
2. q. Utrq̄ ex̄tia corporis x̄pi possit videre oculo corporali.
- Di. 11. Utrq̄ trāsubstāciatio sit possibilis. hic sunt tres arti. p̄m̄ m̄ quid ē trāsubstāciatio. 2^o q̄ huic rōni nōis p̄d̄t aliquid subesse. 3^o ad q̄d gen̄ mutatiōis hec trāsubstāciatio reducat̄.
2. q. Utrq̄ q̄libet possit uerū i q̄libet. ponit duos arti. p̄m̄ mus q̄ nō. nam creatura nō uertitur in deitatez. sc̄d̄us q̄ potest quelibet creatura in quālibet creaturam conuerti.
3. q. Utrum panis conuertatur in corpus X̄pi. hic ponuntur duo articuli. in primo ponit quid sit de hoc tenendus in secūdo quomodo panis potest trāsubstanciarī in corpus x̄pi et quid requiritur ad trāsubstantiationem.
4. q. Utrum panis in ista conuersione ambiletur.
5. q. Mouet quibus pp̄ōibus p̄d̄t hec uersio uere exprimi.
6. q. Utrq̄ solus panis trīcicus aqua elemētari coagulatus sit ueniēs materia uersionis in uerū corpus x̄pi. hic sūt duo arti. primus q̄ōnis r̄s̄uius. secundus dubiorum motuus.
7. q. Utrum solum uinum expressum de uite sit conueniens materia conuersionis in sanguinem.
- Di. 12. Utrum in eucaristia sit aliquod accidens sine subiecto hic sunt tres arti. in primo ponuntur opinionēs. in secūdo distinctiones et conclusiones. in tertio dubitationes.
2. q. Utrq̄ q̄cūq̄z accidēs remanēs sit sine subiecto. hic ponūt̄ duo arti. in p̄^o ponūt̄ur opinionēs. in 2^o opinio doctoris.
3. q. Utrūq̄ accidentia in eucaristia possint habere actionem quā poterunt habere in subiecto. hic sunt duo articuli. in primo ponuntur opinionēs. in secūdo opinio doctoris.
4. q. Utrq̄ eadem quantitas que erat primo dum hostia rare fit uel condensatur remaneat in hostia p̄secrata. hic sunt duo arti. in primo ponuntur opinionēs. in secūdo opinio doctoris.
5. q. Utrq̄ sit possibile circa eucaristiam fieri aliquaz trāsmutationem corruptiuam illorum accidentium.
6. q. Utrq̄ in aliqua trāsmutatione facta circa eucaristiam necesse sit sub̄am aliquam actione diuina redire. hic sunt duo arti. primus opinionū posituus. sc̄d̄us q̄ōnis r̄s̄uius.
- Di. 13. Utrq̄ sola actōne diuina possit p̄fici corpus x̄pi. hic ponuntur tres arti. primus utrum actione diuina hoc sac̄m̄ possit p̄fici. sc̄d̄us si actōne alterius agētis creati ut principalis agētis possit hoc sac̄m̄ p̄fici. tertius an actione alterius agētis creati possit hoc sac̄m̄ p̄fici ut instrumentaliter agētis.
2. q. Utrq̄ quilibet sacerdos proferēs uerba p̄secrationis cū in

- uentione debita circa materiaz ueniētē possit p̄ferre eucaristiam. hic sunt tres arti. primus quis hoc potest facere. sc̄d̄us q̄ requiritur ex parte loci et uasis. tertius que requirūtur ex parte temporis.
- Di. 14. Utrq̄ penitētia requirat̄ ad deletionē peccati mortalis post baptismū p̄missi. hic sunt quatuor arti. p̄m̄ quid remanet in peccatore trāseunte actu a quo d̄r peccator. sc̄d̄us si illud q̄d remanet in peccatore deletur. tertius si deletur per penitentiam. quartus quomōd̄ requirit̄ ad deletionē punitio penitētialis.
2. q. Utrq̄ actus penitēdi requisitus ad deletionē peccati mortalis sit actus alicuius uirtutis. hic sunt duo arti. p̄m̄ q̄ penitere p̄d̄t esse actus alicuius uirtutis. sc̄d̄us an actus penitentie ut est actus uirtutis requiratur ad culpe deletionem.
3. q. Utrq̄ penitētia uirtus sit tm̄ vnus pene inflectiua.
4. q. Utrq̄ per sacramētūz penitētie deleatur culpa. hic sūt tres arti. p̄m̄ de diffinitione nōis penitentie. sc̄d̄us q̄ possibile ē huic rōni nōis aliquid subesse. tertius q̄ōnis r̄s̄uius.
- Di. 15. Utrq̄ cuilibz p̄ctō actuali mortali correspōdeat p̄pria satisfactio. hic sūt quīq̄z arti. p̄m̄ quid sit satisfactio. 2^o an sit hōi possibile tal̄ satisfactio. 3^o i quibz p̄sistit. 4^o an cuilibz p̄ctō corrip̄deat satisfactio uel afflictio. 5^o an vna satisfactio possit ab alia separari.
2. q. Utrq̄ quicūq̄z abstulit uel detinet iniuste rem alienam tenetur statim illam restituere. sic q̄ nō possit penitere sine tali restitutione. hic ponuntur duo arti. primus utz rez d̄na sūt distincta. secundus si auferre alienum est peccatum mortale.
3. q. Utrq̄ dānificās aliquē in bonis p̄sone uel corpis uel aie tenear̄ ad restitutionē ita q̄ nō penitere nō possit nisi restituēde facta. hic sūt duo arti. p̄m̄ d̄ illo qui dānificat aliquē in bonis aie. 2^o de illo qui dānificat in bonis corporis uel fortune.
4. q. Utrq̄ dānificās aliquē in bono fame teneat̄ ad restitutionem sic q̄ uere penitere non possit nisi famam restituat.
- Di. 16. Utrq̄ ista tria confessio. contritio et satisfactio sint partes penitentie. hic sunt duo arti. primus in quo ponūt̄ur distinctiones. secundus in quo ponuntur q̄ōnis r̄s̄uius.
2. q. Utrq̄ remissio uel expulsio culpe et iusio gr̄e sit vna mutatio.
- Di. 17. Utrq̄ necessarium sit hōi peccatori ad salutez p̄fiteri oīa peccata sua sacerdoti. hic sunt tres arti. primus quo p̄cepto tenetur peccator peccata sua confiteri sacerdoti. secundus quid illud p̄ceptūz includit de confessione. tertius quid circa illud p̄ceptūz ecclesia ulterius explicauit.
- Di. 18. Utrq̄ p̄tās clauū tantūmō extēdat se ad penā tēporalē.
- Di. 19. Utrq̄ cuilibet sacerdoti in susceptione ordinis sacerdotis

talis conferantur claves regni celorum. hic sunt quinque arti. primus quod in ecclesia est una clavis apud sacerdotem que est potestas sententiandi. 2. quod est alia clavis que est potestas cognoscendi. 3. quod hec et illa non sunt una clavis. 4. qualiter habens istas claves potest exire in actus earum. quintus si preter illas in ecclesia est aliqua alia clavis.

2. q. Utrum aliquis debeat excommunicari. hic sunt tres arti. primus an alius possit excommunicari. 2. a quo possit excommunicari. 3. quo modo excommunicari.

Di. 20. Utrum penitentia in extremis valeat ad salutem. ponit duos arti. primus quod dicitur in scripturis. 2. si penitentia est tunc sufficienter.

Di. 21. Utrum post hanc vitam possit a deo peccatum dimitti. 2. q. Utrum in quocumque casu confessor teneatur celare peccatum sibi detectum in confessione. hic sunt duo articuli in primo ponit conclusiones. in secundo soluit dubitationes.

Di. 22. Utrum peccata per penitentiam dimissa eadem numero in recidivum redeant. hic ponuntur tres arti. primus si absolute loquendo peccatum potest redire eodem numero. 2. si hoc est possibile de potentia dei ordinata. 3. quo modo peccata dicuntur facta redire.

Di. 23. Utrum extrema unctio sit sacramentum nove legis. respondet per tres arti. primus quod dicitur in scripturis. 2. si hoc sacramentum est in remissionem peccatorum. tertius si habet definitionem.

Di. 24. Utrum in ecclesia sint septem ordines eo modo quo ordo vel ordinatio ponit sacramentum. hic sunt quatuor arti. primus quid est ordo loquendo de ordine ut in titulo est premissus. 2. quot sunt ordines. 3. si ordo est sacramentum. 4. quomodo est unum sacramentum.

Di. 25. Utrum pena canonica impediat a susceptione et collatione ordinis. hic sunt quinque arti. primus quid est pena canonica. 2. que sunt pene canonice. 3. qualiter pene canonice infliguntur. quartus qualiter pene canonice tolluntur. quintus si propter penas canonicas aliqui repelluntur a susceptione ordinum.

2. q. Utrum sexus mulieris impediat susceptionem ordinis.

Di. 26. Utrum matrimonium fuerit immediate a deo institutum. hic sunt tres arti. primus quid sit matrimonium. 2. si est honestum virum et feminam matrimonialiter coniungi. tertius quod dicitur in scripturis respondetur.

Di. 27. Utrum definitio magistri de matrimonio sit conveniens. 2. q. Utrum consensus expressus ubi sit causa effectiva matrimonii.

Di. 28. Utrum solus consensus expressus ubi est presentis causet matrimonium.

Di. 29. Utrum consensus coactus sufficiat ad contrahendum verum matrimonium. hic ponuntur duo. primus premissit distinctiones. 2. respondet quod dicitur in scripturis.

Di. 30. Utrum ad contrahendum matrimonium requiratur consensus sequens apprehensionem non erroneam. hic primo ponuntur distinctiones. secundo conclusiones et dubitationes.

2. q. Utrum inter virginem Mariam et Ioseph fuerit verum matrimonium.

monium. hic sunt duo articuli. primus questionis responsivus. secundus quomodo cum voto virginis potest stare matrimonium.

Di. 31. Utrum sint tria bona matrimonii que magister ponit in littera scilicet fides. proles. et sacramentum.

Di. 32. Utrum in matrimonio sit necessarium simpliciter reddere debitum petenti. hic sunt tres arti. primus si simpliciter reddere debitum est necessarium petenti. secundus si est necessarium pro omni loco et tempore. tertius si actus coniugalis est semper sine peccato.

Di. 33. Utrum aliquando in lege moysayca vel nature fuit licita bigamia. hic sunt duo arti. primus quo modo in bigamia est iusticia commutativa et non equalitas. 2. quo modo bigamia non est simpliciter contra legem nature.

2. q. Utrum bigamus ante baptismum post baptismum possit ad sacros ordines promoveri. hic ponit duos arti. primus quid tenendum est. secundus per quam causam bigamus artatur a sacris ordinibus.

3. q. Utrum in lege moysayca licitum fuerit viro repudiare uxorem.

Di. 34. Utrum impotentia ad actum carnalem impediat matrimonium. hic ponuntur duo arti. primus distinctionum positum. 2. conclusionum declaratum.

Di. 35. Utrum adulterium cum alia viro suo vivente impediat matrimonium. hic ponuntur duo. primus que sunt que impediunt. 2. responsio quod dicitur in scripturis.

Di. 36. Utrum servitus impediat matrimonium. hic sunt tres arti. primus ubi est introducta servitus. 2. si iuste est introducta. 3. responsio quod dicitur in scripturis.

2. q. Utrum etas puerilis possit matrimonium impedire.

Di. 37. Utrum ordo sacramenti impediat matrimonium.

Di. 38. Utrum votum continentie impediat matrimonium. hic ponuntur tres arti. primus quis potest votum facere. secundus quot modis potest votum emitti. tertius responsivus questionis.

Di. 39. Utrum dispar cultus impediat matrimonium. hic ponuntur duo arti. primus si infideles possunt contrahere matrimonium. secundus quomodo fidelis potest contrahere cum infideli.

Di. 40. Utrum cognatio carnalis impediat matrimonium. hic ponit tres arti. primus in quo ponuntur alique descriptiones. 2. ubi ponuntur alique regule seu premisses. 3. in quo ponuntur alique conclusiones.

Di. 41. Utrum affinitas impediat matrimonium. hic sunt duo articuli. primus ponit aliquas premisses. secundo dicit ad quod dicitur in scripturis.

Di. 42. Utrum spiritualis cognatio impediat matrimonium. hic sunt tres arti. primus quod dicitur in scripturis responsivus. secundus demonstrans quid sit cognatio. 3. ostendens a quo sit habitum quod cognatio impediat.

Di. 43. Utrum resurrectio hominis sit futura. hic sunt duo arti. primus si est possibile hominem resurgere. 2. si de facto resurget.

2. q. Utrum per rationem naturalem possit esse notum resurrectionem generalem hominum esse futuram.

3. q. Utrum natura possit esse causa actiua resurrectionis.
 4. q. Utrum resurrectio sit naturalis.
 5. q. Utrum resurrectio fiet in instanti. hic sunt tres arti. primus si collectio partium corporis humani fiet in instanti. 2us si inductio forme corporee fiet in instanti. 3us si unio anime intellectiue fiet in instanti.
 Di. 44. Utrum in quolibet homine resurget totus quod est de virtute humane nature in eo. hic ponit duos arti. primus si caro maneat eadem in continua mutatione. secundus erit de quesito.
 2. q. Utrum ignis infernal cruciet malignos spiritus. ponit duo. primus nunciat quod dicitur. 2us mouet dubium quod spiritus possunt pati ab igne corporeo.
 3. q. Utrum homines damnati post iudicium cruciabuntur in igne infernali. hic ponit duo arti. in primo distinctio. in 2o adiones et difficultates.
 Di. 45. Utrum anima separata possit intelligere quidditates siubi ante separationem habitualiter notas.
 2. q. Utrum anima separata possit acquirere cognitionem aliquid prius ignota.
 3. q. Utrum anima separata possit recordari preteritorum que ipsa cognouit. hic sunt duo arti. primus an memoria proprie dicta cuius est recordari preteritorum sit in parte sensitiua. 2us si est in parte intellectiua.
 4. q. Utrum beati cognoscant orationes quas eis faciunt vel pro eis offeruntur. hic sunt tres arti. primus quod beati naturali cognitione possunt nuncias tales vocales que metales orationes cognoscere. 2us quod non est necesse illud ex ratione beatitudinis. 3us quod beati orant pro illis a quibus orationes offeruntur.
 Di. 46. Utrum in deo sit iusticia. hic ponit tres arti. primus quid sit iusticia. 2us quot modis sumitur. 3us quod dicitur responsiuis.
 2. q. Utrum in deo sit misericordia. hic ponuntur duo arti. primus quid sit misericordia. secundus quod dicitur responsiuis.
 3. q. Utrum in deo distinguantur misericordia et iusticia.
 4. q. Utrum in punitione malorum currat ex parte dei punientis iusticia cum misericordia. hic sunt quatuor arti. primus quid sit punitio malorum. 2us quomodo punitio malorum est a deo. 3us an in illa punitione currat iusticia ex parte diuina. 4us an misericordia concurrat in illa punitione ex parte dei punientis.
 Di. 47. Utrum vltimum iudicium sit futurum. hic sunt tres arti. primus quid est completa diffinitio iudicii. 2us si vltimum iudicium est futurum. 3us est motus dubiorum.
 2. q. Utrum mundus sit purgandus per ignem. hic sunt quatuor arti. primus si mundus purgetur per ignem. secundus quis est ille ignis tertius quantum ascendet. quartus si precedet an sequetur iudicium.
 Di. 48. Utrum christus iudicabit in forma humana.
 2. q. Utrum in iudicio vel post iudicium cessabit motus corporum super precelestium. hic sunt quatuor arti. primus est opinio philosophorum. 2us opinio theologorum. 3us si valet ratio eorum. 4us si motus celi est naturalis vel violentus.
 Di. 49. Utrum beatitudo consistat per se in operatione. et dicitur quod sic.

2. q. Utrum beatitudo immediatus perficiat essentiam vel potentiam. hic sunt tres arti. primus quid sit beatitudo. 2us in se habet quod dicitur tertius an voluntas se habeat actiue ad beatitudinem vel in se passiuue.
 3. q. Utrum beatitudo per se consistat in pluribus operationibus simpliciter.
 4. q. Utrum beatitudo per se consistat in actu intellectus vel voluntatis.
 5. q. Utrum beatitudo simpliciter consistat in actu voluntatis que dicitur fructio. hic sunt duo arti. primus in quo actu consistit beatitudo. secundus quomodo distinguitur fructio beatifica a non beatifica.
 6. q. Utrum ad essentiam beatitudinis pertineat securitas hic ponuntur duo arti. primus in se habet quod dicitur. 2us dicitur causa illius securitatis.
 7. q. Utrum gaudium de obiecto beatifico sit de essentia vel pertineat ad essentiam beatitudinis.
 8. q. Utrum natura humana sit infima natura beatitudinis capax.
 9. q. Utrum omnes homines de necessitate summe appetant beatitudinem. ponit duo arti. primus distinguit de appetitu naturali et libero. secundus ostendit an velle libero omnes de necessitate velint beatitudinem.
 10. q. Utrum omnia que appetuntur appetantur propter beatitudinem.
 11. q. Utrum homo ex puris naturalibus possit consequi beatitudinem.
 12. q. Utrum homo in vita mortali possit consequi beatitudinem.
 13. q. Utrum corpus hominis beati post resurrectionem erit impassibile.
 14. q. Utrum corpora beatorum erunt agibilia. hic dicitur veritatem esse certam. sed pro modum dubii dicit qualis sit dos agilitatis.
 15. q. Utrum corpus gloriosum erit post resurrectionem clarum.
 16. q. Utrum corpus beati post resurrectionem per dotem subtilitatis possit simul esse cum alio corpore. diuidit in tres arti. et pro quolibet ponit unam conclusionem.
 Di. vlt. Utrum damnati vel quicumque alii possint scire rectam rationem ad fugiendam miseriam appetere non esse. Soluendo quod dicitur distinguit duplicem miseriam. secundo ponit opiniones.
 2. q. Utrum damnati appetant non esse ad fugiendam miseriam.
 3. q. Utrum beati videant penas damnatorum. hic ponit tria dubia pro quibus tres ponit conclusiones.
 4. q. Utrum sit equalis pena omnium damnatorum. soluendo questionem triplicem ponit penam secundum damnum. vermis et ignis. et de qualibet unam ponit conclusionem.
 5. q. Utrum beatitudo omnium hominum sit equalis. soluendo quod dicitur ponitur septem conclusiones. deinde mouet unum dubium. secundo mouet si diuina essentia videatur oculis corporalibus.
 6. q. et vlti. Utrum beatitudo omnium corporum erit equalis. soluendo quod dicitur de impassibilitate. et agibilitate. et claritate tres ponit conclusiones.
 Finis. Deo gratias.